



BIBLIOTECA

G

i

13

ROMA

UNIVERSITÀ  
TRIVENETA

H. H. W. A.



5213

# MARTYROLOGIVM FRANCISCANVM,

IN QVO

## SANCTI BEATI ALIIQVE SERVI DEI,

MARTYRES, PONTIFICES, CONFESSORES,  
ac Virgines, qui tum vitæ sanctitate, tum Miraculorum gloriâ, claruere;

IN VNIVERSO ORDINE FF. MINORVM TOTO ORBE TERRARVM  
cunctis vsq; nunc sæculis; per omnes Prouincias Obseruantium, Disalceatorum, Recolletorum,  
&c. Conuentualium, Capucinatorum, &c. Monialium, Clarissarum, Urbanitarum, &c.



NEC NON VTRIVSQVE SEXVS TAM SECVLARIVM, QVAM  
*Regularium Tertiariorum, recensentur.*

Et nunc primùm Annotacionibus commentatum prodit in lucem.

SVS FIDELISSIME EXCERTVM, TVM EX VETVSTIS CODICIBVS;  
& *Antiquis MS. Monumentis: tum ex probatis grauiusq; Authoribus, curâ ac labore*  
*V. P. ARTVRI A MONASTERIO Rothomagensis, Recolletis,*  
*Prouincie Sancti Dionysij alumni.\**

CVM ADDITIONIBVS, ET INDICIBVS AMPLISSIMIS DILIGENTER EXCVLTIS.



187  
2

PARISIIS,

Apud **DIONYSIVM MOREAV**, viâ Iacobæâ, sub Salamandriâ

M. D. C. XXXVIII.

Cum Priuilegio Regis, & Doctorum Approbatione.

1ca

MISSISSIPPI



The main body of the document contains several lines of text, which are extremely faint and illegible. The text appears to be organized into a list or a series of entries, possibly a table with multiple columns. The overall appearance is that of a historical record or a ledger.



ARMANDO IOANNI  
EMINENTISSIMO  
S. R. E. PRINCIPI.  
CARDINALI DVCI  
DE RICHELIEV.

**H**OELIX faustumque congeffit omen, (EMI-  
NENTISSIME PRINCEPS,) Aaron  
Hebræorum Pontifex Maximus: quando diui-  
næ vltioni stragem in Israelitas agenti, ipse sacris  
vestibus indutus, orationeque armatus, irato  
Deo piè restitit, exterminatoremve continuit. Aliis namque  
aceruatim super alios mortuis cadentibus, vsque ad quatuorde-  
cim millia: Aaron ad mediam multitudinem, quam iam vasta-  
bat incendium, concito gressu perueniens Thymiana obtulit,  
& stans inter mortuos ac viuentes: pro populo deprecatus est:  
atque ita plaga cessauit, & igni grassanti, viam, seu aditum ad  
vivos, præclusit: Mose Aaronis fratre, ipsomet teste oculato,  
hec perhibente atque subdente. *In veste enim Poderis quam habebat,  
totus erat Orbis terrarum: et Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapi-  
dum erant sculpta: et magnificentia tua in diademate capitis illius erant  
sculpta. His autem cessit, qui exterminabat et hæc extimuit.* Sapient. 13.  
vers. 30. His ergo vestibus sacris, & eis, quæ in illis contineban-  
tur, cessit Angelus Exterminator: necnon hæc ipsa omnia in  
veste Pontificia contenta, & Summum Sacerdotem ornantia, re-  
ueritus ille protinus extimuit, & gladium reduxit, ignemque  
gradum sistere coëgit. Reueritus est, inquam, ineffabile Dei  
nomen (cui vnjversa se prosternit creatura) in diademate capitis  
Aaronis augustiùs rutilans; cessit vi ac dignitati orationis Sa-

cerdotalis, & Summo Pontifici deprecanti: & Mundum vniuersum deprecatorem alleganti: ac merita gloriamque Patrum ante Dominum proponenti, vt parceret, ac miseretur. Parentum quippe magnalia, idest gloriæ & excellentiæ trophæa, virtutum merita, nobilitatis insignia, stemmata auitæ profapiæ, (de quibus iure gloriabantur) Nominaque progenitorum præferebat: in singulis namque lapillis sui Rationalis, signa sacra & hieroglyphica, Aegypto more, insculpta erant. Quòd verè sapiens, doxas, seu glorias, vocauerit, non abs re fecit, satis enim gloriosum fuit duodecim filiis Israel, quòd eorum trophæa, merita ac nomina, in præcipuis vestis sacræ partibus & in humeris, ac supra cor, coram Domino portarentur; & eorum perpetua, in tam sublimi loco, memoria haberetur.

Sanè eadem euenisse, post Christum natum, in lege gratiæ, haud inauspicatò cernimus, dùm Apostolorum, Martyrum, aliorumque Sanctorum virorum; nomina intra Ecclesiastica Dyptica, adscripta, inter Sacrificandum recitare soleat Sancta mater Ecclesia; vt recordetur Christus Dominus priscorum illorum nostrorum in fide progenitorum, & præstet pro sua clementia, quòd Sacerdos piè precatur. Quorsum verò non exaudiretur? Vel repulsam pateretur? Iaddum Summum Iudæorum Sacerdotem in Stola Hiacynthina auro distincta, Tyaram in capite gestantem, cum præfixa aurea Lamina, &c. obuiam sibi prodeuntem Alexander Magnus, prostratus in terram supplex adorauit, abstinuitque vrbis obsidione Hierosolymitanæ. Totila Hunnorum Rex, cognomento Flagellum Dei, in Italiam adueniens, comiter S. Leonem Pontificem Maximum excepit, audiuit, demiratus est: cuius Majestate, ac Diuina eloquentia percussus sic extitit, vt illicò, promissa pace firmissima, vltra Danubium, non rediturus, abierit. Imò verò, alios quousvis Episcopos, ac etiam Sacerdotes, vt SS. Bernardum, Dominicum, Seuerinum &c. necnon & sacris Ordinibus tantùm initiatos, ceu Clericos, vel etiam simpliciter Laicos Religiosos, nimirum SS. Benedictum, Franciscum, Aegidium, Franciscum de Paula, &c. non minori honore ac reuerentia fuisse à maximis Regibus & Principibus exultos, constat.

Ecquis ignorat (CARDINALIS EMINENTISSIME,) illos cœlestis Curiæ incolas, suis precibus maximè valere apud Altissimum; vt pote, quæ mira suauitate refertæ, fragrantissimum



DEDICATORIA.

tissimum redolent exhalentque odorem. Ideoque & dilectus Christi Discipulus, in sua Apocalypsi, testatur se vidisse 24. Seniores in Cælo, coram Agno adstantes, manibusque gestantes *Phialas aureas plenas Odoramentorum, quæ sunt Orationes Sanctorum.* Cap. 5. Huiusce rei gratiâ, Sancti Dominicus & Franciscus conspiciuntur, Christum iustè iratum, peccatoribus excidium minitantem, iam iamque sagittas in manu habentem, & lanceam vibrantem, suâ extemplo sedasse profuechâ, Diuinæ vltionis potestatem coercuisse. E Cælo in terram nostros dirigamus obtutus, intueamurque eosdem SS. Dominicum vide icet & Franciscum, suis humeris veluti fulcris firmissimis, Ædem Lateranensem, titubâtem, & ruinæ proximam sustentasse. Illa, hisque similia Diuinæ potestatis indicia, sacri verique amoris Christi Domini in Sanctos suos Anademata Gallica tellus, TIBI (PRINCEPS INCLYTE,) nuper plenis detulit calathis: <sup>a</sup> nuncque profus tanti æmulata facti Religio Franciscana gremium tibi pandit, & laxos degrauat illa sinus. *Purpurata Gallia*, Te Gallum (CARDINALIS EMINENTISSIME) inuisit; <sup>b</sup> quandoquidem & Lugdunensis Celtica, huiusce Amplissimi Ordinis Patribus; in fidei defensionis Symbolum, etiam cum propriæ vitæ profusione, primò purpuratam Togam dedit: nunc verò *Martyrologium Franciscanum* Tuis coram conspectibus, (CARDINALIS EMINENTISSIME,) sistitur, vltroque in Tuas manus inuolat, in quibus velut in sua arce & axe adquiescere cupit: Tui nominis Clarissimi præ se ferens honorem, ac dignitatis Eminentissimæ Cellitudinē. Nec absre. Sanctus quippe Bonaventura prius Ioannes vocitatus, Almæ Vniuersitatis Parisiensis Doctor, à Rege Sancto Ludouico IX. summo amore profequutus, Lutetiæ degens ac docens, in Generalem totius Ordinis Minoritani electus, deinde Episcopus Cardinalis omnium Seraphicæ Religionis Antesignanus à Gregorio X. creatus sacri Concilij Generalis Lugdunensis negotiis peragendis præfecit, ac tandem inibi sanctissimè obiit. Tu verò foelici euentu, in Gallia natus, Ioannesque nuncupatus, Lutetiæ litterarum lauream adeptus, nec non Generalis Prouisor Sorbonicę domus factus, Episcopalis infulis adornaris, tum à Gregorio XV. ad Cardinalitiam dignitatem, vti Tuæ nobilissimæ Prosopiæ Primarius, euectus: in totius Monarchiæ Gallicæ mox

<sup>a</sup> Martyrologium Gallicanum à Sallustio suo Eminentiæ dicitur in 1617. à Gallia purpurata dicitur à Trisone dicitur. 1418.

## EPISTOLA

summum Rectorem à Rege Christianissimo LVDOVICO XIII. Iusto, assumptus es. Tibi igitur, CARDINALIS EMINENTISSIME, Seraphicæ Religionis tesseras Diuino murice purpuratas, offero, dicóque sacro Antistiti sacri Ordinis Franciscani monimenta, & totius sanctitatis, atque perfectionis specimina.

Minimè autem, more Pindarico, Pæana cano, nec Olympia pango; sed Franciscani Ordinis cœlestem Megistanum recensere Palingenesiam primus aggredior: qua illorú insigniora gesta, præclarioráque facinora conatus sum, ecphrasi tenuiore, referre. Suos nunc Olympionices quantumuis iactet vana Græcia Pugiles: & Romanorum triumphis victores anteceluisse sibi blandè persuaadat; etiam ad puluerem vsque pedum illorum pro re pretiosa arbitretur:

*Sunt, quos curriculo puluerem Olympicum  
Collegisse inuat.*

Horat. x. Carm. Ode 1.

hos Nostrates longè superant & excedunt; quippe qui non semel & iterum Olympicis adfuere ludis: sed quamplurimis in virtutis stadio Lustris decursis, cœlestis culmen palæstræ, & diuinæ brauium perfectionis gloriosè tandem sunt consecuti. Quorum Antesignanus Sanctus Franciscus, in monte Aluerno congressum amoris cum Christo Domino habens, vulneratus ab eo exinde recessit, signatus nostræ Redemptionis Stigmatibus: cuius sanguinis stillis, tanquam aquæ salutaris irriguis, fœcundata terra Minorum, in cœlestem erecta est disciplina.

Hoc cruore D. Francisci, Euangelico semini suscipiendo, & propagando reddita est terra ista fœcunda, & suorum sacrorum Stigmatum fœlici sulco, non tantum trigessimum vel sexagesimum, sed & centesimum iam profert fructum. Cœlum quippe eorum repletur numero, qui Sanctorú albo, à Sede Apostolica adscripti sunt. Terra verò adhuc rubescit sanguine Martyrum Franciscanorum, toto Orbe, pro Christo, & eius Ecclesia diffuso. Labor denique Apostolicorum virorum, Solum, Salúmque vniuersum luce Euangelij perlustrantium, (veluti Sol, qui dum suum cognoscit occasum, tunc Antipodis illucescit) mentem excedit, copiamque dicendi omninò ino-

DEDICATORIA.

pem facit. Regna amplissima, Regiones latissimas, & cfferatas gentes, in quavis Orbis parallela, Christo subdidisse, & sacri vnda Baptismatis ad centena millia Gentilium tinxisse, sacras Aedes, Aseeteria, Cruces, aliaque fidei ac pietatis monumenta, extruxisse: latius litteris consignarunt quique fideles Historici; itaut nullus sit in terra habitabililocus, vbi Fratres Minores non protulerint animarum fructus maiores. Quod opus nunc vsque, tubo haud interrupto, Divino Spiritu fauente, impensè complectuntur eiusdem instituti Alumni, veluti è sœcundiori cespite surculi validiores effecti.

Quidni facerent? à D. Francisco eiusque affeclis, hæc pluribus nobis sunt indita factis; passimque recurrunt, quomodo ij Sanctiores Viri, cunctis deuitatis salebris, circa quas mortalium vulgus hæret, melioris vitæ sinum nobilioribus animis aperuerint; & non modò viros, sed & teneras docuerint puellas, obstinato animo contra se ire, malignitatem materiæ suæ pertinaci conatu vincere, insolito excitare impetu se ad cœlestia à terrenis, per multa impedimenta ad virtutem eluctari, perque maxima obstantia erigere pectus ad originem suam repetendam, & nec fortunæ mollem indulgentiam, neque titillantis voluptatis blanditiem, neque copias principales ad segnitiam luxumque detorquentes, consecrari: sed & honores, & delicias, ac facultates, & quicquid cupidinem cæcum excitare potest, contemptore animo contemnere, & voluntatem suam sacro morsu obligare, carnem cum vitiis & concupiscentijs suis crucifigere, nobile vexillum de hostibus salutis elatum circumferre, & præclara ac ingentia pro Ecclesia Orthodoxa, fidei prædicatione amplificanda, sanctitatis exercitio ornanda, vel illustranda, conari: & ad extremum, non conscientia modo sed & æternitatis ac gloriæ & famæ fructum ferre & æmulatione Charismatum meliorum. Hæc omnia luce clariora sunt, nec Parænesi indigent.

Quid iis maius, aut gloriosius excogitari potest? Virtutis præmium gloria est, & laudis præconium minimè dedecet Sanctos. Ideoque & Regius Psalter summè exoptabat laudari Dominum *in Sanctis eius*: eò quòd esset ipse *mirabilis in Sanctis suis*. Nam per ipsos & propter ipsos huiusce Seraphici Ordinis Sanctos viros, mirabilia, & omninò stupenda operatus est in vita, in morte, & post eorum obitum, per Præsemina, seu

## EPISTOLA

ad contactum minutarum particularum Habitus, Caputij, Tunicæ, Chordæ, Femoralis, Sudarioli, Rosarij, Disciplinae, Soleæ, Breuiarij, &c. vsque ad puluerem pedum, & cinerem Sepulchri: imò & solâ umbrâ corporis, seu ad simplicem nominis inuocationem. Ignosce (CARDINALIS EMINENTISSIME,) si modestiam tuam hîc non obscurè lædo: dùm quæ olim Christus Sancti Ioannis Baptistæ Discipulos alloquutus, dicenda mandauerit Magistro; *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Matth. 11. vers. 5. Eadem tibi, alteri Ioanni nuntiare ausus sim: cùm similia in Ordine nostro Seraphico, Christo opitulante, eueniri, iugiter audimus ac cernimus, hoc sæculo ac nostra ætate: Compluti de Beato Iuliano à Sancto Augustino, natione Gallo; Romæ, de Beato Bartholomæo à Soluthio; Taurini, de Beato Laurentio; Auenione de Beato Petro Martino; & aliis Recollectis nostris. Hic vltimus è Piçtauiâ oriundus, Lucioni natus, tibi (CARDINALIS EMINENTISSIME,) totus erat deuinctus; Natione, Patria, Soloque pastoralis, cui nonnumquam præfuissti; nec te viuens latuit, dùm quandoque Auenionem petens, Conuentum nostrum tua paterna visitatione atque mansione dignatus es illustrare. Itaque iure meritò, Tibi (CARDINALIS EMINENTISSIME,) hocce *Artyrologium Franciscanum* duxi offerendum: quòd sacrum opus sit, Sancto-rû germen referens, in Ecclesia natum Catholica, cuius purpuram Cardinalitiæ Celsitudinis insigne decorum augustius induis: cuique Cœtus omnis Fratrum Minorum Recollectorum in Gallia, maximè verò Prouinciæ Sancti Dionysij, ob multa in nos collata beneficia, plurimum debere ingenuè fatetur: in tui gratissimi animi commendationem, & mei erga Te deuinctissimi obsequij significationem, ita vt quotquot Beneficentiæ tuæ signa in nos contuleris, tot veluti compedes inuenerimus, quibus sumus deuinctissimi. Dùm enim per Galliam, nostra Recollectorum familia insolitis nuper quateretur æmulo-rum incurribus, Prouinciæque òmnes, inuidorum factionibus, in totius Reformationis nostræ perniciem, euidentissimis exterorum in nos insurgentium, illaberentur periclis: Tu (CARDINALIS EMINENTISSIME) Erotico impulsu affectu, pias repentè oppressis dedisti manus, & mœstis solatium

## DEDICATORIA.

solatū: dūm totius nostræ Gallicanæ Recollectionis partes, tum in Curia Romana, apud Summum Pontificem, tum in hoc Galliarum Regno, apud Regem nostrum Christianissimum, strenuè sic tutatus es; vt tandem, Tuo interuentu, Tuoque sapientissimo consilio, Vicarius Generalis à Sede Apostolica nobis sit delectus in Gallia, qui ea fultus auctoritate, & Tuæ Eminentissimæ dignitatis patrociniò tantis prouidè occurreret malis. Paulina nauis (cui erat insigne Castorum) per altum deuecta mare, properè Siculis appulit oris: Tu verò (CARDINALIS EMINENTISSIME,) horum Tyndaridum copiosiori Numine præstans, vtpotè, Summus Gallici Imperij Archi-Thalassus omnia nobis secura reddidisti & firma: quin & nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor. Cunctis autem inimicorum sedatis procellis, nostra hæc Recollectorum Cymba, Tuo aspectu (quo nubilum omne diffugit, redit serenum) Teque DVCE, (CARDINALIS EMINENTISSIME) sælicius peruadabit: nec non omnium malignantium, ceu aduersantium obstinatos conatus vti rupes, euadet illa rates.

Græcis tritum fuit atque vulgatissimum Olympiorum celebratū festum quolibet quinto anno: eo consilio vt in illo Græciq̃ iuuentus sese Pentathlo, hoc est, quinque Gymnasticis certaminibus exerceret. At procul à nobis tantæ fumus vanitatis abscedat: seu quis Olympiæ miratus præmia palmæ: potiùs ad virtutis profectum, ad perfectionis culmen, ad brauium Christianæ Religionis vultus conuertat, Christum sequatur, seruos suos imitetur, studeatque æternitati; Semitam parat, animoque vires addit *Martyrologium Franciscanum*, hoc quinto sæculo, quintoque centenariò à Seraphicæ Religionis institutione: id tempus nostrum est, & Minoritanæ familiæ Quinquentium proprium: tot Lustris adauctum, quot Tyronibus repletum: totque certaminibus ac victoriis laureatum, quot virtutis, perfectionis ac sanctitatis radiis adornatum. Nobis vtique haud defunt Pentathli, seu Quinquentiones hoc in nostro Ordine Franciscano, in quauis Ætate ac Persona, in quouis Sexu, Loco, ac Tèpore. Præstò namque adsunt Pueri, Iuuenes, Adolescentes, Viri, Senes: Genere, Litteris, Prudentiâ, Potentiâ ac Dignitate illustres, sed Vita, ac Virtute, Religione, Sâctitate, & Miraculis clariores: Viri Apostolici, Martyres, Pontifices, Confessores, Virgines: quos

EPISTOLA DEDICATORIA.

Asia, Africa, Europa & America piè veneratur, Cœlumque ipsum demiratur.

Agedum, **CARDINALIS PRINCEPS**, prodeat nunc primùm in lucem *Martyrologium Franciscanum* & tuæ dignitatis Eminentissimæ præ se ferens splendorem, fœlicia exordia aufpicetur; totamque per Galliam, imò & quantum se extendit per vniuersum Orbem Franciscanus Ordo, tantùm se protendat, cunctisque vbiuis terrarum innotescat. Cæterû, ringantur Hæretici, Schismatici & Pseudo-Catholici, atque sacratis Deo Ordinibus, singulariter nostro Franciscano, quos cane peius & angue oderunt, præcipue dentem Theonium infigant, nunquã tamen efficiant: vt tot Deo charissimorum seruorum millibus vllum vulnus infigant, sed retusum inde dentem, idest pudorem & ignominiam: maximè cum te (**CARDINALIS EMINENTISSIME**), in procinctu intellexerint **ARMANDVM** in eorum defensionem & præsidium. Vale, diu fœliciterque viuas, Teque semper incolumem seruet Omnipotens.

**EMINENTISSIMÆ C. T.**

*Lucretia Parisiorum  
anno, 1638. die 22.*

Obsequentissimus & humillimus seruus  
**F. ARTVRVS A MONASTERIO**,  
Rothomagensis, Recollectorum Procto-  
riae Sancti Dionysij alumnus.

---

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS.

**N**OS Frater Ignatius le Gault, Ordinis Minorum, Recollectorum, Vicarius Generalis, & Commissarius Apostolicus, necnon prouinciz Sancti Dionysij in Gallia Minister Prouincialis: facultatem facio, vt typis mandetur Liber inscriptus, *Martyrologium Franciscanum, Annotationibus Commentatum, à V. P. ARTURO DV MONSTIER, eiusdem Ordinis ac Prouincia alumno, editus; & grauium Doctorum Almæ Vniuersitatis Parisiensis, necnon Theologorum, nostri Ordinis, iudicio comprobatus. In cuius rei fidem, nostrum Chirographum præsentibus duximus apponendum. Datum Parisiis, in nostro Conuentu Annuntiationis Virginis Desparæ, anno Domini 1637. die decima septima Octobris.*

IGNATIUS LE GAULT, Prouincialis.

---

APPROBATIO DOCTORVM.

**N**OS in sacra Facultate Theologiæ Parisiensi Doctores. *Martyrologium Franciscanum, in quo Sancti, Beati, aliique Serui Dei, Martyres, Pontifices, Confessores ac Virgines, qui tum vita sanctitate, tum miraculorum gloria claruerunt, &c. cura & labore F. ARTURI A MONASTERIO, Rothomagensis Recollecti, &c. Non tam vidimus quam mirati sumus. Theatrum enim est in quo Seraphicæ sanctitatis præteritorum sæculorum prodigia referuntur, in quo Martyrio purpuratos aspici, innocentia candidatos intueri, omni sanctimonia præfulgentes contemplari, & laureâ coronatos admirari licebit: imò tot vibrat fulgores exemplorum pietatis, & præmiorum ejaculatur splendes, vt mentes labe vitiorum infectas nitoti pristino restituat, piæ verò & bene affectas, Sanctorum deuotæ obseruantiz radicata detineat immobiles: Præterea in hoc opere nihil subesse periculi, omnia tuta, cuncta fidei Catholicæ consona, nihil denique bonis moribus aduersum deprehendisse restatur. Lutetiz Parisiorum, die quinta mensis Maij, anno Domini millelesimo sexcentesimo trigésimo septimo.*

N. MAZURE.

P. D. COQUEREL.

---

APPROBATIO THEOLOGORVM NOSTRI ORDINIS.

**M**artyrologium hoc Franciscanum attentè & accuratè perlegendo dignum prælo iudicauimus, quippe quod nihil orthodoxæ fidei, aut bonis moribus contrarium redoleat, imò plura contineat quæ ad gloriam Dei, & Seraphicæ Religionis honorem possunt redundare, operâ & studio sui Authoris. Datum Parisiis in nostro Conuentu Recollectorum, die vigesima sexta Aprilis, anni Domini millesimi sexcentissimi trigesimali octauo.

VINCENTIVS MOROTIVS, Exprovincialis  
Recollectorum Prouincie Parisiensis.

F. IACOBVS DV BOIS, Primus  
Distinctor eiusdem Prouincie.

---

SVMMA PRIVILEGII A CHRISTIANISSIMO  
GALLIARVM MONARCHA, CONCESSI.

**L**vdouici XIII. Gallie & Nauaræ Regis auctoritate sancitum est, atque patentibus litteris cautum; ne quis in Regno suo, aliisue locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decem, à die impressionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, excudendum, vendendumque quouis modo & ratione curet, Librum, qui inscribitur, *Martyrologium Franciscanum, in quo Sancti, Beati, aliisque Serui Dei, &c. recensentur: nunc primum Annotationibus commentatum, eum Additionibus, &c. Opera R. P. ARTVRI A MONASTERIO, Rothomagensis Recollecti, Prouincie Sancti Dionysii in Francia alumni. Præter Dionysium Moreau, Bibliopolam Parisiensem; idque sub confiscatione Librorum, aliisque pœnis originali diplomate, contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 20. Maij. ann. 1637.*

De mandato Regis,

Signatum

SEBRET.

*Typis mandatum die vltima Maij, anno 1638.*



# AUTHORES,

QUI DE REBUS FRANCISCANIS,

SIVE EX PROFESSO, SIVE EX INCIDENTI,

SCRIPSERUNT: ATQVE

in hoc opere citantur.

## A



*Brahams Bzeuins, ordin. predicat.*  
*Eneas Syluius, Senensis Episcopus, postea Papa.*  
*Agatha VVisman, Virgo, ord Bened.*  
*Agnes de Haricuria, Virgo, ord. Clariss. Mo.*  
*Alanus Rupensis, ord. predicat.*  
*Albertus Crantzjus.*  
*Albertus Ledander, ord. predicat.*  
*Alexander de Pelegrinus.*  
*Alexander Pocquelanus, ord. minor.*  
*Alexius Trouset, ord. minor.*  
*Aloysius Lippomannus, Episcopus.*  
*Alphonfus de Casa-Rubca, ord. minor.*  
*Alphonfus de Castro, ord. minor.*  
*Alphonfus Ciacconus, ord. predicat.*  
*Alphonfus Fernandus, ord. predicat.*  
*Alphonfus Rodericus, societ. Iesu.*  
*Alphonfus Salmeron, societat. Iesu.*  
*Alphonfus à Spina, ordin. minor.*  
*Alphonfus Viteas, societ. Iesu.*  
*Alphonfus Villegas.*  
*Alvarus Gometius, Toletanus.*  
*B. Alvarus Pelagius, Episcopus, ord. minor.*  
*Ambrosius Catharinus, ord. predicat.*  
*Andreas Faunnius.*  
*Andreas Quecetanus.*  
*Andreas Ratisponensis.*  
*Andreas Saussurus.*  
*Andreas Theneue.*  
*Angelus Auopadius, ordin. minor.*

*B. Angelus Clareus, ord. minor.*  
*Annales Stevons.*  
*Anonymus, Author libri: Status Imperia & Principatus mundi.*  
*Anonymus Parisiensis, Author Originalis sanctitatis.*  
*S. Antonius, Senensis Archiepiscopus, ordinis Predicatorum.*  
*Antonius Amicini.*  
*Antonius Benter.*  
*Antonius Bonfinius.*  
*Antonius Cicarelli.*  
*M. Antonius Coccius Sabellicus.*  
*Antonius à Corduba, ord. minor.*  
*Antonius Conarus, Episcopus, ord. minor.*  
*Antonius Daga, ord. minor.*  
*Antonius à Auronius, societ. Iesu.*  
*Antonius Democharez.*  
*Antonius Gallonius, congregation. Orator.*  
*Antonius Maginus.*  
*Antonius Possenus, societ. Iesu.*  
*Antonius Randerscus, ord. minor.*  
*Antonius à Sancta Maria, ord. minor.*  
*Antonius Santarelli, societ. Iesu.*  
*Antonius de Sillis, ordin. minor.*  
*Antonius Vasconcellius, societ. Iesu.*  
*Antonius Verdiers.*  
*Antonius Vincentius*  
*Appendix ad Lambertum Schafnaburgensem.*  
*Appendix ad magnum Speculum exemplar.*  
*Appendix ad Petrum de Natalibus.*  
*Appendix ad Tritemium.*  
*B. Arnolds, ord. minor.*

INDEX

Arnoldus Houensis, ordinis Cisterciensis.  
 Arnoldus à Rassa.  
 Arnoldus Stranus.  
 Arnoldus Viron, ord. Benedicti.  
 Aubertus Myraus.  
 Augustinus Ardinhellus.  
 Augustinus Castellus.  
 Augustinus Cuthinus, ordinis minor.  
 Author Metropolis Salisburgensis.  
 Author præfationis ad tom. 13. Bibliothec Patrum

B

**B**aptista Fulgusius.  
 Baptista Mantuanus, ord. Carmelit.  
 Baptista Platina.  
 Barnabas Kearnus, societ. Iesu.  
 Bavarus Bavarus.  
 Bartholomæus Cimarella ord. minor.  
 Bartholomæus Gavantus, Clericor. Regular. Sancti Pauli.  
 B. Bartholomæus Pisenus, ord. minor.  
 Bartholomæus Tridentinus.  
 Bartholus Saxo-Ferratenus.  
 Benedictus Coronatus.  
 Benedictus Gouanus, ord. Cælestin.  
 B. Bernardus de Bussis, ord. minor.  
 Bernardinus Curtius.  
 B. Bernardinus à Feltra, ord. minor.  
 Bernardinus Petracius, ord. minor.  
 Bernardinus Scardeonus.  
 S. Bernardinus Senensis, ord. minor.  
 Bernardus à Bessa, ord. minor.  
 Bertrandus à Argentanus.  
 Bibliotheca Patrum.  
 Blasius Lathina, seu Laguna, ordinis minor.  
 Blondus Elanuis.  
 Bonaventura Chensalier, ord. minor.  
 S. Bonaventura, Episcopus Cardinalis, ordinis minorum.  
 Bonifacius Boni-Belli, ord. minor.  
 Borbonicum MS. Vita S. Ludovici Reg. Francia  
 Ducis Bourbonio dicarum.  
 Brevarium Romanum, vetus ac novum.  
 S. Brigitta, Vidua, ex 3. ordin. Franciscan.  
 Buchingerus.

C

**C**æsar Bironius, Cardinalis, Congregationis Orator.  
 Cæsar Nostra Damas.  
 Cæsar Capaccius.  
 Cæsius Sprengis, ord. minor.  
 Carolus Iovya, ordinis minorum.

Carolus Rupineus, ordinis minor.  
 Carolus Saussayus.  
 Chappotus, ordinis minor.  
 Chervinus à Spoleta, ordinis minor.  
 Chronica 24. Generalium ord. minor.  
 Chronica Compendiosa, seu  
 Compilatio Chronologica Germanica.  
 Chronica Montisfortis.  
 Chronica Normania.  
 Chronica Saxonia MS.  
 Chronicon Augustense.  
 Chronicon magnam Belgicum.  
 Chronicon Schurense.  
 Christophorus à Capite Fontium, Archiepiscopus, ordinis minor.  
 Christophorus à Auendarnus, ord. Carmelit.  
 Christophorus Landinus.  
 Christophorus Longolus.  
 Christophorus Morenus, ordinis minor.  
 B. Christophorus Varisensis, ordinis minor.  
 Claudius Menardus.  
 Claudius Paradusius.  
 Claudius Petis, ordinis minor.  
 Claudius Picquetus, ord. minor.  
 Claudius Robertus.  
 Claudius de Rota, ord. predicat.  
 Claudius de Rubys.  
 Clemens V. Papa.  
 Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiensis. EEE. 5.  
 Compendium Privilegiorum FF. Minor.  
 B. Conradus Marpurgensis, ord. minor.  
 B. Conradus Offidanus, ord. minor.  
 Constantinus Sarnanus, Cardinalis, ord. minor.  
 Cornelius à Lapide, societ. Iesu.  
 Cornelius Mussus, Episcopus, ordinis minor.  
 Cornelius VVistut.  
 Crescentinus, ord. minor.  
 Cyprianus Creuzers, ord. minor.

D

**D**ermitus Thadai, ordinis minor.  
 Didacus l'Anega, ord. minor.  
 Didacus de Torres.  
 Diegus Paymo, Andradus.  
 B. Dionysius, Cisterciensis.  
 Dionysius Sylvester, Lanallensis, ordinis minor.  
 Discipuli ord. minor.  
 Dymas Serpy, ord. minor.  
 Dominicus Granus, ord. predicat.

**E**gidius Corrozetus.  
 Elysius Honecius,  
 Elzearius Archer, ordin. minor.  
 Emanuel Rodericus, ordin. minor.  
 Enchiridion Fratrum minorum.

**F**abrinus.  
 Faustinus Distemensis, ord. minor.  
 Faustinus Tassus, ordin. minor.  
 Ferdinandus à Castello, ord. predicat.  
 Ferrolus Locrius.  
 Firmamentum trium ordinum minorum.  
 Florentinus, seu Florentius Ltydanus, ordin. minorum.  
 Floretum Sancti Francisci.  
 Florimundus Ramundus.  
 Fortius, ordin. minorum.  
 S. Franciscus, minorum Author & Pater.  
 Franciscus Arulphus.  
 Franciscus Bartholus de Assisio, ordin. minor.  
 Franciscus Belforestus.  
 Franciscus Benius, societas. Iesu.  
 Franciscus Casterus, societas. Iesu.  
 Franciscus à Cruce Mainensis.  
 Franciscus Diedus.  
 B. Franciscus Fabriancus, ordin. min. MS.  
 Franciscus Fuardensius, ordin. minor.  
 Franciscus de Foutanis.  
 Franciscus Gonzaga, Episcopus, ordin. min.  
 Franciscus Humbolus, ordin. minimor.  
 Franciscus Longus Coriolaus, ordin. minor.  
 Franciscus Lopez de Gomera.  
 Franciscus Manroticus, Abbas.  
 Franciscus Maurus, ordin. minor.  
 B. Franciscus Mayronius, ordin. minor.  
 Franciscus Paludaus.  
 Franciscus Pegna.  
 Franciscus Poteron, ordin. minor.  
 Franciscus Poyrens, societas. Iesu.  
 Franciscus Ramundus, societas. Iesu.  
 Franciscus Ribera, societas. Iesu.  
 Franciscus de Sales, Episcopus.  
 Franciscus Scarerius, Episcopus, ordinis minorum.  
 Franciscus Solierus, societas. Iesu.  
 Franciscus Viſton, ordin. minimor.  
 B. Franciscus Ximenez, ordin. minor.

**G**abriel Barletta, ord. predicat.  
 Gabriel Hagar, ordin. minor.  
 Gabriel Praterius.  
 Gabriel Vasquez, societas. Iesu.  
 Galfridus Hardeby, ordinis Augustini.  
 Galsterus Cornutus, Archiepiscopus, MS.  
 Gasparys Bruschius.  
 Gasparus Valaterranus, Episcopus.  
 Gasfridus de Bella-Loco, ordinis predicatorum.  
 Georgius Bertholdus Pontanus.  
 Georgius Coluenerius.  
 Georgius Ederus.  
 Georgius Herſartus.  
 Gerardus Odonis, Patriarcha, ordin. minor.  
 Gerardus Sancti Quintini, ordinis Augustinorum.  
 Gerardus Van-Empelius, ordin. minor.  
 Gilberius Genebrardus, Archiepiscopus, ordinis Benedicti.  
 Gonſalvus Durantus, ord. predicat.  
 Gonſalvus Fernandez, ordin. minor.  
 Gregorius Miruaultus, ordin. minor.  
 Grisaldus Pernſinus.  
 Guido Carmelita.  
 Guido Fabricius Borderianus.  
 Guido de Marchia, ordin. minor.  
 Guillelmus Carnotensis, ord. predicat.  
 Guillelmus Durandus, Episcopus, ordinis Augustinorum.  
 Guillelmus Catelus, de Catel.  
 Guillelmus Esbranus, ordin. minor. MS.  
 Guillelmus Estius.  
 Guillelmus Esſenſgenius.  
 Guillelmus Gazetus.  
 Guillelmus Nangius, ord. Benedicti.  
 Guillelmus Paradinus.  
 Guillelmus Pepinus, ord. predicat.  
 Guillelmus Ruje, ordin. minor.  
 Guillelmus de Sancto Marcello, ordin. minor.  
 Guillelmus de Solanga, ordin. minor.  
 Guillelmus Vvorillonus, ordin. minor.  
 Gondſalvus Illescas.

**H**artmannus Schedel.  
 Haythonus Armenus, ordinis Pramonſtratenſis.  
 Heſtor Boetius.  
 Henricus Chiſellius.  
 Henricus de Gandavo.  
 Henricus Pantaleo.  
 Henricus Sedalrus, ordin. minor.  
 Henricus de Sancto Veſo.  
 Henricus Spondanus, Episcopus.

# INDEX

*Henricus ab Vrmaris, ord. Augustin.*  
*Henricus Willorus, ord. minor.*  
*Hieronymus Blanca.*  
*Hieronymus Carthusianus.*  
*Hieronymus à Monte Florum, ord. minor.*  
*Hieronymus Oforius, Episcopus.*  
*Hieronymus Platus, societas. Iesu.*  
*Hieronymus à Polisso, ordin. minor.*  
*Hieronymus Rubens.*  
*Hieronymus à Sorbo, ordin. minor.*  
*Hieronymus Vtimensis.*  
*Hieronymus Zurita.*  
*Hilarion de Costa, à Costa, seu Castus, ordin. minimorum.*  
*Hippolytus Donsmundus.*  
*Hippolytus de Ponte, ord. minor.*  
*Hippolytus Raulinus, ordin. minimorum.*  
*Historia Langraviarum Turing.*  
*Horatus Turbellinus, societas. Iesu.*  
*Hugo Camelinus, Archiepiscopus, ordinis minorum.*  
*H. Hugo de Digna, ord. minor.*  
*Huga Menardus, ordin. Bened.*  
*Hugolinus de Monte Sanctæ Mariæ.*

## I

**I**acobus à Bergamo, ord. predicat. MS.  
*Iacobus Bidermannus, societas. Iesu.*  
*Iacobus Brasfens.*  
*Iacobus Brulius, ord. Benedicte.*  
*Iacobus à Castello.*  
*Iacobus Charronus.*  
*Iacobus Cephaludensis Episcopus.*  
*Iacobus Dany, Archiepiscopus, Cardinalis Ferronus.*  
*Iacobus Doubletus, ordin. Benedicte.*  
*Iacobus Federetus, ordin. minor.*  
*Iacobus Fulgati.*  
*Iacobus Galverius, societas. Iesu.*  
*Iacobus Granada.*  
*Iacobus Guazimi.*  
*Iacobus Ioanna, ordin. Augustin.*  
*Iacobus Lampugnanus, societas. Iesu.*  
*Iacobus Meyers.*  
*Iacobus Milesius, ordin. minor.*  
*Iacobus Montanus.*  
*Iacobus Oddo, ordin. minor. MS.*  
*Iacobus Philippus, Bergomas, ord. Augustin.*  
*Iacobus Reballoja, ord. predicat.*  
*Iacobus Sewertius.*  
*Iacobus Tancillus.*  
*Iacobus Vasserus.*  
*Iacobus de Victraco, Episcopus Cardinalis.*  
*Iacobus de Voragine, Archiepiscopus, ord. predicatorem.*  
*I. Friardus.*  
*I. Raphael, ordin. predicat.*

*Ignatius le Gault, ordin. minor.*  
*Illuminata à Bembo, Virgo, ordin. Clarissarum, MS.*  
*Ioannes Azorius, societas. Iesu.*  
*Ioannes Bachotus.*  
*Ioannes Baldus.*  
*Ioannes Baptista Molex, ordin. minor.*  
*Ioannes Baptista à Perasio, ord. minor.*  
*Ioannes Baptista Possesimus.*  
*Ioannes Baptista Vbaldinus.*  
*Ioannes Benedicte, ordin. minor.*  
*Ioannes Blancana, ord. minor.*  
*Ioannes Boucherus.*  
*Ioannes Brandus, ordin. minor.*  
*Ioannes Bromiardus, ordin. predicat.*  
*Ioannes Bucherus, societas. Iesu.*  
*Ioannes Busaus, societas. Iesu.*  
*B. Ioannes Capistranus, ord. minor.*  
*Ioannes Carillo, ord. minor.*  
*Ioannes de Carthagena, ord. minor.*  
*Ioannes Chapeauillus.*  
*Ioannes Chamellus.*  
*Ioannes Chenu.*  
*Ioannes Cochleus.*  
*Ioannes Cremonensis.*  
*Ioannes Dlygostus, Episcopus.*  
*Ioannes Dominicus Candela, societas. Iesu.*  
*Ioannes Dubravus, Episcopus.*  
*Ioannes Franciscus de Paninis.*  
*Ioannes Gerson.*  
*Ioannes Gonfalus à Mendosa, ordin. Augustin.*  
*Ioannes Grisch, ordin. minor.*  
*Ioannes Heroldus.*  
*Ioannes Iomillius.*  
*Ioannes Iuuenalis de Vrsvis.*  
*Ioannes Laxardus, ordin. Celestin.*  
*Ioannes Lesleus, seu Lelandus, vel Lessaus, Episcopus.*  
*Ioannes Lorinus, societas. Iesu.*  
*Ioannes Mariana, societas. Iesu.*  
*Ioannes Marieta, ord. predicat.*  
*Ioannes Marquisus.*  
*Ioannes Mathiolus.*  
*Ioannes Molanus.*  
*Ioannes Morelius.*  
*Ioannes Nauclerus.*  
*Ioannes Nider, ordin. predicat.*  
*Ioannes Olavus Magnus, Archiepiscopus.*  
*Ioannes Oforius, societas. Iesu.*  
*Ioannes Pechanus, Archiepiscopus, ordinis minor.*  
*Ioannes-Petrus Massenus, societas. Iesu.*  
*Ioannes-Petrus Perpinianus.*  
*Ioannes Picquetus, ord. minor.*  
*Ioannes Pincharius.*  
*Ioannes Pirrius, ord. minor.*  
*Ioannes Püfens.*  
*Ioannes Puteanus, ord. minor.*  
*Ioannes Rabassus, ord. minor.*  
*Ioannes Raulinus, ordin. Benedicte.*

*Ioannes Rioba, ord. minor.*  
*Ioannes Roßferrus, ordinis minor.*  
*Ioannes à sancta Maria, ord. minor.*  
*Ioannes de Septimo.*  
*Ioannes Tilius.*  
*B. Ioannes Tisserandas, ord. minor.*  
*Ioannes de Torres, ord. minor.*  
*Ioannes Trithemius, ord. Benedicte.*  
*Ioannes de Turrecrmeta, Episcopus Cardinalis,*  
*ord. predicat.*  
*Ioannes de Tuortz.*  
*Ioannes Vignerius, ord. predicat.*  
*Ioannes Villani.*  
*Ioannes Vimpfelingius.*  
*Ioannes Ximenez, ordin. minor.*  
*Iodocus Cuthoueus.*  
*Iodocus Coccus.*  
*Iordanus de Saxonis, ord. Augustin.*  
*Iordanus.*  
*Iosephus Carolus, ord. minor.*  
*Iosephus Caron, ordin. minor.*  
*Iosephus Texera, ordin. predicat.*  
*Iosephus Ximenez, ord. minor.*  
*Ionianus Pontanus.*  
*Iulianus de Calalana, ord. minor. MS.*  
*Iulius Buryo, Patavinus.*  
*Iulius Magnus, ord. minor.*  
*Iulius Nigronus, societ. Iesu.*  
*Iuo Parisiensis, ordin. minor.*  
*Iustus Lipsius.*

L

**L** *Laurentia Strozia, Virgo, ord. predicat.*  
*Laurentius de Beyerlicck.*  
*Laurentius Portellus, ord. minor.*  
*Laurentius Surius, ord. Carthusian.*  
*Legenda trium sociorum Sancti Francisci.*  
*Leonardus Lessius, societ. Iesu.*  
*Lucas Castellanus, ord. predicat.*  
*Lucas de Montoya, ord. minor.*  
*Lucas Tudensis, Episcopus.*  
*Lucas Vradiugus, ord. minor.*  
*Ludovicus Dony, ordin. minor.*  
*Ludovicus Frois, societ. Iesu.*  
*Ludovicus Granatenfis, ord. predicat.*  
*Ludovicus Iacobillus.*  
*Ludovicus Lofferens.*  
*Ludovicus Miranda, ord. minor.*  
*Ludovicus Parisiensis, ordin. minor.*  
*Ludovicus Rebolledo, ordin. minor.*  
*Ludovicus Riniera, ord. minor.*  
*Ludovicus Turquet.*  
*Ludovicus Vincentius, ordin. minor.*  
*Ludovicus Vivaldus, ordin. predicat.*

M

**M** *Arcus Marulus Spolatenfis.*  
*B. Marcus Vlysiptanensis, Episcopus, ordinis*  
*minorum.*  
*Mare Historiarum.*  
*Marianus Florentinus, ord. minor.*  
*Marianus ab Orselcar, ord. minor.*  
*Martinus Ebulensis.*  
*Martinus Saucus.*  
*Martin à Mercato, seq. à Forosarsino,*  
*ord. minor.*  
*Martinus Matius.*  
*Martinus Cromerus, Episcopus.*  
*Martinus Nauarrus, ordin. Canonic. Regni. Au-*  
*gustin.*  
*Martinus Polonus, ord. Cisterciens.*  
*Martinus San-Gelasius.*  
*Martyrologium Romanum.*  
*Matthaus Ferechius, ord. minor.*  
*Matthaus Fumens.*  
*Matthaus le Heurt, ordin. minor.*  
*Matthaus Pedalaris.*  
*Matthaus de Roderus, societ. Iesu.*  
*Matthaus de Rubys.*  
*Matthaus Doringus, ordin. minor.*  
*Matthaus Michonius.*  
*Matthaus Palmarius.*  
*Matthaus S. Iodienfis, ord. minor.*  
*Mauritius Breslins.*  
*Mauritius de Porta, seu de Porto, Archiepisco-*  
*pus.*  
*Mauritius à Saucta Bonaventura.*  
*Michael Carravienfis,*  
*Michael ab Vffels.*  
*Michael de Medisano, ord. minor.*  
*Mofander*

N

**N** *Anarreus Manuscript. vit. S. Ludovici*  
*Reg. Franc.*  
*Nicolaus Egidius.*  
*Nicolaus Albalpina, ordin. minor.*  
*Nicolaus Ariminenfis, ord. minor.*  
*Nicolaus Armiger, ord. minor.*  
*Nicolaus Coiffetelus, Episcopus, ordinis predica-*  
*torum.*  
*Nicolaus Casanus, Cardinalis.*  
*B. Nicolaus Dionysius, ord. minor.*  
*Nicolaus Dopfioni.*  
*Nicolaus Fara.*  
*Nicolaus Foderetus, ord. minor.*  
*Nicolaus Gazetus.*  
*Nicolaus Harpsfeldius.*  
*Nicolaus Houel.*

# INDEX

*B. Nicolaus de Eyra, Ordin. minor.*  
*Nicolaus Oranus, Ord. minor.*  
*Nicolaus Ondertus, Ordin. minor.*  
*Nicolaus Sanderus.*  
*Nicolaus Tertius, Papa.*  
*Nicolaus Trigaltius.*  
*Nicolaus Trinetus Ord. Prædicat.*  
*Nicolaus Villetta.*  
*Nomenclator Cardinalium.*

## G

**G**odo de Giffeyo, Societas. Iesu.  
 Oskanius de Martinis, Suesfanus.  
 Onaphrius Paninus, Ordin. Augustin.

## P

**P**acificus Pruinenfis, Ord. minor.  
*P. Palbertus de Themofyay, Ord. minor.*  
*Papyrius Massonus.*  
*Paramus.*  
*Pascalinus Regifelmus.*  
*Paulinus Berti.*  
*Paulus Æmulius.*  
*Paulus Amaltheus, ord. minor.*  
*Paulus Laryius, ord. Benedictin.*  
*Paulus Morgia, ord. Iesuator.*  
*Paulus Rey.*  
*Peregrinus Bononiensis, ord. minor.*  
*Petrus Aubertus.*  
*Petrus Barona, ord. minor.*  
*Petrus Boyssat.*  
*Petrus Buys-Morin M.S.*  
*Petrus Buonifegnus.*  
*Petrus Calus, ord. Prædicat.*  
*Petrus Canifius, Societ. Iesu.*  
*Petrus Cotonus, Societ. Iesu.*  
*Petrus Cratepolus, ord. minor.*  
*Petrus Crespeticus, ord. Cælestin.*  
*Petrus Damityus.*  
*Petrus d'Aurains, ord. Prædicat.*  
*Petrus d'Oudegherft.*  
*Petrus Episcopus Epulanus, ord. minor.*  
*Petrus Frifon.*  
*Petrus Galefius, ceu Galefinius.*  
*Petrus à Iarvico, Societ. Iesu.*  
*Petrus Mærchans, ord. minor.*  
*Petrus Marinus, Leoniffanus.*  
*Petrus Marthans.*  
*Petrus de Natalibus, Episcopus.*  
*Petrus Oieda.*  
*Petrus Opmerus, ord. minor.*  
*Petrus Pinus.*  
*Petrus Ribadeneira, Societ. Iesu.*  
*Petrus Rodolphus, Toffimanus Episcopus, ordin. minor.*  
*Petrus Roffotus, Parisiens.*

*Petrus de Salazar, ord. minor.*  
*Petrus de Vega.*  
*Petrus de Ygniquez.*  
*Philibertus Pingonius.*  
*Philippus Diez, ord. minor.*  
*Philippus Ferrarius, ord. Sermotar.*  
*Philippus Maukes, M.S.*  
*Philippus Perusinus, ord. minor.*  
*Philippus à Sofa, ord. minor.*  
*Philippus de Vigncule, Manuscrip.*  
*Policarpus du Fay, ord. minor.*  
*Polina, ord. minor.*  
*Portinarius.*  
*Prolomans Lucensis.*

## R

**R**aphael Volaterranus,  
 Raymondinus.  
*Renatus-Benedictus.*  
*Renatus Choppinus.*  
*Richardus Connes.*  
*Richardus Stanhurstus.*  
*Richardus Vraffburgini.*  
*Robertus Bellarminus, Cardinalis, Societ. Iesu.*  
*Robertus Cuenalis, Episcopus.*  
*Robertus Gagninus, ordin. S. Trinitatis.*  
*Robertus à Licio, Episcopus, ord. minor.*  
*Robertus Rocquezus.*  
*Rogerius à Choannot.*  
*Rutilius Benfonius, Episcopus.*

## S

**S**amuel de Campo-plano.  
*San-Agryanus.*  
*S. Abbaulianus, ord. minorum.*  
*De Sarçè, ord. minor.*  
*Scævola ac Ludovicus, San-Marthani*  
*Scipion Duplex.*  
*Sebastianus Rincomius, ord. minor.*  
*Sebastianus Roulliardus.*  
*Sebastianus Ticio, alius Brant.*  
*Seraphinus de Leccieto.*  
*Seraphinus Raxzius, ord. prædicat.*  
*Sernatus Myricanus, ord. minor.*  
*Siffridus, ordin. Prædicat.*  
*Sylvester Louallensis, ord. minor.*  
*Silvester Marulus.*  
*Simon Bartel.*  
*Sixtus Senensis, ord. Prædicat.*  
*Speculum Fratrum minor.*  
*Speculum Ivis à S. Francisci.*  
*Stephanus Binicus, Societ. Iesu.*  
*Stephanus B. euentus.*  
*B. Stephanus Brulefer, ordin. minor.*  
*Stephanus Cyprius, ord. Prædicat.*  
*Stephanus Garibzus.*

NOMINVM AVTHORVM.

Stephanus Iuliacensis.  
Silvanus Raxxius.

Thomas Valsingham, ord. Benedictin.

T

**T** Arcagnotta.  
Theatrum crudelitatum haereticorum in Catholicis.  
Theodoricus ab Alpoda, ord. Prædicat.  
Theodoricus de Turingia.  
S. Thomas Aquinas, ord. Prædicat.  
Thomas Bosius, Congregation. Orator.  
Thomas Bouchierus, ordin. minor.  
E. Thomas Cantipratanus, Episcopus, ord. præd.  
Thomas à Iesu.  
Thomas de Trugillo, ord. Prædicat.  
Thomas Waldensis, ord. Carmelit.

V

**V** Alerius, cum Valerianus, ord. minor. Capuc.  
Vbertinus de Cassali, ord. minor.  
Vincentius Beluacensis, ord. Prædicat.  
S. Vincentius Ferrerius, ord. Prædicat.  
Vinca S. Francisci.  
Vitalis de Algezira, ord. minor.  
Vernerus de Roleumck, ord. Carthusian.

Z

**Z** Acharias Boverius, ord. minor.  
Zacharias Lippeloo, ordin. Carthusian.

AVTHORES NON PROBATI,  
sed vel condemnati, vel suspecti.

**A** ndreas Eborensis.  
Bernardus Girardus Hallianus.  
Conradus Gnesnerus.  
Dantes Algerias, Poeta.  
Franciscus Godwinus, Anglus.  
Henricus Pantalco.  
Hieronymus Ferrariensis, Sauanarola, ord. Prædicat.  
Ioannes Auentianus. ✠  
Ioannes Balans.  
Ioannes Carion.  
Ioannes Faucius.  
Pseudo-Ioannes Iouillans: edition. Petri Riensis.  
Ioannes Serranus, De Serres.  
Iofias Simlerus.  
Leonicus Calcocondylas, Monachus Græcus.  
Martinus Crusius.  
Mattheus Palmerius.  
Mattheus Parisius, ordin. Benedictin.  
Nicolaus Vignierus.  
Polydorus Virgilius.  
Sebastianus Munsterus.  
Stephanus Pasquierus.  
Theoderus Zuingerus.

P R O L O G V S  
A D L E C T O R E M.

**H**N primùm prodit in lucem hoc nostrum *Martyrologium Franciscanum*, Annotationibus illustratum, singulari quidem Dei beneficio, sed non sine ingenti labore confectum. Nec miretis vnde tanta seruatorum Dei copia exundauerit; Fateor equidem, alios quoque plures ex industria omisisse, ne imensum excreceret opus. Quod si Religio Franciscana, Paradisus voluptatis, & Hortus deliciarum, à summis Pontificibus legitur denominata, inficiabitur nemo, rot in ea, sacra exorta germinantia, verè sanctitatis virgula, necnon eximie perfectionis arbuscula, quibus singulis, Regulæ Minoritarum exactè, & ad amissimam, Obseruantia, singulos repente ramos à frutice dedit: vr ex eo simplici caudice sic varia sanctitatis genera assurgerent, spirarentque odoramenta virtutum. His autem tanta indira fuit diuini vis amoris, vr nullius sæcularis cauma blanditiæ eos tetigerit: cunctisque carnis, mundive illecebris amplius strenuè aduersari, quàm, si dura silex, aut itetisser Marpesia cautes: quibus cum adhuc multa que per cæcam congressi prælia noctem, conserere manus haud dubitarunt, nec pedem inde referre rati, quàm cursu expleto, mortalium seruata lege, debitum morris exsoluere, pugnantes occumbere haud dedecorum est, sed hostibus succumbere semper ingloriosum. Quid amplius? Colliguntur flores, & marcescunt: succiduntur rami, & arefcunt.

*Caudice desecto lachrymas sua gaudia palmes.* Virgil. 2. Georg.

Hæc quidem in vanis & caducis rebus: & in sanctis & supernis longè dissimilis est euentus: *Iustorum etenim anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum morris: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace, &c.* sapient. 3. Statuta solummodo mutarunt: quippe, qui ex hac miseriarum valle, & infælici mansione, sint in terram viuentium translati: cælumque inuecti, non deficient omni bono, sed cum omnipotente Deo regnabunt in æternitate.

Horum sanè memoriam recensere, perquam iucundum est & gloriosum; nec inutile aur vacuum quandoquidem & illorum prouocemur exemplis, & trophæis. Cæterùm, licet ita planè sit, vr sanctorum hominum, qui in patrio suo solo vitæ sanctitate floruerunt, rebus præclare gestis, & exemplis ad virtutum mirè excitemur; sit tamen vr efficacius, ac multò citius, nostros moueat animos eorum perlecta vita, qui maiores nostri extitere, quique nobiscum, vel sanguinem, vel patriam, vel habitationis saltem locum habuere communem. Ipsa scilicet natura, ipsoque stirpis & patriæ communi vinculo ad imitandum fortius impellente & adiuuante. Hinc & prisci illi, quo sese ad magna quædam & fortia gnauiter excitarent, domesticis potissimùm à maioribus, & à patris peritis exemplis, vtebantur



## AD LECTOREM.

bantur. Hoc eodem, seu maiori nos excitati stympulo, rebus Franciscanis, vacandum pie diximus, modo repetitis altiùs ex ipsius factæ Religionis Seraphicæ compendiosa hystoria maiorum nostrorum sanctissimis exemplis; benignus præbeatur auditus.

Et verò, notitia huiusce *Martyrologij Franciscani* quamquam communis videatur cunctis status Minoritici alumnis, singulis tamen eiusdem Ordinis sacris Congregationibus ac Reformationibus propria etiam censebitur; dùm res vniuersuique particulares ( prout fect occasio ) accuratè, licet compendiosè referantur, nihilque dicendum de industria relinquatur, aut minori indagatione peturratur, siue in primo, aut secundo, vel tertio Ordine quidquã spectetur: cuius Auth or agnoscitur S. Franciscus: his D. Bonauenture verbis. *Prædicationis ipsius feruore successi quamplurimi vtriusque sexus, in coniugali pudicitia Domino famulantes secundum formam à Dei viro acceptam, nouis se penitentia legibus vinciebant, quorum viuendi modum idem Christi famulus, Ordinem Fratrum de Penitentia nominari decreuit. Nimirum sicut in columbentibus, penitentia viam omnibus constat esse communem: sic & hic status Clericos & Laicos; Virgines & Coniugatos, in vtroque sexu admitens; quanti sis apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipsorum patris miraculis innotescit.* Sicque eo exordio, initium sumpsit Tertiariorum sacer Ordo. Quibus etsi certa Regula, in scriptis, ab ipso sanctissimo Patre, tradita haud fuerit: certissimum tamen est, ab eodem, formam & modum, secundum certas aliquas leges & statuta, illis verbo tenus dedisse; quibus instruerentur, atque ab aliis distinguerentur, & magis ac magis in diuino seruitio possent proficere. Quæ quidem statuta ac leges Nicolaus I V. ann. 1191. in vnum redegit, atque in cuiusdam Regulæ formam à præfatis Tertiariis, tum soluis, tum quoque vxoratis, obseruanda tradidit.

Cùm igitur hic sacer Tertiariorum Ordo, in dies magis ac magis excreceret, meliusque audiret, illustissima simul atque pientissima B. Angelina Corbara à Termis ( de qua infra ad 25. Decemb. ) extructo Fulginij, in Umbria, S. Annæ Monasterio, illic monasticam vitam cum aliis sociis professæ est, tribus votis, Obedientia nimirum, Castitatis, & Paupertatis prius emissis, sub obedientia ac iurisdictione Fratrum Minorum de Obseruantia. Sicque sacra ab iis Tertiariarum Religio inceptit. Quod institutum vtrò mox auptentes aliz Virgines & Viduæ, necnon & viri permulti: sic faustè ac feliciter propagatum est, vt propterea his permotus Leo X. Papa, illud benignè confirmauit, ann. 1521. prædictisque Fratribus ac Sororibus, vti verè Religiosis, propriam aliam dederit Regulam, (ab ea quam præfatus Nicolaus IV. prius condiderat, vtcumque dissimilem ) ab ipsis nunc vsque obseruatam: quam alij Summi Pontifices, laudarunt, approbatunt, & multis gratiis, atque indultis, ac priuilegiis, corroborarunt.

Verùm, cùm postea, ob bellorum vbique frementium tumultus, omnia pessum irent, & hic sacer Tertiariorum Ordo sensim imminui cœpisset, hunc nostri Galliac Neustrij, forti, inuictoque animo, è proximo casu subleuantes, reformandum, in pristinumque Regularis Obseruantia rigorem, reducendum curarunt sub auspiciis Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum: atque magna Religione, magnoque pietatis zelo, & virtutum exemplo, necnon proximiædificatione, nunc vsque, mirum in modum, per Galliam propagarunt. Qua de re latius egerunt: Miranda, Gonzaga, Tossinianus, Rodericus, Cafarubæus, Carillus, Rapinæus, & alij à nobis citati Authores, infra ad 3. Ianuarij: Ioannes de Torres, in Prædicationibus super Regulam Tertiariorum fol. 1. & 2. Portellus in

PROLOGVS

dubius Regularib. verb. Tertiarij. Algezita, in Arbore Epiloga totius ordin. minor. Salazar. lib. 7. chthonic. prouinc. Castellæ cap. 1. & seq. Bosius de signis Eccles. Dei lib. 9. cap. 5. Sedulius in Commentar. ad vitam S. Francisci cap. 4. paragraph. 5. Vadinghus tom. 1. Opuscul. S. Francisc. vbi de Regula Tertiariorum: item tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1221. & tom. 2. ad ann. 1291. ac tom. 3. ad an. 1309. Carelus lib. 2. histor. Linguz-Doxiz, cap. 2. pag. 175. 176. & 177. Dauityus tom. 1. Description. vniuersal. mundi, vbi de vatis Ordinib. Religios. pag. 315. &c.

Miraberis forsan, mi lector, illos, de quibus compactum est hoc nostrum *Martyrologium Franciscanum*, Featos, à nobis appellari. Verùm, aduerte (ex Arnol. do de Raiſſa, in monito ad Lectorem, ad calcem sui Auctarij ad Natales SS. Belg. & Iacobo Vasseuro, lib. 3. Annal. Eccles. Nouiodunens. cap. 26. pag. 640.) quòd præter eos, qui à Summis Pontificibus expressè *Sancti* vel *Beati* sunt declarati, tria genera hominum, pietate, sanctitate, & miraculis celeberrimè, hoc opere comacemorem. Primum, eorum, qui aut per communem Ecclesie consensum, vel inmemorabilem temporis cursum, aut Patrum, virorum Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, coluntur: hos autem *Sanctos*, & *Beatos* dici & haberi ab omnibus, posse & debere nemini dubium est.

Alterum genus est eorum, qui etsi supra memorata sanctitatis vel Beatitudinis argumenta, seu auctoritatem nondum habuerint: attamen sanctitatis, aut Martyrij, & miraculorum famam, læpè etiam maximam, constantissimè & latissimè in Gallia, Italia, &c. diffusam habent: quos etsi sciam citra Sedis Apostolicæ auctoritatem, publica veneratione ab Ecclesia non esse afficiendos, attamen meritò eorum memoriam hoc opere, & extetis palam facere, & à periculo interitus vindicare debui; imitatus ea in re, Surium, Thomam Kempensem, Molanum, Harzrum, Mariettam, Vvionem, Menardum, Ferrarium, aliosque viros graues & Religiosos, apud Saussayum cap. 19. & 20. Apparatus ad Martyrologium Gallicanum, quales si non habuissimus olim, magna pars præclare à sanctis Dei famulis gestorum nos lateret, magno Reipubl. Christianæ detrimento. Quin etiam hæc Ordinariis: alijsve, ad quos ea res pertinet, stimulum dabunt, maturandi legitimas informationes de eiusmodi pietate celeberrimè hominum, vita & miraculis: vt sic tandem sancta Sedes debitè informata, decernat citra eorum cultum, id quod ad maiorem Dei gloriam, & Ecclesie ædificationem videbitur expedire.

*Beati Rogerij, Confess.* <sup>b</sup>] Vnus fuit ex discipulis seraphici patris D. Francisci, quem ob eminentem vitæ eius perfectionem, Gregorius IX. Papa, verè sanctum appellauit, & illius memoriam apud Tudertum celebrari præcepit, eximieque miraculorum eius fieri iussit, ut canonizaretur in terris, quem Deus tot signis declarabat regnare in caelis. Eius sacrum corpus auct Tuderti apud Conuentum fratrum Minorum: pars autem, quæ ipsius debita eam reuerentia Villæ Francæ conuenerit, in Conuentu S. Francisci, qui est 11. pronuncia S. Iacobi. Aguat de eo: Palanus lib. 2. confirmat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. minor. sanctitate illustri. fruct. D. Francisci fruct. 12. part. 2. C. ody. M. S. Abbat. su. Vidor. Paris. ihid. Bernardus Bells. in chron. general. Franciæ. T. olinianus lib. 1. hist. scaph. Gonzaga sup. part. 1. in BB. vñsuntione

fruct. ordinis & part. 3. Marcus Vlyssipon. part. 1. chron. mon. lib. 1. cap. 76. lib. 2. cap. 51. & lib. 6. cap. 55. Picquetus in catalog. viror. illust. minor. Ioannes Baptista Posselinus inter SS. Ecclesiæ Tudertæ. Ferrarius in catalog. SS. Italæ, & in Topographia Martyrologij. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1220. §. 8. 1236. §. 4. & 1. item tom. 2. ad ann. 1254. §. 47. & 1285. §. 15. Molanus in add. donob. ad Vindorum die præcedenti, die 6. Martij, ceteri autem hac die 5. Ianuarij.

*Beati Iosephi, Confess.* <sup>c</sup>] A Ferno, diocesis Mediolanensis oppido, dictus est, quem propterea alij à Mediolano mancipant. Palentij Theologus professore apud nuncios obfcausces exiit, indeque ad Capucinos transiit, admirandis operibus & signis illuxit. Cum autem concionator eximius euasisset, primas quadraginta horarum orationis institutor fuit, quem morem in præcipuis Italæ urbibus constituit: incredibiles plangunt animum fructus, quos hic vir sanctus ex verbi diuini prædicatione Deo tenuit. Ob præclarum quorũque pietatantem, sæpè apud Capucinos Prouincialis vicarij munere functus fuit, ac Generalis Caputali, quod Romæ ann. 1552. celebratum est, distributor electus. Nonnulla etiam Deas, ad serui sui sanctitatem hominibus declarandam, miracula edidit: quorum meminit Bouerius tom. 1. Annal. Episcorum ad ann. 1556. §. 2. & seq. quo obiit. Ex Petracio Salodensis, Montellor. & M. S. pronuncia Braxæ, Mediolanens. &c. Item, Manipulus fratrum minor. in cap. 7. Regul. B. Francisci.

*Beata Leonora, Abbatissæ.* <sup>d</sup>] Hanc commemorant Barceus sup. lib. 2. cap. 19. & Gonzaga part. 3. sup. in Monasterio S. Clare Pontis-viridis (quod est 7. pronuncia Sancti Iacobi) hacten. ann. 1510. vbi vitæ sanctitate, & miraculis quamplurimis resulsit: cuius sanctum corpus, in sacra illius cur. nobis adeo sepulchro, ab omnibus maxima veneratione coluit.

4. 5. *Beata Elizabeth, virg. c*] Desotissima cum esset, inter orandum, tanto diu stans excessu suspendebatur, ut super seipsum raptam, & vitra humanum sensum aliquid sentiens; quid circa se ageretur exterius omnibus nesciret: plurima etiam prophetice spiritu prædixit: quamobrem, tum apud monachos, tum secularibus,

in vita & in morte venerabilis fuit. Obiit ann. 1520. ita Gonzaga sup. in monasterio S. Elizabeth Grana- tensi, quod est 12. provincie Granatens. Baretzæ sup. cap. 37. Valerianus lib. 4. de SS. form. ord. minor. cap. 8.

## OCTAVO IDVS IANVARI.

**A** Pud Insulanos Molucenses, Beatorum a Martyrum Blasii Palomini, & Ioannis de Palma, qui ob Christi fidem, gladiis impiorum necati sunt. Natonæ b Beati Electi, Confessoris: mira pietate & charitate, atque fanitatum gratia illustris. In provincia Romana, apud Conuentum montis sancti Ioannis, Beati c Valeriani Viterbiensis, Confessoris, magnæ sanctitatis viri. Mediolani, Beati d Bartholomæi Luciano, Confessoris: eruditione & vitæ sanctitate præclari. Toleti, Beatæ e Ioannæ Rodericæ, viduæ; genere, humilitate, atque oratione insignis. Villæ-Francæ, in Hispania Terraconensi, Beatæ f Mariæ à Losada, Virgini- nis, quæ præcipuam prærogatiua virtutum exornata, sancto fine cuius,

## IANVARI II VI.

3. 1. *Beatorum Blasii, & sc. marty. a*] Prior, provincie Granatensis fuit alumnus, aliter verò provincie sancti Ioannis Baptiste, qui mare traiecit, ut illis effugatis gentibus Evangelij licentiam diffunderent apud Insulanos Molucenses, necati sunt ann. 1614. De eorum canonizatione agitur, ad quorum processus consuetudines literæ petuntur Apostolicæ: vti constat ex libello Neapoli edito, ann. 1626. apud Typographum Ioann. Dominici Roccaloli: & Raphaelo hystor. General. orig. Recollect. part. 1. præf. §. 4. Grauna part. 2. cap. 24.
3. 2. *Beati Electi Confess. b*] Laicus erat professione, & Gallus, magna charitate præditus, ac dono caritativum clarus. Floruit circa ann. 1285. illius meminerunt Pisanus libr. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratrib. minorib. sanctitate illustrat. in provincia Provincie, Codex MS. Abbat. san. Victor. Paris. libid. Marcus Vlyssiponens. part. 2. chron. minor. lib. 7. cap. 1. §. 1. Gonzaga part. 1. origin. seraph. Relig. vbi de BB. viris huiusce ordinis. item part. 3. in com. in Narbonensi, quæ est 7. provincie S. Ludouici, Piquetius in catalog. viror. illustr. Franciscan. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1287. §. 15. & Mariano lib. 3.
3. 3. *Beati Valeriani Confess. c*] Cum inter Dominicanos laicus inseruaret, ex levi visione penitens, ad Capucinos migravit: vbi vitam virtutibus plenam beato sine conclauit ann. 1545. Vide Bouerius tom. 1. Capucinos. ad a. 1545. §. 33. ex Petraccio.
3. 4. *Beati Bartholomæi, Confess. d*] Vix fuit omni doctrina & eruditione clarus; qui cum prius inter minores conuenticales, publicè in Ticinensi vniuersitate, Lectoris munus præclare obisset, perfectionis obseruantie studio ad Capucinos transiit, post aliquod tempus, in Mediolanensi provincia Lector generalis indubatur. Cuius in eo numero tanta fuit mensis humili-

tas, ac simplicius abiectio, talisq. regularis obseruantie zelus; ut cunctis suis præluceret exemplo. Otiosus, ac feruor diuinorum contemplationis tantò studio tenctus, ut omnem in ea animi sui voluptatem collocaſſe videretur: & nonnunquam dum orat, canida columba circa eum voluare visa fuerit; quæ tunc vni, nunc alteri ipsius humero incubabat. Agit de eo idem Bouerius sup. ad ann. 1579. §. 22. quo obiit ex MS. provincie Vmbrix.

*Beata Isanna Roderica. e*] Hæc vidua relicta, vitæ verè spirituali, maiori quàm antea seruare, §. 5. sese addidit. Nam monasticum obseruantiam professâ, apud canobium S. Elizabeth, Toleti, focia, discipula, atque B. Mariæ à Toleti, cognomento pappe (de qua §. 1. Junij) persuisit omnino exitu, participatam, humilitatem, orationem, ceteraque virtutes ad suæ magistrix imitæ, summo opere coluit. Obiit ann. 1505. maximum sui desiderium atque sanctissimam famam sororibus & secularibus deteligiens; ita ut sæpè illius patrocinium apud Deum implorauerit. Ita Gonzaga part. 1. vbi de BB. monachibus ordin. S. Clare virg. & part. 3. in monasterio Clarissarum S. Elizabeth Regis Toloti, quod est 1. provincie Castellæ. Vlyssiponens. part. 3. sup. lib. 8. cap. 17. Gæterius in tabula Chronograph. Græc. 15. in sanctis viets. Ex Coccio de signis Ecclæs. art. 11. Valerianus lib. 2. de SS. form. ord. minor. cap. 47.

*Beata Maria, virg. f*] Soror fuit deuotissima, & ingenti sanctitate refulgens; cui Deus, ob illius, tum §. 6. merita, tum quoque inculpata vitam, sui transitu diem predicare dignatus est, qui accidit ann. 1543. memoratus à Gonzaga 1. part. sup. in monasterio Conceptionis Villæ-Francæ, quod est 18. provincie sancti Iacobi, vbi sepulta iacet; Baretzo 4. part. Chronoc. minor. lib. 3. cap. 42. Valeriano lib. 4. cap. 36. supra.

## SEPTIMO IDVS IANVARI.

**I**N Aquitania, Beatorum a martyrum Fortis, Gallardi, & eorum venerandi Patris Guardiani Conuentus Mausiaccensis; qui quòd Catholicam fidem publicè

constanterque tuerentur, illos hæretici, furenti gladio confoderunt. Pistoriæ in valle Spoletana, Beati <sup>b</sup> Iohannis de Vallibus, Confessoris; paupertatis amantissimi, qui & sacre Obſeruantinæ Familiz initiũ dedit: & claris meritis quieuit in Domino: cuius sanctitatem, quamplurima post obitum miracula ad eius sepulchrum diuinitus edita, attestantur. Apud oppidum Walsceuse diocesis Constantiensis Beatæ <sup>c</sup> Elizabethæ Reytensis, virginis Tertiariæ; quæ amore in Christum sponſum ac vitæ sanctitate conspicua existens, sanctissimè vitam finiuit. Vespuntione in Gallia, Beatæ <sup>d</sup> Symonettæ, virginis.

## IANVARI II VII.

**B** <sup>1.</sup> *Patrum Martyrum, Fortis, Gallardi, &c. 2* ] Horum illustre Martyrum accidit ann. 1582. quando pæduelles hæretici, in inuasione Mauſiaci oppidi, Conuentum minoritatum ibid. extructum, fœditas euerterunt: atque prefatos venerabiles patres, insignisque concionatores, videlicet P. Fortem viuatum, P. Galladum viuatum, & coram Guardianum; ferro transuerberatos, necarunt. Gonzaga de orig. script. Reliq. part. 3. in Conuento Mauſiacensi, qui est 19. provinc. Aquitan. Recentioris Barczzi 4. part. Chronic. minor. lib. 7. cap. 45. Vvadingbus tom. 3. anal. minor. ad an. 1508. §. 81.

**B** <sup>2.</sup> *Beati Iohannis de Vallibus, Confess. b* ] Hæc verè Philothous, zelo strictioris obseruantie regulans ductus, licentiam petiit, obnoxiuitque à Keuerendissimo Gerardo Odone, ministro Generali totius Ordinis minor. an. 1514. sese cum quibusdam aliis ferendis patribus, recipiendi in eremitonum: vt liberius Deo valere inferuere. Multa cum aliquando detinuerunt impedimenta: sed tandem is sanctæ paupertatis egregius zelator; illa omnia sfocifficatus, post superatas difficultates non paucas, sua constanti perseverantia, à prefato ministro Generali locum Pabæ, siue Bruſani in florido colle, præpè Camerunum, impetrauit; in quo cum B. F. Gentili à Spoleto, provincie S. Francisci alarmino, ac professione laico, aliisque nonnullis eiusdem spiritibus, se sequentibus, sub Generalis, atque Provincialis, Ministrorum cura & obedientia; sanctissimè iuxta regulæ exigentiam, atque genuinum sensum, quoad vixit, perseveravit: & sacre, admirabilisque Obſeruantinæ Familiz intum dedit. Illic vixit ac obiit, 1551. sepulchusque est non abique sanctitatis optatione, quem Deus crebris, huc vique, illustravit miraculis: prout attestantur B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 1. vbi de fratribus minoribus sanctitatis illustr. in provinc. S. Francisci Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vj. Hispanens. 2. part. chron. minor. lib. 1. cap. 1. Gonzaga part. 6. sup. via de exordio patrum Clareno-

rum atque Obſeruantinorum; item in B. huiusce ordinis minor. vitæ & 2. part. in Conuento 27. provinc. sancti Francisci, Tostianus lib. 1. hultor. scripturæ. Vvadingbus tom. 2. anal. minor. ad an. 1570. §. 127. tom. 3. an. 1534. §. 24. Marianus lib. 4. cap. 10. Picquetus in catalog. vitæ, illustr. nrd. minor.

**Beata Elizabetha, Virg. c** ] Hæc sacra virgo Elisabetha (nunc vulgò Beta) Surtinæ patriæ orunda, Iohanne Achlero, cive oppidi Vvalseensis, anno 1586. progenita, à cunabulis ad pietatem addicta, crescens in timore & virginali pudicitia: ordini Tertio Franciscano animum dedit: quem cum longus precum instantis 14. annum agens, obtinisset dicta incredibile est, quantis mortificandi corporis austeritatibus cæperit, quibus tam animus certaminibus conflaret: quam indefessè à satana frastentibus periclitata confessorit, quibus vitæ totum trophæis ac ornata triumphat. Demùm famula Christi, fœlicis mortalitatis exuta, circa curricula sui annum trigesimalum quatuor, in deliciis Christi amorosi dilecti recepta: sanam sanctitatis in moribus, & signa crucifixi in membris reliquit, ac miraculorum subitè multitudinem vsque nunc clauit. Vitam eius ex originali MS. Conrado Kiegle, præpositi carnobij Canoniceorū Regulans ord. sancti Augustini oppidi Vvalseensis, qui per 20. annos huiusce virginis exitu confessorius, desumptam, descripsit Marianus lib. 9. chron. sanctiorū obſeruant. reformate. cap. 1. vsque ad 8.

**Beata Simonetta, Virg. d** ] Verbanilla profusa erat in monasterio S. Clare Vespuntinæ vitæ, quando ad illud reformandum accessit auctoritate Apostolica B. Colecta virgo, ann. 1410. cuius quidem reformationis institutum Simonetta virgo, tanta animi contentione, tantoque spiritus feruore, ac vix perfectione prosequuta est: vt sancto fine demortua, Beatæ titulo à cunctis venerata sit. Vide Fodericum in descriptione prefati monasterij S. Capucinerij S. Capucinerij Abbatium in hultor. chronolog. vit. B. Colectæ vug. statu 3. lib. 1. cap. 7.

## SEXTO IDVS IANVARI II.

**I**n territorio Mexicano, apud induam occidentalem, passio Beatorum <sup>a</sup> martyrum Francisci Donzelis, Guardiani Conuētus S. Philippi & Petri Burgenſis, eius socij; qui à Chichimecis Indis circumuenti, & telis eorum confixi, pro Christi obierunt. Taurominij in Sicilia, Beati <sup>b</sup> Cherubini Messanenſis, Confessoris; virtutibus ac miraculis celebris. Assisij in Umbria, Beatæ <sup>c</sup> Franciscæ, virginis, quæ humilitate, obedientia, & paupertate præclara, sancto sine quieuit.

5. 1. **BEATUM MARTYRUM FRANCISCI, OR. 2.]** De his agit Boffianus lib. 2. in fin. vbi de India. Hilarion. a Costa lib. 2. hist. catholic. pag. 166. Picquetus in catalogo. virore. illust. ordin. mun. Marianus lib. 3. cap. 30. Bofius tom. 1. lib. 12. cap. 22. Gramina part. 2. c. 24. Gonzaga part. 1. origin. seraphic. Relig. vbi de Beatis Martirib. ord. minor. Ob Christi fidem passus apud Indos Occidentales, item part. 4. in fine prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezus part. 4. chronic. min. lib. 3. cap. 75. Carolus Rapinuz in histor. general. Recollector. decad. 7. part. a. §. 12. B. Pater Franciscus Donzelis, sive Donzelus, ex Barica, seu, Granatensis, prouincia (in qua habuit Religionis sumptus) in nouum Hispaniam traiecit: cumque in ministerio apud S. Philippum Cœuenti, Guardianum egeret, Mexicum ciuitate, quibusdam de negotiis cum prorege Martino Ennigze aditus petit: Quibus denique expeditis, atque alio sibi in locum, venerabili sene P. Petro Burgelio, (qui paulo ante ex S. Eugelyi prouincia ad hanc SS. Apostol. Petri & Pauli transierat) ad sancti Michaelis oppidum ire contendit, ibi transitu verò angustia (cum portus, seu transitus de Carnacuero nomen est) ab impijs Indis Chichimecis circumueni, post plurima perpeffa tormenta, & peripilas eorum sagittas transim, gloriosè Christi martyris interierit, circa an. 1583. Vt autè primum Hispani huic loco vicini, rei gestæ facinus accepterunt, illorum corpora inde ad sancti Michaelis oppidum transferentia, & acque funebribus exequijs de more exple, honestè sepulturæ, eodem loco tradenda curarunt: vbi ab Hispanis, ceterisque Indis Christianis pia ueneratione coluntur.

5. 2. **Beati Chribeni Messanenſis, Confess. b.]** Fioruit ann. 1540. cuius meminit Barezus sup. lib. 3. cap. 22. ex Gonzaga part. 1. sup. in Conuentu S. Francischi Tauromy oppidi (haud procul à Drepano promontorio delantis) quo est t. prouincie Siciliæ: vbi sic scribit.

*Hic tandem mortem obiit, sepulchroque fuit B. ille Pater, omniq; ueneratione dignissimus; Pater, inquam, Chribeni: Messanenſis, qui uicini atque citam mortibus, plurimis profuisti miraculis, simulatque coruscis: cuius corpus ex cœmita Sarcophago exhumatum, honorificè Mausoleo reconditum fuit; ubi & ab omnibus maxime celebratur, frequentatq; que.*

**Beati Francischi, virg. c.]** Hæc abstinentia & ieiunio carnem macerabat, & non nisi fragmentis, que luperebant, se reficiebat in mensa. Humilitatis exercitio maxime delectabatur, viliora Conuentus missa sumptuoperè requirens adimplere. Obedientiam, sic prompto animo, operabatur; quòd non solum uerbis, sed & nutibus auisueret Superiorum. Tanta puritate ditabatur, ut habita uinco, vili panno confecto, serèque diluico, contenta fuerit: ueloe rudiori tela ipsoque dilacerato, amicta ad capitationem & contemplationis die noctuque uigere uacabat, cuius rei gratia, locū sibi delegerat ante imaginem Crucifixi; (qui olim D. seraphico P. Francischi, apud Ecclesiā S. Damiani locutus, fuerat, exinde asportatus in hoc monasterium Clarissimam S. Georgij intra A. Missium urbem) ut uilius aspectu magis ac magis in Christi amore ac conderetur: ibi otium pernodiabat, & ieiunio fessa, sedens dormitabat. Morti appropinquans, diem sui obitus prædixit fore vicinū, & cunctis sacramentis deuotè ab ipsa suscepit, feliciter excessit & uita fama uirtutum, odoreque sanctitatis resurgens. Eius sacrum corpus sepultum est, non cum alijs, sed iuxta Ecclesiā ipsam S. Georgij: super cuius tumulum Rosarium exortum est: in quo, paulo post, eodem mense Ianuario, Rosæ exquisiti odoris, maxque pulchritudinis, reperit fuit & sublate: quod, quem Rosarium usque nunc seruatur atque censetur. Hæc Marcus Vlyssipon. part. chron. minor. lib. 1. cap. 39. clauit circa an. 1437. Toffianus lib. histor. seraph. Valerian. lib. 2. de SS. form. ord. min. cap. 49.

## QVINTO IDVS IANVARIII.

**A** pud Villæ-Francæ Relpidum in Aquitania: Beati <sup>a</sup> Iohannis Guilloti, Martyris, qui ab hæreticis interceptus, post diuersa ludibria atque opprobria diu perpeffa, ad uirimum, plumbeo globulo traicitur; & Deum precatus pro interfectoibus, martyrij coronam accepit. Narniz Beati <sup>b</sup> Matthei Narnienſis, Confessoris; qui signorum gloria nunc usque resulget. In Picceno, Beate <sup>c</sup> Benuenute Anconensis, uiduz, Tertiij Ordinis Pœnitentium seraphici S. Francischi: que pijs operibus uacans, meruit à Domino varijs reuelationibus uisitari, miraculisque quamplurimis exornari. Villæ-Nouæ, in territorio Giennensi, Beate <sup>d</sup> Tirafizæ Sanctiæ, Tertiariæ: cuius religio, pietas, ac uiræ sanctitas summa fuit. Item, Beate <sup>e</sup> Catharinæ Ciualinæ, uirginis, eiusdem tertij Ordinis.

## IANVARIII X.

5. 1. **Beati Iohannis Guilloti. \*** Villa - Franca, Aquitania oppidum, in primis illis Galicæ tumulis, circa ann. 1567. nouatoribus Hugnoticis, auter plus æquo accommodans; portas illis hæreticis aperuit: qui prouincas in sacra xadifica irmonites, acas subuertuerunt, omniaque profanarunt, & Conuentum explantas, fratres omnes in uincula coniecitur. Ex quorum numero hic B. Iohannes glorioso in martyrio decoratus est: ut constat ex Barezio 4. part. chronic. mino. lib. 3. cap. 25. post Gonzagam part. 3.

ong. seraph. Relig. in Conuentu minor. Villæ-Francæ, qui est 25. prouinc. Aquitanæ antiquioris: de noua scribentem. *Diem religiosissimus Pater Iohannes Guilloti in sacra ciuitate de uicino quondam Pago uentis, factam hanc ad eum repeteret, ab hæreticis interceptus, post plurima ludibria atque opprobria patientissime perpeffa, ab altero eorum plumbeo gladio tranſiit; animamque agens, ad Trotho-martyris Stephani uisit, quod precato illis statueret, Deum, Optimum, & Excellentissimum exorabat, sicque spiritum suo reddidit Creatori.*

Beati



3. 1. *Beati Matthæi Nansenfis, Confess. b*] Martinus etiam à nonnullis vocatur. Eius mentionem agunt Gonzaga, part. 1. sup. vbi de BB. virt. huicæ ordinar. Barezus sup. lib. 4. cap. 37. hac inter alias præclaras animæ suæ dot. maxima prudentia erat prædixit miraculisq; clarus. Toffinæus lib. 1. hist. seraphic. vadinghis to. 1. sup. ad ann. 1241. §. 27. Piequent in catalog. viror. illustr. ord. min. ex Crescentio in Dialog. Mariano lib. 2. cap. 11. Bernardo à Bessa, &c.

3. 2. *Beata Remoneta Ancusensis, tertij ordin. c*] Anconæ, in Marcha, honestè parentibus nata, ab inuente ætate, consecrata fuit: verùm, postea matrimonio iuncta, tertium ordinem Pernitentium seraphici P. S. Francisci pro sua pietate, amplexa est. Magnus virtutibus refulsit, & quæ plurimus imitatoribus, ac diuini relationibus fuit à Domino consolata, atque ingentibus miraculis illustrata. Florabat circa an. 1300. cuius vitam describit B. Conradus ab Offida (de quo 12. Decemb.) & ex eo Marcus Vlyssiponens. part. 1. chronic. minor. lib. 4. cap. 24. §. 1. item lib. 6. cap.

30. §. 1. Gonzaga. 2. part. sup. in conuentu sacri montis Aluente, qui est 17. provinc. Tuscæ, vadinghis tom. 2. annal. minor. ad an. 1182. §. 11. & tom. 1. an. 1211. §. 38. Marianus in append. lib. 3. De Silbis in cap. 2. Reg. tertiar.

3. 3. *R. Tyresa, vidua Tertiar. d*] Hæc plenissimè formata, in isto mortuo, protinus in monasterium quoddam in Villa-noda oppido, extruxit, fundantque an. 1303. imbuque, cum alus sibi adherentibus formis sub 3. seraphic. patris Sancti Francisci ordine, quo ad vitam sanctissimè perseuerauit. Scribit de ea Gonzaga 3. part. sup. in monasterio sancti Francisci Vitz-nour Archiepiscopi; quod est 11. provinc. Carthagenens. Marianus lib. 6. cap. 29.

3. 4. *Beata Catharina Ciulinæ, Virg. e*] Fada eius administranda, præclarasque virtutes recedit in processu inquisitionis sive R. P. Antonius Ransfeldus, apud minor. Reformar. Marianus lib. 6. chronic. quondam obseruat. Reformar. capit. trigesimo-quarto. obit an. 1619.

## QUARTO IDVS IANVARIÏ.

**F**ESSÆ, in Mauritania, Natalis Beati Andræ Spoletani, Martyris; qui coram Rege Fessarum & principibus eius, ignem ingressus, nihilque ab eo læsus lapide percussus in capite beatum pro Christo finem sortitus est. In Calabria, Beati Bernardini Rendani, Confessoris, deuotione ac feruore prædicationis conspici. In Hispania, ciuitate Granatensi, Beatæ Leonoræ à sancto Ioanne, primæ Abbatissæ monasterij Sanctæ Mariæ de Angelis, tertij Ordinis Seraphici Patris Diui Francisci; que orationi, rerumque diuinarum contemplationi intenta, dono lachrymarum etiam potiebatur.

## IANVARI X:

3. 1. *Beati Andree Spoletani, Martyris. a*] Hæc provincie sancti Francisci alumnus, obtinuit à ministro Generali licentiam comenandi apud Corsicam provinciam: vt sic feruore ab amicis & parentibus, liberius, faciliusque Deo inferuaret. Vbi cum hæc insula pestifera tunc grassaretur, totum se addidit infirmitati curæ, quibus verbum Dei; Ecclesiastica Sacramenta, necnon & temporalia eorum necessitati conuenientia, maxima charitate ministrabat. Postquam ergo per aliquot tempus verbo & exemplo quamplurimum toti insule profuisset: zelo verbum prædicandi terra infideliu, martyriæ desiderio flagrans: nauem Mortem versus euntem ascendit, sed vento contrario agente, nisus Genam depulsa est: sicque solum vertere coactus, in Hispaniam proficiscitur; ibique paululum declinat apud Andaluzæ fratres, quos pro exemplo valde instruebat, humilitate & orationis summo affectu insudans. Exinde mare transiit in Africam ipsius, apud Ceptam urbem; ibi diuersitas est cum patribus conuentalibus: qui illum auertere conabantur, sed frustra, à proposito peragrandi infidelium partes.

3. 2. *Peragrandi infidelium partes.* Peragrandi infidelium partes, totius Regni caput, vbi coram Rege, Principibus, ac Proceribus Regni veritatem Christianæ fidei propalauit, falsitatem verbè & impietatem Mahumeticæ scelerè declarauit. Iudex, & Seniores Synagoga eorum, vna cum alus infidelibus, acriter disputacione confutauit: omnibus palam & publicè prædixit Christi fidem necessariam esse ad salutem: in cuius retestimonium obtulit, vel mortuum suscitare; vel carco visum reddere, seu foueam

cium fetocissimè leone intrare; aut focinacem accendentem ingredi, exindeque proficere, subique vlla lesione. Quorum vltimum tandem infideles elegerunt signum, quo certatim accurrentes, struem præpararunt: in cuius summitatem Beatus Andræ, nudus, cum solum feruoribus, ascendit: & supponentes ignem, ter extinguitur est, quare pice super lignum effusa, ignis magnus accenditur; in medio autem flammarum conuehatur vir Dei itans, saluus & incolumis: ostendens omnibus, quia ignis in villo eam legeret quo miraculo perterriti consilique infideles, in furorè conuulsarunt; & vniuersisq; illorum ampicrens manibus, ligna, lapides, saxa, cetera quæquid primo exturbaret, iaciebat in eam: ita vt lapide nimio percussus in capite ceciderit, occubueritque in Domino, Feria sexta, an. 1512. mense Ianuario. Ex factis eius Rehgicus, per inuentus est à Christianis, qui ad Catharum (Ioannis 3. Regis vxorem) Regnum Lufitanic, delatus, inter alias Inedæ reliquias Regis domus honorificè repositus est. Marcus Vlyssipon. 3. part. chronic. minor. lib. 9. caps. 34. & 35. quodam os ipsius dignè asseruatur in monasterio Reginz ceteri oppidi Sap-Lucar, Hispanicè nuncupato: quod est to. provinc. Bæticæ: illius etiam meminit, in conuentu 18. provinc. Carthagenens. & in conuentu 1. provinc. Algarbionis ac monasterio 6. provinc. Granatens. Bonus de signis Eccles. tom. 2. lib. 15. c. 5. & tom. 1. lib. 6. cap. 3. sæcul. 17. ex Suisio tom. 3. Iunij 10.

3. 3. *Beati Bernardini Rendani, Confess. b*] Clarus hic ait. 3. 1483. de quo extat illud à Gonzaga telatum: part. 2. origin. seraphic. Religiosis in Conuentu Lanciæ

Francisci Sturnorum, qui est 18. provinc. Calabriz. *Accidit* (inquit) *in eodem loco, anno Domini 1433. ut denotissimus pater, ac celeberrimus concionatore, Fratre Bernardino Rudano, de sacro Evangelio eorum populo edisserente, maxima exortitur tempestas; Cumque essent curis propria pella, quod templum ad huc sub artificibus esset, imo, propriis, relicta interim predicatone, remanere contuleret; cum optimus pater bona animo esse, pedemque figere, ac servum salutationem Angelicam, atque Dominicam orationem, alia vice simul persolvere iussit. Qua tandem persolva, tanta oborta tempestas ex tempore evanuit, dissolutaque est: ac ipse pater subiecit. Nunc faber ille lignarius, magister Osculani, alleingnam, qui pro viribus facta huius demum credentem recardare ac impedire conatur, & vnius (eorum) sua vel bene, vel male in hac vita egit, rationem coram iustissimo reddurus) excussit. Statimque eius foveris signum à campana datum, ab omnibus, licet admille passus distaret, audientium fuit. Eadem profus habet Barezus 4. part. chronis. minor. lib. 1. cap. 2.*

*Beata Leonora à sancto Iohanne. c.]* Hæc florebat an. 1560. obiitque an. 1563. quare ipsam fuisse tertii ordinis penitentium seraphici patris D. Francisci, inde constat: quod sorores tertiarum hoc monasterium incolentes S. Mariæ de Angelis Granatæ; hand conuolantur in a. B. Virginis Claræ regulam, nisi an. Christi 1567. professione sollemniter emissa: prout idem Gonzaga testatur, in co monasterio, quod est 17. provinc. Granatæ. vbi & hæc subdit part. 3. *Mortuo obire anno Domini 1563. hoc in loco fuit Leonora à sancto Iohanne, prima eius Abbatisse, cuius oratio, atque diuinarum rerum contemplatio tanta extitit: ut ab illa nihil aliud nisi videretur: cuique ex frequens lachrymarum effusio, qua sibi ex Dominica Passionis meditatione ebulliebat, quodam carnisuibus in ipsis oculis oborta fuit: quibus exercebatibus, oculorum visum amisit. Barezus lib. 4. c. 29. sup. eadem refertur, ac visum recuperasse ante eius obitum. Martians lib. 6. cap. 23.*

## TERTIO IDVS IANVARIII.

**I**N Septimana, Galliz provinciam, propè Fossas Marianas, Beati Petri Menchij, martyris; pugionibus hæreticorum, pro fide Catholica, occisi. Salmanticæ, Beati Joannis Hortolani, Confessoris: qui humilitate, obedientia, & castitate pollens, vitam austeritate pœnitentiæ plenam, sed suavissimo Dei & proximi amore refertam, duxit: tandemque spiritu prophetico clarus, lætus è viuis sublaris est in cœlum. Scapetiani in Picæno, Beati Eusebij Anconitani, Confessoris, genere, vita, & signis admirandis illustris. Mediolani, Beate Modeste à Sordano, virginis: monasticæ vitæ laude, & virtutibus insignis.

## IANVARIII XI.

31.

**B**eati Petri Menchij, Confess. *31. Otundus erat ex S. Paulo in Phocenfi Provincia, propè Mannificanum, diocesis Aquensis; & sacerdos ac concionator studiosissimus, & de Religione mentissimus: qui cum colere esset Beati Patris Iohannis Rinulforti, tunc ministri provincialis provincie sancti Ludouici: & Arelate descendens, ad partes Lingua-occitanas periret: iuxta Aquas mortuas, seu Fossas Marianas, limbo capti sunt ab hæreticis, ex lanbulis loci de Vauerto egredientibus Selopetanus, quo in loco prælidij habebat & refugium. Et primò quidem R. P. Iohannem, contumeliosus affectum ac manus à tergo ligatus, laqueo collo eius iniecto, adducunt: deinde locum suum, præfatum B. Petrum, nullo insidentem (laboris subleuandi gratia ( Patris ministri provincialis iussu, pugionibus crudeliter occiderunt coram oculis ipsius R. P. Iohannis sic ligati. Quem alioquebatur seminare focum, enunquæ interpellabat, ut constanter inortem pro simili causa subire vellet. Quo ita mortuo, corpus eius insepultum diu iacuit, donec tandem in conuena fratrum Obseruantiorum, modo Recollectorum, Arelate saluatum est. Cuius quidem martyrii annus accidit ann. Christi 1572. secundum Goyzagan, 3. part. orig. seraph. relig. in conuena Arelatensi, qui est 6. provinc. S. Ludouici. Barezus 4. part. chronis. minor. lib. cap. 14. Fernandus lib. 3. hiltor. Eccles. cap. 19. Graund in vocatoribus, part. 2. c. 24.*

32.

*Beati Iohannis Hortolani, Confess. 31. Lusitanus erat natione, professione verò licus, Salmanticæ sanctissime vitæ, vocatus Hortolanus, ab horto quem diuissimè excolat. Omnia ipsius vita extitit virtutum*

totalique exemplar sanctitatis; quasi Angelus Dei vitam cœlestem agebat in terris. Mira austeritate corporis edomabat vires; vt caro spiritui subiceretur. Dicipius, cilicio, & ieiunio se exercebat, nihilquam, pressus infirmitate graui, carnes comedit in iuuenis Ecclesiasticis: ciborum parsimonia, abstinentiaque delectabatur: rebus verò comestibilibus, semper terram, cineres, aut aquam frigidam superponebat, vt hoc insipido modo, gustus temperaretur & eius. Vilioribus induebatur: in somno parca animo promptus ad obedientiam; omnium humillimus erat. Oratione maxime addictus, meditatione & contemplatione, die noctuque iugiter inibat. Tanta deuotione ferrebat erga Augulissimum Eucharistie Sacramentum, vt suum omnium curam ageret, que quoquo modo spectarent ad illius incrementum honoris. Magis pietate nullæ sacrificio inferuebat: Ecclesiam mundabat & sacra ædis venustis decore ornata consuebat: thus, cetam, oleum, & si quod aliud, ipse fastigat parito adesse. Passionis Christi mysteria haud poterat recollere, absque lachrymarum profusione: inq; presentia Dei inuocabatur: cuius amorem tenerrime ferrebat in præcordis; alio: sapius exortans in dilectionem Dei & proximi. Solebat quippe decere: Innuas remittere, ac iniucio ignoscere, opus esse excellentioris patientiæ, ac maxime meriti ante Deum. Egenus, pauperibus, & infirmis summe compatiebatur: quibus & operam dabat, vt curata eius necessaria suppeditaretur, vnde fama sanctitatis eius peruenit Portugalliz & Castellæ Reges, Principes, ac Proceres illum pro proprio amore & protequebantur.

Prophetæ

Propheze dono illustris haberetur, & secreta re-  
ferabat multorum: dictaque obitus sui longè ante præ-  
dixit. Itaque post Sacramenta Ecclesiastica suscepta,  
et verba (quæ semper in ore habebat) frequentius itan-  
do: ò Iesu Christe, amot meustamam exhalant: die 11. Ianuarij an. 1301. cuius ætatis innumera po-  
puli multitudo adiuvit, ut vel aliquid vestimenti eius pro  
reliqua acciperent, vel saltem præ deuotione, illius  
fœterum attingerent: magnæque in ueneratione, vs-  
quenti, apud eos populos habetur. Res ipsius egregias  
narrant Marcus Vlyssiponens. 3. part. chronic. min.  
lib. 8. cap. 1. 2. 3. vsque ad 11. Gonzaga. sup. part. 1.  
in BB. viris huicæ ortibus. Item part. 3. in Coouertu  
S. Francisci Salamanticens. qui est 8. pronunc. S. Iaco-  
bi. Maneta lib. 17. hist. Eccles. sanctor. Hispan. cap.  
22. & 23. Attamen Raptus in hâlor. general. orig.  
Recolector. 1. part. præf. 5. 4. ex libello Neapoli  
impresso apud Typographiam Ioann. Roncalioli an.  
1626. scribit corpus eius Completore requisitum: ad cuius  
merita propalanda, processusque conficiendos litte-  
ræ petuntur Ap. Roicæ.

*Beati Ruseby Confess.* \* Nobilissimus ortus nata-  
libus, ex Obleruzianum familia ad Capucinos adno-  
lat: an. 1534. paupertatis studiosissimus, simplicita-  
tem summo perè diligebat, doctrina & eloquentia cla-  
rui in Concilio Tridentino; & Generali Capucino-  
rum electus, an. 1553. omnes ad regularem disciplinam  
vehementer inflammat; viuis ac mortuus miraculis  
clarus. Agunt de eo Yuo Magillr. part. 2. manipuli  
fratrum minor. cap. 8. §. 81. Bouarus tom. 1. annal.  
Capucinos ad an. 1669. §. 57. &c. quo obit. ex Pe-  
traco Montellor Salodicti, & alus. Appendix ad  
Galliam Christianam in generalib. Capucinos.

*Beata Modesta à Sancto uirg.* \* [ Hæc patria Sen-  
cinas erat: quæ Mediolani apud monasterium S. Mar-  
tiz de Iesu, floruit vitæ sanctitate, sicque omni vitia-  
tum genere prædita, maximum sui desiderium reli-  
giosi monachi adiecit: anno Domini 1182 illius memi-  
nerunt Gonzaga part. 2. sup. in præfato monasterio,  
quod est 3. pronunc. Mediolanens. Batearus part.  
4. chronic. minor. lib. 7. cap. 46.

## PRIDIE IDVS IANVARI.

**P**erpinianus, Beati Pauli Martyris, eruditione, ac pietate clarissimi: qui  
cùm saluti animarum haud segniter insisteret; à viro nephario, ( cuius pelli-  
cem increpando monuerat à peccato resilire ) gladio necatus est. Cortonæ, in Tu-  
scia, Beati Guidonis, Confessoris, Seraphici Patris sancti Francisci discipuli. qui  
vitam in ieiuniis, paupertate, humilitate, & asperitate ducens, verbo & exemplo  
cunctis maximè profuit: signisque ac prodigijs, viuis & mortuus valdè refulsit.  
Nursiæ in Umbra, Beatæ Lucæ virginis, fundatricis monasterij S. Claræ, ter-  
tij Ordinis Pœnitentium D. Francisci, quæ perfectione vitæ floruit & miraculis.

## IANVARI XII.

**B**eati Pauli Martyris, \* Perpinianus ( quod Comi-  
tatus Rusconis oppidum ) natus erat: Doctor  
Theologus, ac vitæ sanctitate conspicuus singulari  
pietate venerabatur Beatam Virginem Mariam Dei-  
param; quapropter meruit, ut imago quædam ipsius  
Dei genitricis, illum alloqueretur, consolareturque:  
ob cuius rei miraculum; seruatur in Conuertu Sancti  
Francisci Perpiniani; vocaturque *Imago D. Virginis  
de consolatone*. Ex zelo autem quem habebat, circa  
salutem animarum, processit causis martyrij. Fervit  
etenam, quòd cum quorundam fameniam conuertisset,  
inductissetque ad penitentiam, & separationem sicut  
ad frequentationem cuiusdam hominis cum quo,  
vsque tunc, luxuriosè versata esset, ille hac de cau-  
sa, furore nimio excandescens, gladio B. Patrem ita  
ferociter percussit in capite, ut exinde occubisset:  
quod quædam ferarum caput, adhuc sic vulnærum  
cervat. Alij id volunt accidisse, ex eo, quòd mulier-  
culæ eisdem absolutum beneficium, in sacramenta-  
li Confessione, legitimus de causis denegasset; unde à  
moxho, siue eisdem nubens complice, in ipsa scilicet  
gladio confossus fuit, anno Domini 1458. Eius sa-  
cerum corpus, quod & integrum adhuc perseverat,  
honesto loco reconditur in eo Conuertu præfato, &  
à Perpinianensibus in maxima ueneratione habetur.  
Gonzaga 3. part. orig. seraphicæ religionis, in eo con-  
uertus. qui est 3. pronunc. Cathalonæ. Batearus  
quæ parte chronic. minorum lib. 1. cap. 49. Mar-  
cus Vlyssiponens. 1. chronic. libro nono cap.  
41. V. vadinghus tom. 1. annal. min. ad an. 1814. §. 32.

*Beati Guidonis Confessoris.* \* Cortonæ in Hethuria  
exortus, atque sanctus ac doctus; habitum religionis  
induit per manus seraphici patris D. Francisci, quo du-  
co, magna paupertate adierat; quæ vitæ claruit. Sep-  
tem quadragelimas in anno ieiunabat, pane & aqua  
contentus; alijs verbè temponibus, semel in die comede-  
bat; parcitatem ciborum obliuiscens. Tanta fuit  
humilitate præditus, ut scientiam occultans & ordi-  
nem sacræ presbyteratus, quo insignis erat, receptus  
fuit pro laico ad professionem: in eaque uocatione  
tamdiu permansit; donec à seraphico Patre depre-  
henfus, ab eodem beneficium prædicandi verbum Dei  
accepit. Postò incredibile est, quanta ex tunc dimi-  
ttere eum facta sunt, pro salute animarum. Nam suis  
concordibus, audientium coepta miro modo conuertebantur  
ad penitentiam timore amorisq; diuino pro-  
ductus florebant; & vitam à modo dicebant deuotio-  
ne ac pietate plenam. Confessiones penitentium  
audiebat, tali seruitute charitatis saluabatque proximi; quòd  
eius consilio, inimici pacificabantur peccata condona-  
bantur; & in pristinis amicitie fœdus reuertebantur.

Quod præfatum signis etiam ac prodigijs in vita corusc-  
uit. Nam equum, signo crucis, in viuum conuertit; pa-  
ralysum sanauit; annorum multos plauius imortuum  
suscitauit; & alia quam plurima edidit. Tibus die-  
bus ante eius transitum, uisitatione seraphici Patris  
Sancti Francisci, iuuantis eum ad gloriam præ-  
mium maxime est consolatus: quare Sacramenta  
Ecclesiastica deuotione exemplari suscipiens, ad iter  
proximum præparauit se; siquæ subierit excessit à  
B 4

vixit: anno Christi 1250. etatis suae 60. die 12. Iamur. sepultus est apud Conuentum (quo olim dicebatur, Cella B. Francisci) iuxta Cortonam. Verum crebroscentibus quondam miraculis, Cortoniensis civitas, ob singularitatem in Dei servitium pietatem, Curam eius corpus transferunt solemnè pompa intra civitatem, atque in Ecclesia cathedrali honorificè collocarunt. De eo agunt B. Bartholomaeus Pisanus lib. 1. conformatur. f. 172. part. 2. in Francib. ministris dicit, illustrat. apud Proton. Tulfæ Codex MS. Abbat. Iam. Victor. Paris. lib. Marcus Vlyssiponten. part. 1. chronic. minor. lib. 1. c. 7. & 8. Gonzaga part. 1. orig. seraph. relig. in BB. viris huiusce ordinis. Toffianus lib. 1. histor. Iosaph. Algotata in Arboe Epilogica totius Ord. Franciscan. Ma-

rius lib. 1. cap. 13. Vvadinghus tom. 1. univ. minor. ad an. 1211. §. 6. & 922. 1214. §. 11. 1215. §. 3. & 1250. §. 4. ac seq. qui ait. obitu die 12. Maji. Bzovius tom. 13. ad an. 1233. §. 16.

Beata Lucia Virgini. c.] Fundatrix extitit inclita monasterij S. Clarae virg. Nuriz, sibi tercia regula Penitentium D. Francisci, vbi & Christo sponso moritur famulari: quae vitæ perfectioe celebri, miraculis quoque respicienda. Cuius factum corpus ibidem sepulchrum, maxima in veneratione à fidelibus habetur. Florebat circa an. 1510 illius meminerunt, Gonzaga 2. part. sup. in praefato monasterio quod est 17. proavæ. S. Francisci Barenzias 4. part. chronic. minor. lib. 1. c. 54. Valerianus de S. Formis Ordin. minor. lib. 4. c. 30.

## IDIBVS IANVARIII.

**I**N Ægypto, Beati Ioannis Martyris, qui dum à Legatione Apostolica, ex Æthiopia, Hierosolymam rediret, à Sarracenis interfectus est. In oppido Morlupo, decimoquarto ab vrbe Roma milliari, Beati Sancti Confessoris, concionatoris eximij; qui prophetiae dono, castitate, humilitate, ac miro spiritus fervore, praeclarus extitit. Romæ, Beatae Margaretae, Virginis, primæ Abbatissæ monasterij Sanctorum Cosmae & Damiani, quæ monastica Obliervantia floruit: & pluribus donis ac celestibus imbuita gratis, vsque ad supremum orationis contemplationis que apicem peruenit.

## IANVARIII XIII.

52. **B**eati Ioannis Martyris. b] Calaber erat natione; cuius illustre martyrium describit Marcus Vlyssiponten 3. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 19. sub an. 1. & 2. sciendum igitur, quoddam Sixtus IV. Papa, Fratrem Franciscum Sagaram, bispanum, ordinis minor. viri cui quibusdam aliis consensum instituit alumnus; ablegavit in Æthiopiæ ad Praef. Ioannem, Abyssinorum Imperatorem, pro nonnullis virgibus negotios peragendis: qui consensum mare transiens vsquo Memphis, eum Cayrum peruenit: sed dum eminde iter profectus inopu, tanta detentus est infirmitate, ut ceptum iter haud perorare quiverit. Quare datus literis Apostolicis cum omnimoda auctoritate, instructioneque rerum agendarum, fratri Ioanni, eius fidelissimo socio: Italiam regressus est. At praefatus B. Ioannes, cognomento Calaber, viam Æthiopiæ aggressus, postquam mensibus vnde cetera peragrasset, in terram tandem praedicti monarchae aduenit: vbi, audita eius morte, Legationem suam minimè perfectam: sed recto tramite, Hierosolymam reponit. Quo in itinere ab infidelibus interceptus, feratiterque succuratus, martyrium, pro Christi nomine, maxima cum patientia, complexus. Thomas Valesius vtriusque spiritum Hierosolymis occisum fuisse à Sarracenis sub an. 1484. lib. 7. c. 3. secul. 13. tom. 1. de signis Eccles. De eo Praef. Ioanne, Abyssinorum monarcha, lege duces lothones Antonij Verdiani, lib. 2. c. 1. vbi nonnulla sunt obseruatione digna.

53. **B**eati Sancti, Confess. b] A Ripa Transone, sive Cupranontana, vrbe Umbrae, vbi ortum habuit an. 1530. denominatus est: à pueritia deuotione & iustitiam intentus, breui tempore valde in eas profectus: anno etatis suae 17. habentem septuaginta Religionis induit apud Conuentum S. Francisci Massæ, provinciae Marchiae, cui & nomen mutatum est: vocabatur antea Olyreus, sed ex tunc caelitus nuncupatus est F. Sanctus: per longum futuræ sanctitatis. Facta professio-

ne Philosophiae, ac Theologiae egregiè operâ dedit. vnde postea optimus concionator euasit. Quare paulò post Guardianus, ac Censessor monialium, in praefata ciuitate Cupranontana instituitur: ac strictioris personaeque regularis Obseruantiæ desiderio Bagratis, auctoritate illustrissimi Cardinalis Protectores Romæ inter Patres Reformatores receptus est: ac missus in Conuentum S. Francisci Nazari, provinciae Romanæ, ubi perfectioris viam aggressus, Induxit humilitatis, paupertatis, obedientiae, ceterisque spiritualibus exercitijs, mortificationis carnis ingente intendens: corpus suum diuicijs vique ad ebullitionem sanguinis, castigabat: sobriè cibum sumebat, & non nisi ad necessitatem, ciliicio carnei dormibat: sex Quadragesimas per annum ieiunabat. In somno parcus: puritate uerionis delectabatur: infirmis compatiabatur: omnium salutem succurrebat: concionibus, confessionibus, Gloriaribus exemplis, ac feruentissimis montis curas inducens ad penitentiam.

Postquam duos annos egisset Nazari, placuit R. s. Patri Cuiusdam, Romanissimi interire in Conuentum S. Francisci trans Tyberim, sui exemplo, plurimum vtilitatis adhaere: quòd sanè fratribus reliquis, magnæ occasione extitit consolationis in Domino. Nam, si quem molesta animi afflictum, aut tentatione vexatum, vel aliquo modo turbatum, conerit, confidit ipsum tantum affluente, pietate, charitateque alloquebatur: vnde nunquam ab eo non cederet, qui prius peccatum, consolationemque reddidisset. Trepidus ac delibatos excitabat ad feruorem; simplices luctabat ad certationem, perfectiores ad castitatem. Vir patientissimus erat: & ingenuè manifestabat praedicta. Magna enim perulæ aduersa, cum ab illustrissimo Cardinale Marchio, Ordinis Protectore, delatus est Communis pro Reformatis provinciae Marchiae, ad Capuam prouoculo Ælio celebratum: quae omnia inter ac consilia anapò fortiter sustulit pro Christi

Christi amore: vberes fructus extinde reportans ex reformationis incremento, & perfectionis status feruore concepto, Romam reuertens, vberis splendidissimam iubar, radios virtutum simpliciter emisso, orationi iustanter vacabat; meditationi frequens atque contemplationi vite ac passionis Christi; & dolorum sacræ Virg. Desparæ illustrationibus diuinis replebatur, & cœlestibus visitationibus consolabatur; videlicet Christi Iesû, B. genitricis Dei Mariæ: S. Iohannis Baptistæ; SS. Apostolorum Petri & Pauli: D. Iohannis Euangelistæ; seraphici Patris S. Francisci; & B. Stephani Molinæ; aliorumque quamplurimorum sanctorum.

Spiritu prophætico etiam claruit: terribilis erat Dæmonibus, qui tamen semper eum conabantur tentationibus detorcere, vel spectris deterrere: vel miraculis figuris affligere: cultissimus erat: vnde nec mulieribus solus loquebatur, nisi in confessione: quotidie celebrabat Missæ sacrificium, præua confessione sacramentali, accedens maximè deuitate: quare iugiter occupatus erat. Maximo cum feruore concionabatur: & sine fructu nusquam. Igitur tot laboribus exantlatus pro Christi amore, animarumque salute: decidit in lectum, prima die Ianuarii: plenitudo deprellus apud conuentum S. Maræ secundæ Mœlupsæ provinc. Romanæ, vbi cernens viæ finem sibi imminere, sacramenta piè petiit, suscipiensque: quibus paratis, obdormiuit in Domino, die 15. Ianuarii anno Christi 1595. ætatis suæ 45. eius corpus sacrum 4. diebus inseparabiliter iacuit, ob fidelium deuotionem, illud piè venerat, osculati, & tangere cupientium: quo tempore: nec corpus malè olere coniectum est: nec gloria anime illius omnibus abscōta est: sed quibusdam parfæcta, Postea corpus eius honorifico sepulchro marmoreo, conditum est in latere dextro maioris altaris: illius effigies in ænea lamina exarata est, cum hac inscriptione. *Frater sanctus à Ripa Transfret ord. minor. de Observantia Reformatarum. Obiit anno Domini 1595.* In eius Epitaphio habentur verba.

*Nomen habet sanctus, sicuti hæc præfugia verbum*

*Maxima, & hoc nomen grandis omni habet,*

*Trans omnes ripas sancti de nomine dicitur,*

*Creditor in calce nunc habetur pui.*

Eius egregia facta descripta sunt à patre Bonifacio Boniboli, in sua chronica. Patrum Reformator. provinc. Romanæ: & ex eo Barezzus part. 4. chronica minor. lib. 10. cap. 8. vique 16. ac R. pater Carolus Rapinæ hist. general. Recollector. decal. 9. part.

2. §. r. Poireus tract. 3. tripl. cœconæ Virg. cap. 6. §. 4. numero 9. Marianus lib. 5. cap. 66.

*Beata Margareta prima Abbatisse, &c. c.]* Hæc illustris virgo, ex Sulmonæ Pelignorum ciuitate apud Breucos orunda, propriis laribus, charaque patria, relictis, Forum Flaminium, seu Fulgineum in valle Spoletana se contulit, vna cum alis virginibus: vbi constructo ex communibus facultatibus monasterio, sub habitu, atque secunda B. Virginis Claræ regula (quam Vr̄t inuitam vocant) sanctissimè atque laudabiliter vixit. Quod quidem monasterium S. Lucie dicarum, hæc ipsa B. Margareta, vt prima Abbatissa aliquandiu rexit. Verùm Perusini, tum quoque Romanæ ciues, aliquot ex eis, vt constraxerunt, restit mandisque à se conuentibus præfessent; admentantesque ad eos inuencibus optimis moribus, religiosissime ritibus imbuerent, ex Apostolica authoritate, ad se adduci curarent. Et primò quidem Perusini (accedente licentia B. patris Iohannis Capistrani, tunc vniuersitatis Ultramontane familie Generalis vicarij an. 1459. obtinuerunt qualdam sanctionales ex cœnobio S. Lucie Fulgine: à quibus monasterium S. Maræ montis lucis Perusie reformatum est: ipsa B. Margareta electa prima earum Abbatissa. Romani eodem agente, ipsi virginibus monasterium SS. Cœlæ & Damiani Romæ assignatum est an. 1475. cui & præfuit Abbatissa ipsamet B. Margareta: quæ varijs donis & gratijs à Christo spontè decorata: præ extatis concipere capax, tandem eò orationi iugiter intenta, ac cœlestium rerum contemplationi vacans, diu in summa virtutum laude se exercuisset: vix sanctitate conspicua, felix in cœlum euenit ad sponsum, cuius sacrum corpus itæe ibid. Romæ, hæc ex Marco Vlyssipon. 3. part. chronica minor. lib. 1. cap. 40. & lib. 3. cap. 33. Tostianolo lib. 1. hist. seraph. Valeriano lib. 2. c. 32. Gouzag. 1. part. origin. seraphic. relig. in monasterio SS. Cœlæ & Damiani, Romæ quod est r. provinc. Romanæ. Item in monasterio S. Maræ montis Lucis, Perusie, quod est r. provinc. S. Francisci: qui & in monasterio S. Agnetis Fulgine, (quod est 9. milijs. provinc. à soronibus tertij ordinis D. Francisci inhabuatum) hoc addit: *Sui Antistitem agnoscat Beato Margareta eiusdem ordinis suorum, miraculis sanctissimè; cuius corpus ibidem signatum, integrum manens, de interruptum adhuc presertim.* Eadem habet Barezzus sup. lib. 2. cap. 14. quare haud paruum dubium est, an hæc sit eadem cum illa de qua hic agimus.

## DECIMO-NONO CALENDAS FEBRUARII.

**F**estiuitas sanctissimi & gloriosissimi nominis Iesu, quo Saluator mûdi vocatus est ab Angelo, priusquàm in vtero immaculatæ Virginis conciperetur. Lutetiz Parisiorum, Beati <sup>b</sup> Iohannis Gallensis, Confessoris, Doctoris celeberrimi; qui eruditione ac pietate maximè refulsit. Apud Vtinum Fori-Iulij oppidum, in Patriarchatu Aquileiensi, Beati <sup>c</sup> Odorici, de Portu Naano, Confessoris; austeritate, humilitate, scientia & oratione conspicui: qui suis feruentissimis concionibus multa infidelium millia conuertit ad Christum; & innumeris ante & post obitum illustratur miraculis. In Hispania, Beatæ <sup>d</sup> Gaudentiæ Virginis, Burgenfis monasterij Abbatissæ, summa prudentia, religione, ac vite sanctitate celebris.

*Festiuitas, sanctiss. & gloriosiss. Nominis Iesu, &c. c.]* Maxima deuotione colitur hæc solemnitas apud

Frâtes minores, ab eo tempore, quo S. Bernardinus Senensis, & B. Iohannes Capistranus illud gloriosissimè

- 5-8. Imperiosa autem remansit Epistola; & scribam calamo parcere iussit: quia diuinitus illi tunc fuit reuelatum, quomodo D. Iacobæ veniebat, & omnia secum deferrebat, prout ipse desiderabat. Quod rei probant euentus: nam post modicum, cum duobus filiis Senatoribus, iniquaque Comitatu aduenit, narranteque qualiter Angelus Domini sibi oranti apparuit, & omnia que Seraphicus pater scribere voluit, ut iudicant. Nilulim præter hanc (quam vir Dei, on D. Iacobum fed F. Iacobum ptopter hæc probuam & sanctimoniam vocabat) intra monasterij septa admisit illamque, ex eius licentiâ, ad lectum, in quo iacebat, Fratres perduxerunt. Quæ statim ad pedes sacris signatibus consignatos lectus, vt altera Magdalena, rigando Iachrymis præ deuotione, magnam consolationem accepit: & ci, onnce hinc mibery via vnde dixit, Annal. de E o]



*Ibidem infernalis, post illius verb. obitum, voluit in eadem Ecclesia cum seraphico patre sepeliri. Clara est adhuc eius sepulchri memoria, in Ecclesia minor. conuentual. A. I. I. in ipso Ecclesie muro, prope suggestum. Sanctissimi obiit an. 1239. Agunt de ea Beatus Bartholomaeus Pisanus, lib. 1. conformitat. fruct. 6. part. 2. verf. fin. & lib. 3. fruct. 4. part. 2. circa medium. Marcus Vlyssiponenf. 1. part. chronic. lib. 2. cap. 67. Rebolledus, ibid. c. 28. Speculum vitæ Diui*

*Francisci fol. 139. Floretum, fol. 105. wadinghus, tom. 1. annal. minor. ad an. 1212. §. 34. & ann. 1226. §. 26. 27. 28. item 1229. §. 29. an. 1235. §. 24. & an. 1239. §. 14. item tom. 1. opuscul. D. Francisci epistol. 17. Elzeanus, lib. 2. sacri mont. Oliueti cap. 5. & 8. Toffianus lib. 2. hitor. seraph. vbi de sacris Relig. conuentus A. I. I. De Sillis, in cap. 1. reg. tertij ordin. ex Arbore Franciscan.*

## QVINTO IDVS FEBRUARII.

**L**Vtetiz Parisiorum, Beati <sup>a</sup> Iuliani Alemanni, Confessoris: mira sanctitate, spectata eruditione, ac miraculis præditi. In oppido Varalli diocesis Nouarentis, Beati <sup>b</sup> Bernardini Caimi, Confessoris: pietate, prudentia, ac virtute insignis. Vitiofe, in Hispania, Beati <sup>c</sup> Leonis Lusitani, Confessoris; summx simplicis viri: qui & zelo ardentissimo salutis animarum flagrabat. In prouincia Aultrix, Beati <sup>d</sup> Medardi, Confessoris: concionatoris eximij, doctrina & virtutibus conspicui. In Sicilia; Beati <sup>e</sup> Innocentij à sancta Lucia, Confessoris: qui & reformationis Siculæ propagator extitit singularis, & clarus sanctitate, miraculorum etiam gloria coruscavit.

## FEBRUARII IX.

§. 1. **B**eati Iuliani Confessoris. <sup>a</sup>] Vocatur B. Iulianus de Spira, seu *Alemannus*, quia Teutonicus erat et natione; vir spectatæ eruditionis & claræ sanctitatis; symphonias saule Regis Gallorum præfectus, antequam seraphicum ordinem ingrederetur. Feruens autem religionis amore, D. Franciscum cum S. Antonio Lusitano, tanquam pharos & lacerantes ignes sibi met patronos delegit. Quorum infligato iniuriis, eorumdem mores & gesta digessit; & officio, quo vterque in Ecclesia celebratur, mensuras & modos carnis posuit: vna vel altera antiphona dempsit. Multis annis lector extitit Parisij; vbi obiit ac tumulatus est, ann. 1285. miraculis clarus. De eo agunt Beatus Bartholomaeus Pisanus lib. 1. conformit. fruct. 8. part. 1. in Fratib. min. sancti. illustr. provinc. Francie. Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssiponenf. par. 1. chronic. minor. lib. 5. cap. 1. §. 1. Gonzaga part. orig. seraph. relig. in BB. vitæ huius ordinis. wading. to. 1. annal. minor. ad ann. Christi 1218. §. 78. & tom. 2. ad ann. 1278. §. 31. Villouus Aethenar. orthodoxar. Franciscan. litera I. Toffianus lib. 1. hitor. seraphic. Picquetus in catalog. viror. illustr. ord. minor.

§. 2. Verùm nunc oritur hand parua difficultas. Nam Iulianus quidam in Custodia Aquilæ, hoc cernotaphio honoratus, quibusdam opinionem iniicit, à prioro non fore diuersum.

*Deperat in terris vitam Iulianus honestam;  
Ossategit marmor, spiritus astratenes.  
Cui placuit viuo sanctissimus Ordo Minorum,  
Est caelo ex terris nunc sibi forma quies.  
Fertilis ingenio talis hunc Germania patrem:  
Ait Aquila sanctum corpus in urbe saces.  
Dites hunc omnes repetunt, clamantque miselli;  
Subsidium hic miseris, diuitibusque salus.*

Hæc est vox Villouus.

Et alius Iulianus, de quo Gonzaga sup. vbi de Almo Parisiensij agit, sic scribit. *Clanfrum ingrediens tibus max ad Lenam occurrit tumulus, cui inscribitur: Honorandus Pater, Frater Iulianus Britanni, Ordinis minorum, Conuentus Cœnomanensij, à confessionibus Marie, Regine Francorum, Obiit anno Domini 1291. At hitres toto caelo discessit. Nam hic vltimus, Galus erat natione, ex Britannia Armorica oriundus: defunctus an. 1291. Alius verò, nempe secundus, Germanus quidem erat: sed alio seculo viuit; de quo infra 30. Septembr. noſter autem Beatus Iulianus de Sponsa, vocitabatur, vti placet Vvadingho tom. 1. sup. ad ann. 1217. §. 4. quo anno, venit in Germaniam vna cum B. Simone Anglico, Normannæ culstode, tunc Germaniæ provinciali ministro instituto.*

**Beati Bernardini Caimi, Confessoris. b**] Hic vir Dei §. 3. B. Bernardinus Caimus, Mediolanensis, cum, post Guardianatus officium in sacro monte Sion laudabiliter functum, propriam Mediolani prouinciam repetisset, quaereretque anxius locum aliquem representandis Dominicæ Crucis mysteris, ad Terræ-sanctæ intrat idoneum, in montem Varallincidit, quem omnino contemplantus, cum sibi magis, magisque arrideret, eum 16. Dominus dono sibi dari petiit. Vt igitur præmij voti compos effectus est, sacrum monasterium, in margine Mastallonis amnis, inter montem ipsum atque Varallium oppidum, ædificari curauit: quod anno Christi 1495. omnibus suis numens abolutum, sibi traditum est tunc præfate prouincie vicario, à Varallensi communitate i cuius Ecclesia à Reuerendissimo Iulio Colardo Salodiensij Episcopo, ann. 1501. die 5. Septembr. Sanctiss. Mariæ de Gratia consecrata extitit: conceptum præterea desiderium executioni mandaturus item Beatus Bernardinus, Ecclesias, ædificas, oratoria, facellæque complura extruere corpus, tam in itinere ad fontem, tum in gyro, ac supra collem. Nondum tamen hoc opus, suo tempore vicinam artibus nianum est expertum. In ipso autem montis ingressu hoc Dufichon cernitur.

*Hæc nova Hierusalem, vitam, summoq; labores,  
Atque redemptoris omnia gestaret.*

- §. 4. Porro lite exorta inter partes provincie Bofnie & Croatia; eo quod minime poterant amplius in vnam convenire ob Turcarum incursionem frequentiores: post longam acerbissemque disceptationem; res tandem decisa est ad Generale Capitulum Aquile, quæ Apretivam civitatem, anno Domini 1495. sub R. P. Francisco Samsone, totius ordinis generali ministro celebratam: vbi tum ex eius R. P. Generalis, tum quoque ex abscotum Patrum, quorum intererat, decretis venerandus Pater, Beatus Bernardino in Communionem institutus fuit, qui rem totam sereno disceptaret, licetque inter utroque Patres diterneret. Is verb diligenti habito examine, hanc, anno Domini 1496. in consensu S. Maræ de Gratias, apud Lefinam civitatem, diffinitivam protulit sententiam, quam & venerabiles Patres, F. Hieronymus Tornelius, ac F. Christophorus à Forlino, Generales Ultramontanæ Obiectantæ familiaris vicarij, successivè confirmaverunt: ut videbatur, Patres Croatia, consensu suo in partibus, abique Patribus Bofnensibus, celebrare valerent. Quibus explicitis, Varallum reverfus est: vbi clarus meritis, excessisse è vita: cuius sacrum caput honorificè servatur in quodam scello sepulchri Christi, apud ipsum Varallum montem. Memoratur à Gonzaga part. 2. sup. in prefato consensu Varalli: qui est 21. pro vine. Mediolani. Item in provincia Bofnæ Croatia: & Bofnæ Argenturæ, insio. Barreto 4. part. chron.

minor. lib. 1. cap. 16. & 17. D. Bernardino de Buisis, in Marali ferm. 4. de Conception. part. 3. & in suo Rosario Quatagesimali concion. 17. part. 2.

Beati Leonis Lusitanus, c ] Eius meminit Barretus §. 5. sup. lib. 4. c. 29. ex Gonzaga part. 3. sup. vbi de conventu S. Iohannis Baptiste Vitoriose, qui est 3. ptouinc. S. Ioseph Discalceator. in Hispania. Mortem obiit (inquit) hoc in loco, anno à virginis partu 1565. summa simplicitatis vir, ac Pater F. Leo Lusitanus, dignitate sacerdos, qui edes animarum salutem finxit, vti licet grauioribus implicaretur infirmitatibus: atque doloribus: nunquam alicuius Sacramentalis Confessione exceptionem denegauit: quapropter ab omnibus huius patriæ ecclesiis intercaliculas adnumeratur. Rapinarius in haitor. general. ong. Recolletor. decad. 8. part. 1. §. 11. Grauiam in vnae Turris: part. 2. cap. 24. Ioannes à S. Maræ. part. chron. S. Ioseph lib. 1. cap. 32.

Beati Medardi, Confessoris, c ] Medardus etu Me- §. 6. thardus, muscipatus cæ, vix magis eruditionis, atque Ferdinandi Germanorum Imperatoris concionator, necnon & Lutherani dogmatis acerrimus oppugnator: qui sanctitatis opinione clarus diem clauit & verum. De eo agunt Gonzaga part. 2. sup. in provincia. Austria, sub fin. & Barretus sup. lib. 5. cap. 25. ad an 1571.

Beati Innocenti à Sancta Lucia, Confessoris, c ] Sicu- §. 7. lus erat natione, & vix sanctitate atque miraculis floruit. Vide Barretus sup. lib. 8. cap. 57. ex Bonifacio de Bonibellis, in chronoc. PP. Reform. prozime. Roman. an. 1572. & Grauiam supra.

## QUARTO IDVS FEBRUARI.

**P**iperni in territorio Terracinenfi, Beati <sup>a</sup> Leonardi à Fulgineo, Confessoris: qui vita exemplari, virtutibus ac miraculorum gloria præfulsit. Apud Monrem-murum, propè Scarlinum in Tuscia, Beati <sup>b</sup> Galpardi à Florentia, Confessoris: mira abstinentia, oratione, mansuetudine, & regulari obseruantia, ac signis maximis, celeberrimi. Romæ, Beati <sup>c</sup> Zachariæ à Valcamonica, Confessoris; viri præclarissimi ac virtutis. Mediolani, Beate <sup>d</sup> Scholasticæ Virginis: quæ orationis, contemplationis & perfectionis amica, vitæ etiam austeritate, ac miraculis emicuit.

## FEBRUARI X.

- §. 1. **Beati Leonardi à Fulgineo, Confessoris.** c ] Fulginus erat natione, nobili genere exortus: obitque Priuerri seu Piperni, provincie Romanæ; in vita & post mortem clarus miraculis: relictus æternim, signo Crucis, claudis gressum, carcis visum, &c. obiit an. 1190. Agens de eo Beatus Bartholomæus Pisanus libr. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratris minor. sanctuar. illustr. prouinc. Roman. Codex MS. Abbat. S. Victor Parisiensis ibid. Marcus Vlyssiponenf. part. 2. chronoc. minor. lib. 5. cap. 19. §. 2. Gonzaga 1. part. orig. seraph. resp. in BB. vici huiusce ordinis. Toffinatus lib. 1. haitor. seraphic. Vvadinghus tom. 2. annal. min. ad an. 1290. §. 17. 1292. §. 34. & tom. 1. ad an. 1241. §. 18. ex Creicenzio in dialogo & Mariano lib. 1. cap. 13. Iacobillus de sanctis Fulganatib. Piquernis in catalog. vitor illustr. ordin. minor.
- §. 2. **Beati Galpardi à Florentia, Confessoris.** b ] Socus B. Thomæ à Scarlino amantissimus fuit: singularique sanctitatis prærogatiua illustris. Indisciblis erat abstinentiæ: nam panis & aqua contentus est toto tempore

vixæ fixæ: nisi quod nonnunquam absinthium, aliisque herbas amaras, crudasque, vt magis patereur, refectioni adhiberet. In tantam simplicitatem deuenerat atque innocentiam, vt lupi, & fera quæquo animantia comiter ad eum accederent: atque syluestri iocet haud ipsum refugerent. Orationi ita iustanter se feruè instabat, vt sæpè vitus sit in æreæ subleuati à terra. Timens autem ne Conuentus munificentis montis muni, ad tertium milliare à Pago Scarlino distans, tanquam pauper & inopidius à fratribus despiceretur; cumamoris Christi 1470. in pulchro oron atque spaciose formam tedigi curauit: hic igitur Fratres in maxima quiete atque tranquillitate perseuerarant. Assueuerant atque elocdi ab eo, à castribus, aliqua Fratrum industria acquiritus, penitus abstinerere: quapropter inuidus Demon, assumpca humana figura, obsequio Populonenfis Domini, qui Fratres ex æntis precordis diligebat, se mancipant, sibi que fuisse, vt illis carnes aliquando transmitteret. Demandatum igitur sibi à prefato Domino eius tot

cutatū fidelissimū, atque sepius quā par esset, Dæmon exequēbatur. Sed Fratribus, quōd aliquantū rigorem ex frequentiori carnis vīu ex parte remitti cernerent, id egrē ferēbatur; loci Guardianus, qui tunc prædictus pater, B. Gaspar erat, in letentis fraudis suspitionem ventrē cæpē: Populomanensē Dōmum accedens, Dæmonem carnis ferēndarum ministrum acceritū iubeit: cūque eum sepius vnde venisset, quādē ex patria originem duceret, interrogasset, hoc tunc responsum: videri quidem sibi molestum, atque morosūm hominem, qui ab eo patriam, atque progeniem vī extorquere veit. Cui Guardianus hoc fecerunt, quia te Dæmonem existimo. Tunc Dæmon ad Dōmum versas, cum maxima bile ac; Eitō beneficis his ingratis hominibus; qui probra, atque iniurias, obreptē beneficia facillimē referunt. Hisq̄o dictis cum maximo strepitu atque fragore ex eorum conspectū euanit: quānobrem Dōmūs ipse Populoniēsis fumine perterris, Fratres maiori in honore, præcipuē tamen Patrem Guardianum, in posterum habuit: atq̄e Fratres, ob detētam satanicam malitiam, immensis Deo gratias reddidē; cautioreq̄e postmodum effecti sunt.

9. 3. Vīnus ac motus planius, maximēque coruscavit miraculis. Obiit anno Christi 1477. apud præfatum Conuentum: super cuius sepulcrum alibi flores non pauci exurgentes, occasione præbuerunt Fratribus, huiusmodi tumulam apertendi; & sacrum eius corpus inuēndi: quod quidem omnino integrum, ac ita reuenti carne compactū erat, quasi adhuc vīueret: licet ab illius transitu, anni quamplures elapsi essent. Ipsi meminerunt Marcus Vlysiptoniēsis 3. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 31. Gonzaga part. 2. sup. in prædicto Conuentu Montis-muri: qui est in. prouinc. Tuscie. Toffianianus lib. 1. sup.

9. 4. *Beati Zachariae & Valeriani, Confessoris.* Ex prouincia Britæ transit ad reformationem prouincie Romanæ: vt horum patrum id vice genus assumeret.

### TERTIO IDVS FEBRUARII.

**I**N Territorio Valentiniensi, in Gallia, passio Beatorum <sup>a</sup> Petri Pascalis, & Castellani, martyrum: qui cum sanctæ inquisitionis munus exercebant, ab hæreticis intercepti crudeliter pro fide catholica necati sunt. Florentiæ, Beati <sup>b</sup> Hieronymi de Stufa, Confessoris, ac concionatoris eximij; miraculis clari. Romæ, Beati <sup>c</sup> Francisci à Francia, Confessoris: viri præclarissimæ virtutis & sanctitatis. Palentia, Beati <sup>d</sup> Ludouici Villalobos, Virginis: quæ vitæ perfectione maximè cnituit.

### FEBRUARII XI.

9. 1. *Beatorum Petri Pascalis, & Castellani, Martyrū.* Cū R. Pater, F. Iacobus Bernardi, Generalis inquisitor esset aduersus hæreticam prauitatem in prouincia Arelatensi, Aq̄nensi, & Epedanensi; misit hos duos BB. Patres, tanquam officij sui vicarios, in Episcopatum Valentiniensem, vt contra hæreticos, eorumque fautores procederent. Dūm ego in unū maneris opis diligenter profecerant, pergentēque à Cabolo ad castellum Montellisum: ab ipsis hæreticis intercepti, crudeliter sunt interfec̄ti. 1321. quorū corpora delata Valentiam, & apud Conuentū fratrum, honorificè condita, pluribus miraculis illustrantur. Eo autem die, quo martyrium subire, eisdem sanctimonialis infirmæ apparuerunt; primò totaliter san-

guinolenti, postea omnino gloriosi, præmonentes eam, vt in crastino eorum obuiam corporibus eorum pro sanitate recuperanda: quod cum monis obtemporasset, statim prius restituta est sanata. Fama itaque huiusce martyrij, ac ingenium inuiciorum ab ipsis martyribus patrasocon vbiq̄e peruolans; ad aures Ioannis XXI. Papæ peruēit: qui iussit, vt coram Episcopo Valentino de vita, martyrio, ac miraculis eorum, examen processisset fieret: sed horum canonizationem iam inc̄ceptam quædam sequens turbatio Ecclesiæ impedit. Memorantur à Beato Bartholomæo Pisano lib. 1. concordant. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. minor. sancti. illis. prouinc. Burgundie. Cod. MS. Abbas. S. Victor. Passiens. lib. Marco

Marcus Vlyssiponens. part. 1. chronic. minor. lib. 7. cap. 43. Firmamentum tuum ordinum tract. 1. in Memorial. ordm. sub ministro generalis B. Gonzaga part. 1. orig. seraph. relig. in BB. viris huic ordm. Toffianus lib. 1. Bosius rom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. an. 1322. Picquetus in catalog. viror. illustr. ord. minor. wadinghus tom. 3. anal. minor. ad an. 1321, & seq.

4. 2. *Beati Hieronymi de Strafa, Confessoris. b*] Eius meminit Marcus Vlyssiponens. part. 3. chronic. minor. lib. 1. cap. 43. & lib. 4. cap. 32. & lib. 5. cap. 29. sub. ann. 1465. atque Conuentus Vintelx in Apulia fuisse alumnum: & lacrum eius corpus Florentix (vnde exortus etæ) tacere in Comenta S. Saluatoris: qui est 9. pronunciat Tufcia: quod & ibid. attestatur Gonzaga part. 2. sup. his verbis. *Corpus B. Patris Hieronymi de Strafa, qui primo laicorum fratrum habitum induit, postmodum ad B. Patre Thoma de Scarlus, inanis oratione ad Clericatum, atque sacerdotium usque promotus, ac tandem Conuentu effectus, prestantissimus quibusque Italia predicatioribus palmam pretripsit, gloriosisque miraculis transfecit.* Daça part. 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 23.

3. *Beati Francisci à Franca, Confessoris. e*] Gallus erat natione, & Laicus professione, mira prolix abstinentia vixit, nam semel in die cibum sumebat: Lepus solo pane & aqua contentus; tanta parcitate cibi utebatur, vt vix naturæ sufficere videretur ad sustentationem. Iulius à Pate Guardiano, iusculum sumere, obedi-

tie procius patebat: sed rei sumenda æquam frigidam, cineres, aut absynthium ita immiscebat: vt calorem saporemque omnino amitteret. Solo habitu, eoque viliori & attrito utebatur: sine intermissione orationi instabat: siue laborando manibus se die; siue per noctem quam ferè dicebat infonnem. Pauperibus maxime compatiebatur, quando nil aliud largiri quibat. Signis etiam emittit: pilices ætuum in manibus suis sunt virtute diuina multiplicati; & chorda, qua precindus erat, sanitate ægris colitis contulit. Tandem, humilitate, simplicitate, puritate, obedientia, & charitate exornatus atque patientiam morbum incidit: quo, post lacrimationem pie susceptionem detedens è vita migravit in cælum, anno Christi 1386. ætatis suæ 30. religionis vero 6. sepultus in Conuentu S. Francisci trans Tyberim. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 8. cap. 79. ex chronic. Bonifacii Bonibelli, prouinc. Roman. Reformat. Rapinuz in hist. general. orig. Recolletor. decad. 9. part. 2. §. 3.

4. *Beata Ludonica Villalobos, virginis. d*] Hæc ita perfectioris amore est successa: vt quamlibet aliam religionem sequentem aliquam virtutis laude excellentem cerneret, procius imitari curiosius studeret: sique sanctissima euasit. Floruit circa an. 1540. apud monasterium S. Clare Palentix, quod est 5. prouinc. Conceptionis. Eius meminitur Gonzaga 3. part. sup. in eo monasterio. & Barezus sup. lib. 3. cap. 42. ad an. 1544. Valerianus de BB. Formis ordin. mino. lib. 4. cap. 36. wadinghus tom. 4. sup. ad an. 1373. §. 33.

## PRIDIE IDVS FEBRUARI.

**B**idinij in Bulgaria, passio Beatorum Antonij, Gregorij, Nicolai, Thomæ, & Ladislai: qui ab hæreticis Græcis, pro confessione orthodoxæ fidei, in frusta confisisti, atque discepti, glorioso martyrio triumpharunt. Tauri, in territorio Zamorensi, Beati Stephani Coruini, Confessoris: signis & virtutibus conspicui. Lucæ, in Tufcia, Beati Christophori Criuelli, Confessoris: qui ieiuniis, disciplinis, abstinentia, humilitate, castitate, ac obedientia sese exercens, miraculorum etiam gloria meruit à Domino exornari. Mediolani, Beati Laurentij à Bagnacuallo, Confessoris: concionatoris eximij, ac sanctitate celebris.

## FEBRUARI XII.

1. *Beatorum Martyrum, Antonij, &c. \**] Constat illorum martyrium accidisse anno 1369. verum, magna reperitur controversia in ipsorum nominibus ac personis referendis. Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 2. in Festib. in nonh. sanctitate illustrib. vicariæ Bofnæ, sic scribit: *In regno Bulgarorum ciuitate, que dicitur Bidinium, passi sunt, Frater Andreas, Vngarus, Sacerdos: Frater Gregorius de Ladera, Sacerdos: Frater Nicolaus de Martibia, Frater Benediculus de regno Apulia: & Frater Thomas, laicus, de Fulgencia, à Caligero Græco. Cùm enim ad petitionem Regis Vngariae Ludouici, ad redendum ad veram fidem Bulgaros, illos accessissent, & fructum maximum ibidem facerent, & hoc displiceret Caligero Græco: captus Bidini per Bulgavos, Frater presens per fructa confis, martyrium complectitur. Eorum adhuc meminit fruct. 11. part. 1. ibid. & Gonzaga 1. part. orig. seraph. relig. in BB. viris huic ordm. Toffianus lib. 1. histor. seraph. Picquetus, in catalog. viror. illustr. ordin. minor. Algacza in Ax-*

bore Epilogatortus ordin. Franciscan.

Alij verò, rem in duplixa differentia constituunt. Fatentur equidem præfata omnia, quo ad martyrium illorum: sed vano modo, ois diuinerant. Ita enim habent Firmamentum tuum ordinum, & Speculum Fratrum minor. tract. 1. in Memoriam ordm., sub generali, 23. c. 14. *Anne Domini 1396. in Vngaria (dicendum est in Bulgaria) ciuitate Bidin, passus sunt pro defensione fidei, quinque perfectissimi Fratres, videlicet Antonius de Saxonia, vir igitur eloqui, magnique sapientis: Frater Gregorius de Trauicio, prouincia Dalmatiæ, profundissima humilitatis, & magnæ castitatis fides: Frater Nicolaus Vngarus, qui per decem & sex annos, non comedit nisi in die post vesperas, panem & aquam tantum, prestans semper ad carnem castitas ferreus & loricam: omnes sacerdotis: ac Frater Thomas de Fulgencia, & Frater Ladislauus, laicus, viri deuotissimi, & patientissimi rigore. Eadem attestantur Marcus Vlyssiponensis 2. part. chronic. minor. lib. 25. & 30. §. 34. m. part. 3. lib. 1. cap. 58. Testinianus sup. lib. 2. sub B.*

P. Marco Viterbiens. generab. Algezra etiam sup. Valinghus tom. 3. annal. minor. ad ann. 1323. §. 23. & tom. 4. ad ann. 1369. §. 11. quibus videtur iungendus Iacobillus de SS. Fulguratib.

3. 3. **B. Stephanus Coanus, Confessoris.** b] Nobili genere natus, sed moribus obscurior erat: qui cum quadam feria 6. in Paratense Ecclesiam fratrum musor. Tauri ingressus esset, ut concionem de Dominica Passione audiret, tanto, doloris gladius Christi tormentorum ipsum pertransiit: ut mori mundo valedicere, religionemque D. Francisci intrare, efficaciter apud se decreuerit. Itaque Reuerendum Patrem Guardianum accersit; cui cordis sui arcanum patefecit: ab eo humiliter exposcens, ad habitum religionis admitti, pro ut fecit. Cum igitur apud conventum vrbis Roderice moraretur, cito affectu se studio orationis addidit, ut & in extasim raperetur, & à Beata Virgine Despara visitaretur. Corpus suum diuersimodè edomabat; dñm autem in conuicta de Tauro aspera disciplina illud castigaret, Dæmon apparuit, cui tali rigore se affligeret, inquitens ab eo: cui vir sanctus respondit; se quidem id semper, & qualibet die, totisque vrbis facturum. Crede mihi, ait tentator, quòd exinde citò moueris. Itaque, cum B. Stephanus ibid. Sacriste officio fungens, scalam ascendisset, ut quadam crucifixi unguem aptare valeret; Diabolus scalas amouit; illeque cadens in terram, eius maximo cum dolore sibilifregit: quam infirmitatem vsque in diem mortis sue patienter tulit. Illud tamen mirabile Deus operabatur in eo; quòd cum non posset pedibus stare, tamen dum sacra celebraret, nullam lesionem, vel fracturam in erere, pro eo tempore, habuisse videbatur: nec vllam sentiebat dolorem.

3. 4. **Quid plura?** ad altare Missam celebranti, loco Acolyti, Angeli insurrexerunt, pro mortuis maxime exorabat: & multorum animas è purgatorio suis ad Deum precibus, liberauit: quomobrem illorum plures illi postea apparentes, maxima cum humilitate ei gratias referebant. De onum lachrymarum in oratione habens alius etiam impetravit. Morti appropinquans, Ecclesie sacramenta pissima deuotione susceperit: & sub finem Maxutinarum, è vniuersis sublatum est in cæsum: corpus relinquens in terra, aspero cælico subindutum. Tempore obitus sui gloriose apparuit cuidam Mariz, nobili ac deuotæ femine: nuntians illi transitu sui horam: quæ, post aliquot annos, ob ingentia miracula ab eo edita, illustre sepulchrum construxerat altus eleuatum à terra; in quo lacrum ipsius corpus honorificentius collocatum est: vbi ad eius inuocationem magna & mirabilia operatur Omnipotens. De eo agit B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. confermat. fruct.

8. & 11. part. 1. vbi de fratrib. minor. sanctitat. illust. prouinc. S. Iacobi. Codex. MS. Abbat. S. Victor. Pansienf. ibid. Marcus Vlyssiponenf. 2. part. chronoc. minor. lib. 4. cap. 30. & 31. florib. ann. 1280. Toifianus lib. 1. hiltor. seraph. Vvadinghus to. 2. annal. minor. ad ann. 1270. §. 10. 1290. §. 29. Manza lib. 17. hiltor. Eccles. sanctor. Hiltor. pan. cap. 3. & 4.

**Beati Christophorus Crantori, Confessoris.** c] Monitus 5. 3. fuerat in visione à seraphico Patre S. Francico, habitum sui ordinis sumere; quod die sequenti præstitit: quando ad concionem S. Bernardi Senofis, Mediolani, Dei amore tactus, ab eo obtinuit, vna cum pluribus aliis adolescentibus, petri religionis Seraphice habitum: laucos fratrum statum eligens: quo valde profecit. Iesus enim continens, discipulus, vigilis, ceteris mortificationibus vacabat: orationi assidue intentus erat; maxime contemplationi vite, passionis, ac mortis Christi: quam ingenti lachrymarum profusione sic amarissimè desitebat: ut nonnumquam cadens in terram, ut mortuus reputaretur. Horum numero aduocanda sunt ea, quæ Gonzaga p. 2. orig. seraph. relig. in conuentu S. Cerboni extra Lucam vrbem (vbi ipse obiit an. 1467.) quæ est 2. prouinc. Tulicæ, enarrat his verbis. *Inter demque septimum hoc in conuento corpus venerabilis ac Beati Patris, Christophori Crinelli, natione Mediolanensis, qui non in seculo aliquando militasset, fuisseque exercitus eiusdem Patriarchæ Capitaneus, sine Dux, sumpto de manibus B. Patris Bernardus de Senis, Franciscano habitum, tanquam exoperi humilitati, abstinentiæ, paupertatis, obedientiæ, castitatis, cæterisque virtutibus studens; ut quousque seculi miles existens, insequi Christi abiecit ensiferis: suisque orationibus, omnium delictorum in seculo perpetratorum remissionem à Patre misericordiarum impetraverit, atque id sibi reuelari meruerit. Cuius corpus etiam pluribus annis iuxta Ecclesie ipsius humanitate exstitisset, aquarumque stillentibus patuisse, in diuinitatis esse secessum, impetere, integrum, inuictum, et suauissimè redolens apparuit. Et quid mirum, cum virtutes atque mortuus miraculis et laudibus? De eodem Marcus Vlyssiponenf. part. 3. sup. lib. 5. cap. 37. Bzouius tom. 18. annal. Eccles. ad ann. 1471. §. 36. à quo Crutelleri cognominatur.*

**B. Laurentij à Nazaretho, Confessoris.** d] Floruit circa an. 1493. ut Lucius venerat Mediolani, in conuentu S. Mariz de Pace, quæ est 2. prouinc. Mediolanenf. vbi obiit, ac requiescit. Eius memini Gonzaga ibid. part. 2. Marcus Vlyssiponenf. part. 3. chronoc. lib. 7. cap. 29. Barceus ibid. part. 4. lib. 2. cap. 27. sub an. 1517.

## IDIBVS FEBRUARII.

**A** pud Indos Occidentales, Beati a Aloysij Villalupi, Martyris: qui dum ex Zacatecis Guadalphagiam versus properaret, in ipso itinere ab infidelibus Chichimecis inuasus, ob fidei prædicationem, sagittis eorum vndique confixus est & occisus. Aloysij in Vmbria, Beati b Angelli Tancredi, Confessoris, Seraphici Patris S. Francisci socij: admirandæ sanctitatis viri: qui in vita & post mortem miraculis refulsit. Romæ, Beati c Bonauenturæ, Confessoris: qui charitate maxima, ac spiritu prophético insignis, puerum mortuum ad vitam reuocauit.

1. **Beati Aleyfj Villalopi, Martyris.** <sup>a</sup>] Hic Christi clericus, *Aleyfj*, ex *Ludovico*, & *Alphonso* dictus, martyrium pro fide Christiana, subit, anno 1382. quod constat ex Batezzo part. 4. chron. minor. lib. 7. cap. 45. & Daça ibid. lib. 2. cap. 60. tum ex Gonzaga 4. part. origin. seraph. relig. in prore. sancti Evangelij in fin. *Praterea* (inquit) anno Dominus 1382. *Frater Aleyfj Villalopi, ex custodia de Zacatecas huiusmet provincie S. Evangelij Sacerdos Deo denotus, dum sui prelati iussu, pro extirpandis quibusdam fidei hereticis negotiis, ex Zacatecis Guadalufragiam versus properaret, in ipsiusmonte ab Indorum insideliis (Chichimecorum scilicet) turmis invasus, fugatusque undique inclementer confusus, prope Deo amicum, fidelis, patiens, ac denique amicus virtutum genere ornatus, reddidit.* Idem occidit part. 1. vbi de BB. martyribus apud Indos Occidentales ob Christi fidem passis Hilario à Coila lib. 2. hist. cathol. pag. 366. Picquetus in catalog. vitor. illustr. ord. min. Marianus lib. 3. cap. 34. Bofius tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 22. Grauzius in *voce Turris*, part. 2. cap. 24. *Alphonso* ab eo vocatus.

2. **Beati Angeli Confessoris.** <sup>b</sup>] Dicitur est B. Agnellus, siue Angelus: cognomento Tancrois: à Reato ortundus: primusque miles qui ordinem man. ingressus sit. Cum en, atque alius duobus sociis BB. Petro Catharino, & Bernardo à Quintavalle, D. Franciscus Romanus profectus est ad Summum Pontificem Honorium III. ut diem determinaret pro indulgentia S. Martiz de Portuancula lucranda, quam antea sibi Perusij concesserat. Hunc idem Seraphicus Pater vià cum BB. Leone & Massio, assumptis in socium; quando primo ad sacrum Aluzem montem accessit, & ibi cum eo theit. Praterea ille est, qui eundem S. Franciscum in predicatione sequutus est. Nam cum reuelatum oculis fuisse B. Sylvestro, ac S. Virgini Claræ, D. Franciscum haud directum esse à Deo, vt solitaria loca petens, orationi operam daret: sed potius concionando, inter homines conuersari deberet: statim seraphicus viæ Des, assumptis duobus sociis BB. Massio & Angelo, ad prædicandum accessit.

3. Cùm autem à Diabolo inquietaretur, ipsumque valde timeret, vt propterea solus stare nollet: idem Seraphicus Pater ipsi Beato Angelo mandauit, vt quendam montem excelsum solus conscenderet, alta voce clamaret: superbi Dæmones, modo ad me venite omnes, & facite mihi quicquid potestis; quod eum

ille humiliter adimplet, & nullus illocum aduenisset, impavidus deinceps remansit. De illo solebat D. Franciscus dicere: quod ille confensus esset verè frater minor; quia fidem haberet, B. Bernardi à Quintavalle simplicitatem & puritatem Beati Leonis; caritatem B. Angeli: eo quod fuerit, omni caritate & benignitate ornatus, &c. Hic adiuncti sibi parisi sodalij commisionibus, BB. vius Leone & Ruffino, sanctæ Claræ virg. confanguines, miracula Seraphici Patris Sancti Francisci scripto digessit, iubente B. Gregentio A. sino, tum ordinis totius Generali, quod et si non aliunde, ex trium tamen sociorum litteris missis ad Generalem 3. Idus Augusti, ann. 1246. liquet quam clarissimè.

Adfuit per se anno 1233. moribundæ S. Virgini Claræ apud S. Damianum 22. Augusti. Tandem & ipse postea obiit Alisij, hoc nomine ter sèlix: i quod in æde sanctissimi P. Francisci, nec ab eisdem sepulchro procul, sit conditus; signa quoque & miracula visus ac mortuus, ediderit. Scribit de eo Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformit. fruct. 2. 7. 8. 10. 11. & 12. p. 1. item lib. 2. fruct. 2. & 11. p. 2. item l. 3. fruct. 1. part. 1. Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. vbi de fratrib. minor. sancti. illustr. sub vici. sanctus Antoonius 3. part. histor. titul. 24. cap. 7. Firmamentum trium ordin. tract. 1. in Memorialis ordin. Marcus Vlyssiponenis part. 1. chronie. minor. lib. 1. c. 70. 76. item lib. 2. cap. 2. 37. 51. item lib. 6. c. 19. & 55. & 2. p. l. c. 37. Gonzaga p. 4. ong. seraph. in BB. vius humile ordinis. Willous Athenarum. orthodox. Franciscan. lictia A. Tolissianus lib. 1. histor. seraphic. in eo vadinghas tom. opusculor. D. Francisci colloquio 30. item tom. 2. anal. minor. ad ann. 1210. §. 3. & alibi sæpius. item tom. 2. ann. 1218. §. 10. quo obiit & 1289. §. 45. Picquetus sup.

**Beati Bonaventuræ, Confessoris.** <sup>c</sup>] Patria erat Verulanensis; laicus professione, maxima charitate pollens; cuius res gratia, ingenia dona à Domino meritis obtinere. Plumia spiritui prophético prædixit; puerumque motuum, quem matris suæ precibus à Deo impetratæ, ad vitam suis orationibus reuocauit. Romæ obiit ann. 1274. sepultus in conueru S. Marce do Ara eorh. Illius meminerunt Gonzaga part. 1. sup. in præfatio consentu. Barezus 4. part. chronie. minor. lib. 1. ca. 52. Daça ibid. lib. 1. capit. 28. Vvadinghus sup. tom. 2. an. 1251. §. 57. Petrus Caluani Defensorio sacræ. relig. lib. 2. fol. 293.

## DECIMOSEXTO KALENDAS MARTII.

**A** Pud Francavillam, in Vngaria, Beati <sup>a</sup> Ioannis, Confessoris; qui primus Prouincialis Vngariæ extitit; & clarus meritis; maximis miraculis emicuit. Albertstadij in Germania, Beati <sup>b</sup> Othonis, Confessoris; signis & virtutibus gloriosi. Tolosæ, Beati <sup>c</sup> Michaelis Mogotti, Confessoris; qui oratione, abstinentia, aliisque virtutibus pollens, sancto sine queuit. Anconæ, Bearatum <sup>d</sup> trium Sanctimonialium ex tertio ordine Diui Francisci: quarum corpora ibidem honotificè condita, magna habentur in veneratione.

5. **Beati Iohannis, Confessoris.** <sup>a</sup>] Primus extitit mirm-  
 eter provincialis, provincie Hungaricæ; qui & miraculis  
 confulcax, & dies mortis suæ longè ante  
 præficus, rogavit Fratres vt corpus suum Franca-  
 villam deportarent: quod & factum fuit, licet abique  
 ope humana; nam cum navitransferti deberet, acci-  
 dit vt corpus per seipsum, ad præfatum locum, sine  
 nungij adutorio, feteratitulerit, & in loco preparato  
 se posuerit. De eo agunt B. Bartholomæus Pisanus,  
 lib. 1. conformatus, fruct. 8. & 11. part. vii de fratrib.  
 minor. sancti. illustr. provincie Vugaricæ. Codex MS.  
 Abbat. S. Victor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssipo-  
 nensis. part. 2. chronic. minor. lib. 1. cap. 11. & libr. 8.  
 cap. 44. ex Maximo. Gonzaga part. 1. orig. seraph. re-  
 lig. in BB. vni huiusce ordinis. Toffianus lib. 1.  
 hiltor. seraph. Vvadinghus tom. 2. annal. minor. ad  
 an. 1270. §. 37. & 1287. §. 7. Picquetus in catalog.  
 vitor. illustr. ord. Franciscan.

5. 1. **Beati Orthonis, Confessoris.** <sup>b</sup>] Otho, & Otho appel-  
 litur: qui cum effec canonicus secularis: haberetque  
 magnam strenuam in gurgite: à sancta Euphemia li-  
 beratus: mandatum est libi, vt religionem seraphicam  
 intraret ac profiteretur: quibus obtemperans iussis:  
 tantò profecti in huiusmodi ordine, vt vni ingen-  
 tibus virtutibus claruerit, & mortuus quamplurimus  
 confulcari miraculis. Obiit, ac fuit eil, in ciuitate  
 Alberstadeni. Scnbunt de eo Pisanus sup. in provincie,  
 Saxoniz. Codex MS. etiam ibidem. Toffianus &  
 Gonzaga sup. item part. 3. in provincie, Saxoniz  
 erucis, Algeria in Arbore Epilogica totus ordin.  
 Franciscan. wadinghus tom. 1. sup. ad an. 1234. §.  
 12. ex Bernardo à Bells in chronie. M. S. Picquetus  
 sup.

5. 1. **Beati Michaelis Magistri, Confessoris.** <sup>c</sup>] Laicus erat  
 professione: cuius vita laudabilis, & conuersatio opti-  
 ma: in oratione assiduis; paupertate diuissimas, pa-  
 tiens, feruendo perfectionis zelo accendit, moribus-  
 que admodum exemplaris. Senex factus, pane & aqua,  
 pro cibo, reficiebatur; vili laceroque habitu coopre-  
 cebatur: asperum cilicium ferebat ad carnem. Iustus  
 commemoratio erat in fatallo Deiparæ Virginis: lectus, ta-  
 bula, aut aliter die pons nuda humus: se per stabat orotus,  
 nisi cum oraret flexis genibus, aut sederet ad mensam:  
 requiem nullam capiebat, nisi infirmitate grauius. A

Dæmone multoties oppugnatus extitit, vt ab oratio-  
 ne cum auerteret: ac nunquam expugnatus: solutus  
 erat, qualibet nocte crucem in humeris portare, sic-  
 que oneratus vnanquamque Ecclesiæ xdiculam vili-  
 tate: vbi in memoriam Domini Passionis aspectus  
 se flagellis calligabat. Quadam die Dominica, officij  
 solito fulius in Ecclesia moraretur, oblitus est officij  
 coquinarij, ita vt præiij hosti, huius quocumque para-  
 tum esset fratribus ad manducandum: mox cum ra-  
 more accessit, ipse in silentio pro culpa, ad coqui-  
 narium accessit: sed virtute diuina, cunctis manibus  
 Angelorum tepora opportunè disposita: quæ eisd  
 fratribus debet ad sustentationem. Cum Romam per-  
 gret ab excursionibus captus, denudatusque est: sed  
 vilo illius ad carnem rudi cilito, dolore cordis tacti ac  
 compuncti habitum reddiderunt, ventiam ab eo humili-  
 ter poscentes. Tandem Tolosam reuifus à sua pere-  
 grinatione sancto sine excessu à vita in conuentu S.  
 Francisci, ( qui est 1. promouit Aquitanie antiquo-  
 ris ) anno Christi 1314. Scnbunt de eo Marcus Vlyssipo-  
 nensis. part. 2. chronic. minor. libr. 8. cap. 44. ex  
 antiquis ordin. chronicis. Toffianus lib. 1. sup. Al-  
 gerita in Arbore Epilogica totus ordinis Franciscan.  
 Vvading. tom. 3. ad 1314. §. 20. & seq. post Marzanum  
 lib. 4. cap. 10.

**BB. Trium sanctimonialium tertij Ord. D. Francisci.** <sup>d</sup>] §. 4.

Harum sacra corpora maxima cum reuerentia custo-  
 diuntur apud monasterium S. Mariz Nouz, in Anco-  
 na vrbe: vbi vitam duxerunt cœlicam: circa an. Chri-  
 sti 445. quod tamen cœnobium nunc inhabitatæ Cla-  
 rissæ sorores, quæ de relictio Tertiariarum statu, archie-  
 piti vix, iuxta S. Clara: vni quibus regularis, sese liberè ac  
 voluntariè astinxerunt. De his mouit Gonzaga 2.  
 part. orig. seraph. relig. in præfato monasterio, quod  
 est 1. provincie, Marchæ. *Quarum corpora (inquit) idem  
 integri a persensu atens, maximeque à foribus ferent, vno  
 lant quædam Abbatisse, ex monasterio tamen consu-  
 so, ex fatis sortibus exhumata ad hauratus sepulchrum  
 transferre. Dumque ex pro religioe morte, lenari, atque  
 ad solem expicari ante, consumpta protinus carne,  
 ipsa tantum nuda ossa remanserunt. Quæ nihilominus  
 in pulcherrimum ac amanseri, atque in edatiorem locum  
 statim fecit.*

## DECIMO QUINTO KALENDAS MARTII.

**P**ratuij Translatio. <sup>a</sup> Antonij Lusitani, Confessoris: tempore Vrbani Papæ  
 IV. Senis in Tuscia, Beati <sup>b</sup> Iohannis Risconi, Confessoris, eruditione, fide, ac pie-  
 tate clarissimi, qui aduersus hæreticos strenuè decertauit: & multos ad fidem Catho-  
 licam perduxit. Apud Capernum- Bassum, in regno Neapolitano <sup>c</sup> Beati Fran-  
 cisci Aragoni Confessoris; magnæ sanctitatis viri, atque miraculorum gloria illu-  
 stris. Abdaræ, in Hispania, Beate <sup>d</sup> Mariæ Gulmaniz: nobilitate, profundissima  
 humilitate, atque Religione insignis. Lorcæ in territorio Carthaginensi, Beate <sup>e</sup>  
 Franciscæ Pontiz, Virginis, quæ Tertiariarum sumpto habitu; virtutibus ac mi-  
 raculis refulsit.

**T**ranslatio S. Antonij, \*) Dicitur ex B. Bartholomæo Pisano lib. 1. confirmat. D. Francisc. fruct. 8. part. 2. vbi de Fratru. minor. sanctitate illustr. in Provincia Paduana S. Antonino 3. part. histor. titul. 24. cap. 1. §. 4. & 3. Marco Vlyssiponensi. 1. part. chronoc. minor. lib. 5. cap. 17. & 19. & plurib. alijs præfatus S. Antonium diu obussit extremam, in loco Cellæ, seu Arcellæ, extra ciuitates Paduane maros, in suburbio, ex quo ad alium Consuetum Fratrum minor. de sancta Maria nuncupatum, delatus est auctoritate Reuerendi Patris Ministri Provincialis eiusdem Provincie, & maxima cum reuerentia sepultus est in quodam sepulchro iubi Diuinitus inuentio. Qua de re ita scribit D. Antonius sup. §. 5. *Quibus ita gestis, tandem Episcopus cum Clero, Potestatum Magnatibus, atque militibus, cum nimia populi multitudine aduenisset, ad locum presentialiter perueni, corpus à sancta subuectus, inumerisq; ad portandum operantibus quique subuectis. Sic de manu cum hymni: & laudibus ad sancta Dei Genitricis Ecclesiam uentus: ubi ipsum expleti ab ipsa Missarum solemnitate, honorificè, sub die transiit sui quoru, sepelitur. Quo omnia confirmantur ex lectionibus 2. Notandum, dici octaua festi ipsius sancti Antonij, apud Breuitarium vetus ac nouum Ordinis Fratrum minor.*

**V**etum, pluribus annis elapsis, quibus lætissimus Coepus et in Consuetum iam diu iacuerat, in idē solemniori pompa ac immensa gloria, translatus est in amplissimum Ecclesiam pro suo honore nouiter extructam: (ob ingenua beneficia, que eius Patruini, meritis ipsius, à Deo susceperat) præsentibus Guidone, Episcopo Portuensi, Cardinali Bononiensi Picardie, Legato Apostolico per Italiam: ac Reuerendissimo Generali totius Ordinis minor. S. Bouauentura, anno Chribli 1263. in octaua Domine Resurrectionis 7. Idus Aprilis, cuius rei meminit S. Antonius §. 6. sup. dicens. *anno Domini incarnatiōnis 1263. cum gloriosus Dominus liberasset ciuitatem Paduanam, de manu eiusdem perfidi Principis Cytellini nomine, (qui tyrannice capere petens eam, depulatus erat) meritis huius S. Antonij, in sanctissimam sancti, in athena, Patruini eius beneficia non immerito Ecclesiam prægrandem ad eius uicem confirmari, corpus sancti transferri statuerat ad locum eminentiorem. Quod in octaua Domine Resurrectionis agens, educto de tumulo corpore sacro, cum magna reuerentia, inuentus est lingua in ore adeo reuera, rubicunda, & pulchra; qua tamen per multos annos, cum corpore sub terra iacuerat, ac sicuti decerpisset. Quam uenerabilis uisus Bouauentura Generalistimo Minister Ordinis, & postea Cardinalis effectus, qui presens Translatio erat, in manibus tenens, uirgatus oratione lachrymarum, demerisset his uerbis aliquot. O lingua benedicta, que semper Deum benedixisti, & alius benedictæ festis, nunc aperit quæ meritis suis, & reuerentiis et deuotissima oscula uisita carum hauriens colat. B. Bartholomæus Pisano hanc parum dissimile refert sup. huc uerba. Cardinalis Bononia Belgie, Remus Guido, Episcopus Portuensis, à morte per Antonium liberatus, Apostolicus in Italia Legatus, ipsius Translatioem peregit: & caput in pulcherrimo tabernaculo de argento suis sumptibus solito locauit, Dominus Frater Bouauentura, Cardinalis Albanensis, excellentis Generalis Ordinis, sancta corpori Translatioem iam aperuisse etiam ait, post 25. annos ab eius morte, corpore suis, hinc nuncius reperit aciem, integram, & rutilantem ignem, postea cum quidam Generalis, uellet à loco Padua deponere, quoniam uisus portam aliquam, unde exiret. Fide ipsam repositum in quadam altari, & in idē*

*Fratribus prefatis à Generali Ministro (qui Frater post 14. anni) reuerens ad mortē fratris indicant. Quæ reuerentia de altero predicto uollet: in quibus tabernaculo crystallino posuerat, & hodie ipsi suspensus in ueteri altari & fano.*

**E**adem attestatur Marcus Vlyssiponens. ca. 31. sup. & part. 1. lib. 2. cap. 4. Breuitarium Fratrum minor. in lectionibus 2. Notandum diei festi huiusce Translationis 15. Februar. Vvadinghus, Tossitanus, & quotquot uiti S. Bouauentura scripserunt. Sed maxima etiam oritur controversia. Nam ut apparet ex B. Bartholomæo Pisano, hæc Translatio accidit, post 25. annos à morte S. Antonij, Marcus uero Vlyssiponens. opinatur id ad ann. 1160. seu 1271. euenisse ann. 30. ab obitu illius festi hallucinatur. Cooftat etenim hanc Translationem peractam fuisse ann. Christi 1263. Iuxta S. Antonium, & Breuitarium præfatum Fratrum minorum, ergo 100. an. 25. aut 30. sed 31. ab illius festi obitu tempore Urbani IV. Pape, maxime cum ex ceteris de uita S. Antonij ann. 1211. die 11. Junij. Vide Vvadinghum 20. Annal. minor. ad an. 1161. §. 8. 9. & seq. Firmamentum trium ordin. trad. in Memoriali ordin. minor. sub 9. Generali, & Sedulium commentar. in cap. 28. vit. S. Antonij Martenat lib. 16. histo. Eccles. sancto. Hispan. cap. 11. præfatus autem Guido de Mooteforti, Lemouicensis, Galus, titulo S. Cæcilie, Cardinalis, postea Portuensis Episcopus dum in signe beneficii uix in manifesto motus discrimine à S. Antonio mirabiliter conseruatus, proficisci uellet, Patruini se cõsalutallician. 1350. 15. Febru. secundum fieri curauit Translationem corporis eiusdem sancti ad arcam argenteam, & magne capis patris, ad pretiosissimam thecam, sumptibus affabre elaboratis. Quare, anno sequenti, nempe 1351. in Capitulo generali Lugdunensi, decretum est, ut ex die, riu duplici fieret de huiusmodi Translatione officium Diuino, quod nunc uixque perleuerat. Ita Vvadinghus 20. a. sup. & to. 1. ad ann. 1350. §. 8. & tom. 4. ann. 1351. §. 10. ex Speculo Fratrum minor. & Firmamentum trium Ord. in tract. 3. in ordinationib. circa Diuinum officium. Hinc Martinus V. Papa concessit omnibus uisitantibus Ecclesiam Fratrum minor. in hac festiuitate, indulgentiam annorum 50. & duodecim quadragesimarum. Vide compendij privilegior. uerb. Indulgentia quoad seculares 1. B. Ioannis Ruffini, Conf. \*) Vocatur hic uir Dei, B. Ios. 4. 42. Ruffini, seu de Costoro, Sacerdos, uix admodum spiritualis, maxima præ ius prudentia, ac cõsilio, ob cuius uix ex episcopi perfectionem, ab omnibus, ut uicibus habebatur: hæresu proliquo ac erimudodrina & pietate conspicuus. Ad hunc se contulit S. Bernardinus ad huc adolefcent, illum confulturus, super cordis sui desiderio uehementissimo, uidelicet, Domino famulari, in officio Ordine ab Ecclesia approbato. Factū audiamus ex D. Antonino 3. part. histor. titul. 24. ca. 5. §. 1. Sic enim de S. Bernat d. scribit. *Demū post requirit orationes, ut Dominus illi uis, & statim mentis eius dignetur ostendere, qui sibi nullus de fratre ualderet, in seipso non fideus accessit ad quidā reuerentem uirū. Religiosissimū Ordinis minor. Ioannem Ruffini, Sacerdotem, præbatum sanctum, summa celeberrimū, longa austeritate uacantem, & experientia circūspectum, qui triginta annis in Besua contra hereticos, persequendo multos ad fidem attraxerat, & sine grammatice, Terribilia peragrata, Transierat. Ad hunc profectus cogitatione suas aperuit, ut si per nos in maximis consilis, quæ substat non intelligens, ad eandem errem non dem sequeundum in Ordine minorum, ipsius sancti propolis confirmari, & paulo post Ordinem therapicum intravit, habitum huius inditus suscipiens per manus eiusdem B. P.*



Ioannis Rilkon, in Ecclesia Fratrum minor. Senen. die 8. Septemb. Eadem referunt Breuarium Ord. minor. in lectib. n. 1. Noturni diei, infra octavam S. Bernardini. Marcus Vlyssiponen. part. 3. chronice. minor. lib. 2. cap. 6.

- §. 6. *B. Franciscus Aragoni, Conf. e*] Fuit vir vtiq; sanctissimus hic B. Franciscus Aragonus, atque Angelicus moribus perditus, necnon de plurimis illustribus miraculis: in cuius gratiam Satus IV. Pont. Max. indulgentiam omnium peccatorum plenariam, statuta cuiuslibet anni die, cum pro Religiosis, tum quoque pro secularibus, Conuentus S. Iohannis iuxta Campum-Basium, Provinciae S. Angeli in Regno Neapolitano, concessit: quo in loco eius sacrum Corpus requiescit. Claruit circa ann. 1475. memoratum à Gonzaga 2. part. Orig. seph. Relig. a p. 174. Conuentu, qui est 6. illius Provincie. Barezo 4. part. chronice. minor. lib. 1. cap. 50. Bromo tom. 18. Annal. Eccles. ad ann. 1492. §. 29. et Francico Bono.

- §. 7. *B. Maria Gufmania, Virginis, d*] Nobilissimus licet

exocta progenitoribus, maxima tamen humilitate vixit, Religionem Monasticam professus, Abdare, vulgò Almetze, in Hispania, apud Monasterium Conceptionis B. Virginis Maris Deparce. Floruit ann. 1515. de qua meminit Gonzaga part. sup. in eo Monasterio quod est 20. Provincie. Granatensis. *In hunc* (inquit) *drusque laici Ecclesia fere Marsa Gufmania profandissima humilitate, atque quacumque alia vivente per adita in Domino quiescit. Que & referuntur à Barezo sup. lib. 2. cap. 20. addens huciq; magistro in honore haberi à Sanctimonialibus eiusdem cœnobij. Valetano lib. 4. de BB. For. min. Ord. minor. cap. 2.*

*B. Francisca Ponsa, Virg. e*] Tertiariæ habitum §. 8. sumpserit Monasterio sanctæ Anæ Lorez: vñd. cum Marce ac sorore, vbi tantopere in omni viretum genere profecit, ut maxime sanctitatis speciem exarere; montensij signis & miraculis coruscaverit. Agitur de Gonzaga 3. part. sup. in prefato Monast. quod est 12. Provincie Carthaginens. Barezo sup. lib. 1. cap. 30. sub. ann. 1520. Valetano cap. 6. lib.

## DECIMO QUARTO KALENDAS MARTII.

**D**Amasci, Beatorum<sup>a</sup> Sexdecim Fratrum Martyrum: qui pro Christo vincula & carceres experti, fame & frigore vexati, ac multa alia tormenta passi; ad vitimum iugulati sunt. Rilonij, in Germania, Beati<sup>b</sup> Adulphi, Confessoris, qui generis nobilitate, vitæque sanctitate extitit celeberrimus. Apud Podium Bonitium in Tuscia, Beati<sup>c</sup> Marci à Cortona, Confessoris, humilitate, rerumque celestium contemplatione spectabilis. Borbæ, in Lusitania, Beati<sup>d</sup> Francisci à Gatta, Confessoris, miræ abstinentiæ & perfectionis viri; nec non in vita & post obitum miraculis famosi. Consentix, Beati<sup>e</sup> Zachariæ Consentini, Confessoris. In Hispania, iuxta Arenarum Oppidum, Beati<sup>f</sup> Didaci Maculati, Confessoris; vita & virtutibus insignis.

## FEBRUARII XVI.

- §. 1. *B. Eorum Sexdecim, Martyr. a*] Eo tempore morabantur in Palaestina, quando Petrus, Rex Cypri Alexandriam cepit, quapropter ab Infidelibus apprehensus, & in vincula coniectus, apud Damascum, ibidem per annos 5. detinetur in ferro & neruo, indumentis spoliatus; cuius quidem & x. crumini probati, sed fidei firmitate, & constantia inuincibili præditi, roboratique, Christi fidem, magno spiritu feruore, liberè prædicabant. Verùm, post multos cruciatus, & dolores ab ipsis, nra patientia, toleratos, iugulum tandem præbuerunt: at impij carnifices mox ceperunt eos toto corpore crudeliter cadere, variisque modis ferire; quibus in tormentis, plurius morte occubuerunt. Passi sunt autem pro Christo, circa an. 437. o. tempore Generalium B. P. Thomæ de Farnigano. Agitur deus B. Bartholomæus Pisisus lib. 1. conformit. fruct. 3. part. 2. vbi de Fratrib. minor. sanctitate illustr. in Provinciae Terræ sanctæ MS. A. bbar. S. Vidor. Panf. ibid. Marcus Vlyssipontens. 2. part. chronice. minor. lib. 9. cap. 26. §. 2. T. collinanus lib. 2. histor. seph. Relig. Bonius tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. fecul. 14. ann. 1567. Vvadinghus tom. 3. ad ann. 1542. §. 61. Maribus in Appendice. lib. 6. chronice. lib. 10. Observant. Reformat.

- §. 2. *B. Adulphi, Conf. b*] Dicebatur Adolphus, cœa Adulphus de Scouenberg, Comes Holstia; qui an. 1239.

minorum amplexus est institutis apud Hamburgum, in sabbatho die S. Hippolyti; relinquens post se pueros, Ioannem Gerardum, & Luderum, quibus tutorem dedit Abel, Ducem Dacie generum suum ex Mechthilda filia, que postea duxit Suevæ Ducem. Ad illum usque ætatem iam maturam, Comitatum prædictum tenebat, rebus feliciter gestis, honoribus maximis apud Imp. Fedescum 2. persundus; quibus spretis propter Christum, eundem sequi sub vili leucophæa veste, in paupertate & humilitate decreuit. Anno verò 1244. Sedè adix Apostolicis, pro dispensatione, qua ordines sacros a dentissimo desiderio exceptabat: cuius p̄is vobis annuens Summus Pontifex Innocentius IV. Diploma dedit, Datum Laterani X. Kalend. Maij sui Pontificatus ann. 1. itaq; Subdiaconus rediens à Iosne Episcopo, Ord. Præd. Magistro in Diaconum, & à Ioanne Luicicensi Episcopo, in Aduertu Domini 13. Kalend. Ianuar. est in Presbyterum ordinatus: vnde in Dominica, *Omnia Terra*. Primum Missam in Zuentna, loco valde solitario, & Fratrum minor. eremitorio: & in N. s. horech, vbi Comes fuerat, in Quadragesima apud minores Fratres, die S. Gregory celebravit.

Hic tandem (post plurimos curricula annorum quibus altissimo verè famulatus erat) in supremum moribus deueniens, nonnullis adhuc paucis agitata; tunc tunc: quo o sub modico est apparuit laudissima

§. 3.





5. 6. *B. Apollin, Confess.* Oblatus, cum Tertianus cum eilet, Apolliticam paupertatem & tolerantiam egregie in Apulo, fragilem & caducam vitam, in æternam & immarcescibilem in cælis cõseruatam vsus est

comunitate. Mortuus est Neapoli, in Conuentu sanctæ Lucæ, ad ann. 1611. teste Grauna in *uice Tertian*, parte secunda, cap. 24.

## DVODECIMO KALENDAS MARTII.

**A** Pud Oppidum sancti Scuerini in Picæno, Beati<sup>a</sup> Bentiuolæ, Confessoris, ac Concionatoris eximij; qui signis & operibus, ac orationis contemplationisque dono enituit. Alexandriæ, in Ægypto, Beati<sup>b</sup> Alexandri, Confessoris, scientia, vitæque sanctitate conspicui. Apud Fortem-venturam, Canariæ insulam; Beati<sup>c</sup> Ioannis in sancto Torcasio, Confessoris; qui feruidus Diuini verbi præco, & sui status supra modum obseruantissimus; atque altissimæ Euangelicæ paupertatis cultor exultens; innumeris à Deo miraculis miruit exornari. Firmi in Picæno, Beati<sup>d</sup> Ludouici Vrbianis, Confessoris, magnæ sanctitatis vini. In Carmona Oppido Diocæsis Hispalensis, Beati<sup>e</sup> Lucæ Sanctæ Beocianæ, viduz: primùm tertij Ordinis D. Francisci: deindè sanctimonialis congregationis immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis: quæ perfectione, pietate, ac Monastica Obseruantia claruit.

## FEBRUARII XVIII.

3. 7. *B. Beati Bentiuola, Confessoris, a* ] Vir nobili genere ortus, audita ignita Beati Pauli Spoletini conuisione fit Frater minor, altissimæ contemplationis dono potibatur; ita vt semel visus sit à quodam plebeiano Sacerdote, nomine Malizo, per magnum spatium in aere leuatus supra montem dum orationi vacaret, propter quod ille dimissis suis beneficis factus est Frater minor. floruit ann. 1288. maximæque claruit miraculis. Obiit, ac sepultus iacet in Conuentu S. Senerini, Prouincie Marchie. De eo agunt B. Bartholomæus Pisanus libro primo, confirmatur. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratibus minorum sanctitat. illust. Prouinc. Marchie Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponens. part. 2. chron. lib. 5. cap. 6. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Reliq. vbi de BB. viris huicque Ordini. Tossintanus lib. 1. histot. Scraphic. in eo. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1232. §. 20. & 21. Picquetus in euzalog. viror. illust. ordin. Franciscanæ Martano lib. 2. cap. 7.

3. 1. *B. Alexandri, Confessoris, b* ] Ex Alexandria Insularis ciuitate oriundus erat; Guardianus Sacri Montis Syon, non procul ab Hierusalem, exure: scientia ac vitæ sanctimonia multum illustis. Obiit ann. Christi 1578. vnta colligitur ex Marco Vlyssiponens. sup. parte tertia, libro sexto, capitulo 2. alius est; vt pmo, ab illo Beato Alexandro Parisiensi Doctore; cuius meminit. Vvadinghus tom. 1. sup. ad an. 1233. §. 4. 4.

3. 3. *B. Ioannis de sancto Torcasio, Confessoris, c* ] Dni vixit in Canaria, apud Insulam cognomento, Fortis-venturæ, (vbi Conuentus ad eam sancto Bonanenturæ dicitur, qui est primus Prouinc. Canariæ) miro sanctitatis exemplo, Christi fidem infidelibus huius Regionis magno zelo predicans. Ipsi diem clausit extremum ann. 1484. cuius factum corpus honorificentissimè conditum, post aliquot annos inde translatum est in sepulchrum de nouo erectum, quo tempore maximum & suauissimum exhalauit odorem. Caput eius sub altari majori locatum est: Pars verò reliquiarum alibi delata, in ipsius generatione colitur. Scribit de

eo Marcus Vlyssiponens. lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 41. sup. Item Gonzaga part. 4. sup. in prefato Conuentu: *Est nihilominus* (inquit) *Canariensibus commo-*  
*datissimus, venerabiles ab eretico B. Patru Ioanni Tor-*  
*casij; qui ad principibus Conuentus Sacelli dexteram lin-*  
*guæ accersenduntur. Fuit superdem B. in Pater vniuersus*  
*Diuini Verbi præco, sui status supra modum obseruantis-*  
*simus, atque eximius Euangelicæ paupertatis cultor; quon-*  
*iam abrem immoerit à Deo Opt. Max. miraculis decorari iu-*  
*ruit. Nam & Epilepticis & febricitantibus apparere*  
*adest; & alius diuersis infirmitatibus laborantes à mortis*  
*sanctibus eripuit. Præterea cum ex emittentibus quosdam*  
*montis parte, in profundissimum Flumen sorte fortuna*  
*lapsus, per se integras heras sub aquis delinisset, illa-*  
*sus emisso, genuflexus, atque orationi intentus, à se*  
*quæ erant ibi; inueniuntur. Eius cor, inter sacra illius ce-*  
*lebris diti offerri, quod Philippus II. Hispaniarum Rex Pa-*  
*trisbus Hieronymis, sub inuocatione B. Laurentij, ad vni-*  
*simè lapidi ab Oppido Madriso ad se adduci curauit, religio-*  
*sissimè asseruauit. Erat hic, antequam Canariam peteret,*  
*Conuentus S. Francisci de monte (apud Australiam,*  
*quinque Leucis à Corduba distans, ) alumnus, videri*  
*eundem Gonzagam part. 3. in Conuentu S. Eulaliæ*  
*Marchenæ, qui obiit 7. Prouinc. Brocæ, & Barezium*  
*infra lib. 3. cap. 48. lib. 4. cap. 17. Vvadinghus tom.*  
*4. sup. ad ann. 1397. §. 12.*

*B. Ludouici, Conf. d* ] Hic magna cum sanctimoniz fama, ad cælos euoluauit ann. 1660. quippe, qui ex obseruantia familia, inter primos ad Patres Capucinos accedens, humilitate, abstinentia, vitæ austeritate, altissimæ paupertatis cultu, & predicationis zelo, postinsum floruit. Vide Boouerium tom. 1. Annal. Capucinor. ad 1660. §. 9. ex MS. Prouinc. Marchie.

*B. Lucæ Sanctæ, Viduæ, &c. e* ] Immaculatæ Cõceptionis Sanctissimæ Virg. Mariæ deuotissima erat, quare scilicet vir eius ex hac vita migrasset, grata mulier, quicquid hereditatis vnico commans filio obueniebat, sibi cõuulsiac propriam dimitto, in Casamosten sibus sibi vrbibus subsistentem, anngente Leone X. Pont. Max. ex bonorum residuo, in Monasterium Sanctissimæ

Conceptionis sacrum exiit, & à Monialibus Ordinis eiusdem immulari Conceptionis inhabitandum curavit; & illud sub habitu Tertiarum fororum seraphicus Patris S. Francisci, cum quibusdam aliis eiusdem instituti religiosi anno Christi 1313. ingressa est. Contra ducensibus verò sibi quibusdam consanguineis, atque viuisso Carnoneis clerici non paucas difficultates atque molestias est perpessa. Quibus tamen prudentissimè, atque patientissimè superatis, post trimum elapsum, nempe anno Domini, 1316. ipsa simul cum aliis suis sequacibus, & clausuram solemniter

professa est, & sanctissimè Conceptionis habitum, antiquiori relicto, induit: Dique ibi superatâ pietate, viâ perfectione, atque magno spiritus seruore resplendens. Quæ tandem multos bonorum operum meritis cumulata, sancto sine quibus in Domino. Illius facta preclara commemorant, Barezus 4. part. chronice minor. libro primo, capite vigesimo quarto, post R. P. Gonzagam part. tertio sup. in prædicto Monasterio, quod est 9. Prouincie Beticæ, Valerianus de B. Fæminis Ordinis minor. lib. 4. cap. 4.

## VNDECIMO KALENDAS MARTII.

**I**N Lusitania, Beati<sup>a</sup> Antonij à Santareno, Confessoris, qui litteris & oratione ac signis quamplurimis eluxit. Olfemij in Germania, Beati<sup>o</sup> Ioannis, Confessoris, miraculis clati. In Piceno apud Sirolum, Anconitanæ Diœcesis Pagani, Beati<sup>e</sup> Petri à Monticulo, Confessoris, qui fama sanctitatis & prædicatione emicans, ingenti etiam orationis seruore, ac miraculorum gratia fulgebat. Apud Netinos in Sicilia, Beati<sup>d</sup> Conradi, Confessoris, Tertiarij, qui generis nobilitate, ac virtutum splendore nitescens, prophetiæ dono, atque creberrimis miraculis in vita & post mortem nunc vique coruscet.

## FEBRUARI XIX.

**1.** **B**eati Antonij à Santareno, Confessor. <sup>a</sup> Lusitanus erat, ex oppido Santareno ortus Olyssiponenſis Diœcesis, nobilibus parentibus natus. Is cum nobilem quandam nuencolam ardemter amaret, eique blandiret, ab ea semel per ludibrium aduultu petendum sibi forte Fluxum Iordanum, ut eius lymphas ablutus, candidior tandem feret, si sibi conuubio iungi vellet. Cui ille obtemperans, & Iordanem petit, & haultam ex eo aquam, in Portugalliam reuertens, Amariæ in ablutivum signum obtulit. Quæ amonis constantiam summo erè admirans, ipsum in proprium vium accepit. Ea tandem non ita post multum temporis vita functa, Antonius qui & nobilis omnino erat, Franciscanum habitum sollemniter induit; tantaque emulatione, litteris atque orationis incubuit, ut breuis in virum doctissimum, Deoque carum euaserit; ita ut mulierem pertinacem, quæ nullis precibus, ut alteri reconciliaretur, unPELLI potuit, SATUR in carnis interitum ab eo traditam, è vestigio pessimis Genus inuaserit; & plurimè carceribus mancipari, èdum ab eo consolationis ergò visitarentur, diuina ope, ad eius preces, liberari à præfatis locis sunt. Ita scribit Marcus Vlyssiponenſis, 2. part. chronice, minor. lib. 4. cap. 17. sub anno Christi 1278. quem sequitur Gonzaga 3. part. Orig. seraphice. relig. in Conuento S. Francisci Santareni, qui est 6. Prouinc. Portugallie, sed vocat eum Rodericum non Antonium. Vadinghus tom. 1. Anual. minor. ad ann. 1270. §. 35.

**2.** **B.** **Ioannis, Confess.** <sup>b</sup> Vir fuit deuotissimus, quem in vita & post mortem deus Deus miraculis gloriosum: cuius corpus requiescit in Conuento Olfemensi. Agut de eo Pilanus lib. 1. conuincitæ. fruct. 8. & 11. in Fratibus minor. Prouinc. Satoruz, sancti illuſtr. Gonzaga 1. part. sup. in B. viri huiusce Ord. & 3. part. in Iouinc. Satoruz. Vadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in catalog. viror. illuſtr. ord. minor.

**3.** **B.** **Petri à Monticulo, Confess.** <sup>c</sup> Socius fuit B. Con-

rado ab Offida singulari deuotione ferebatur erga sanctos Angelos, & præcipue Michaelem Archangelum illicum Antesignanum ac Ducem: ideoque Quadragesimam ipsius D. Michaelis ieiunabat: vltima verò die ieiunij, Ecclesiam ingressus, totum tempus in oratione complebat. Qui sermo loquens cum S. Michaeli Archangelo auditus est, quia propter me (inquiebat Archangelus) multum laborasti: immoque te afflixisti, nunc ad consolationem tibi largiendam veni, pete à me, qualemcumque fauorem volueris; à Domino obtinebo. Cui B. Petrus, nullam aliam gratiam à te efflagito, quàm ut à Cansito mecum omnium veniam peccatorum impetere. Quod & D. Archangelus promissè adimplere: vnde B. Petrus omnino consolatus remansit. Obiit preclaris meritis, sepultusque est in Conuento S. Francisci Sirolis, qui est 12. Prouinc. Marchie. Hæc scribit Marcus Vlyssiponenſis, part. 2. sup. lib. 6. cap. 50. sub ann. 1304. §. 2. chronice. Antiquis. Item lib. 5. cap. 28. §. 2. & cap. 17. & lib. 6. cap. 27. §. 2. B. Bartholomæus Pilanus lib. 2. conuincitæ. fruct. 4. & 7. part. 2. Item lib. 3. fruct. 3. part. 2. Tossinianus lib. 1. Iustor. seraph. & lib. 2. in Generali 4. vadinghus sup. ann. 1289. §. 27. 1292. §. 26. 1294. §. 9. & tom. 1. ad ann. 1215. §. 24. Picquetus supra.

Hic tamen emendanda veniunt, quæ à Gonzaga minus piè videntur dicta, sic enim ait, part. 2. sup. in præfato Conuento Sirolis. *Hæc igitur in loco dum clausè exterrum vtriusque sanctitatis Pater Petrus à Monticulo, (vulgò Mantecio) qui à circulo vicinis populis vni sanctus colatur, & habetur, dicunturque plurimè edidisse miracula. Hæcque afferre videtur sequens Epitaphium vni altaris præcipuum Lesia partem ingredientibus, templique dextram tenentibus, accurrenti inuiso, & rediit; hæc sacri Bratus Petrus de Monticulo. Quod tamen cum illis afferretur inuicem anſim, eum debito respectu accedat. Quæ quod tamen sit, alienum esto iudicari, non meum. Quibus in verbis appetit in dicit illuſtrissimus Annistæ, se quo-*

se quodammodo dubitasse de multitudine miraculorum ab ipso B. Petro editorum : quæ à circumscissis populis fortè illi erant recitata, non autem de eius sanctitate. Nam quòd illam hanc in dubium verteret, testatur clarissimè, cum præfata ipsius verba, tum ea, quæ iam antea recitulerat part. 1. vbi de BB. vitis humilce Ordinis, B. Petrus à Montevale, *scilicet in loco Serali, in Piceno.* Sic enim abique vila hesitatione recitret eandem inter cœlestes Religionis seraphicæ, non abique ingentis ratione. Etenim, vt talis, ab ipsius statum feliciter insitit, magno honore veneratus est. Illud confirmatur sepius à B. Bartholomæo Pisano lib. 1. confirmatur, fruct. 8. part. 1. in Fratib. minor. sanctat. illestr. Proximè, Marchiz. In Serali (inquit) inter sanctus Frater Petrus de Montevale, qui fuit visus in aere levatus, à Fratre sermo Dei de Urbano, tunc Conradiano in loco antiquo de Anania, usque ad pedes Crucifixi positis in alto, per quinque, vel per sex cubitos à pavimento Ecclesie. Item fruct. 11. part. 2. ibid. ait, Locum de Anania novum : sed in antiquo loco, sanctus Frater sermo Dei de Urbano, vidit Fratrem Petrum de Montevale, per sex cubitos in aere levatum, usque ad pedes Crucifixi. Item, Locum de Montevale, de quo fuit Frater Petrus, fama famulatus est præ adulatione excellens. Item, Locum Serali : in quo quiescit de illis Frater Petrus de Montevale. Eadem prolixè scribunt Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. libid. Marcus Vlyssiponens. & alij supra.

B. Conrado, Confess. d.] Placentia nobili genere natus est : & nonnunquam matrimonio iunctus, cuius vxor, cum sacrum velum sumptuosa Placentiæ mansu-

ser : ipse peregrè profectus est : & Franciscanè Ordinis qui Tertiariorum dicitur, assumpto habitu ann. 1315. Romam pervenit ædes sacras visitaturus. Mox in Siciliam transiens, apud Nicosiam diuersaturus : ibique summissis virtutibus, & pœnitentiæ operibus intentus ; sanctissimam vitam per annos quadraginta duxit. Migravit in eorum ann. 1351. miraculis adeò creberrimis emicuit, vt propterea Summi Pontifices Leo X. & Paulus III. festinam ipsius diem, quotannis celebrandam permiserint, non apud Nicosiam, in Sicilia, tum Placentiæ in Emilia, sed ex concessione Urbani VIII. per suum Breve, datum Romæ, die 13. Septembris ann. 1625. Pontif. ann. 3. quod incipit, *Domini nostri Iesu Christi, &c.* agitur solemnitas in toto ordine minor. sub rita semiduplici, habetque lectiones 2. Nocturni (quod nulli alten BB. eiusdem seraphici Institutii accidit) proprias, ex ipso sanctorum Ecclesie Placentiæ ordinario, prout liquet ex libello Neapoli impresso, ex Typographis Ioannis Dominici Roncalhoi ann. 1626. Agunt de eo Breuitaria Nova Ecclesie Placentiæ, & Nemoio, atque Fratrum minor. Antonius de Siliculis in cap. 1. Regul. tertij Ordinis. Vincentius Lutarus Conradiadem, gesta ipsius verbis continentem, composuit. Vvadinghustoni 3. ann. 1315. §. 21. & seq. Item tom. 4. ad ann. 1315. §. 22. &c. Latus de eo scripsit ex Fazela de Rebus Siculis, Decad. 1. lib. 4. cap. 2. Mauroluco, ibid. lib. 1. Antonio Veneto, Hærotonymo Apulo, & Petro Maia Campo, in vna eius. Daça, in 4. part. chron. minorum, libro tertio, capite 37.

## DECIMO KALENDAS MARTII.

**I**N Piceno, Beati Nicolai à Francia, Confessoris ; eruditione clarissimi, qui ex Gallia in Italiam profectus ; ibidem virtutum laude ac Religionis perfectione, donoque lachrymarum, fuit insignis. Garacici in Canaria, Beati b Michaelis, Confessoris, qui humilitate, charitate, oratione atque paupertate celebrissimus, miraculis quoque coruscavit. Apud Chisnimecas Indæ Occidentalis populos, Beati c Hyacinthi à sancto Francisco, Confessoris, qui plurimis virtutibus decoratus ; tum Indis, tum quoque Hispanis benè viuendi operandique exemplar extitit, (quorum Indorum Infidelium ingentem numerum ad Christi fidem adduxit) & ibidem sancto sine quieuit. Assisi in Vmbria, Beate d Amate, Virginis, sanctæ Clatæ Virginis cognatæ & discipulæ, quæ puritate & innocentia vitæ, ac feruenti amore in Christum sponsum excelluit.

## FEBRUARII XX.

B. Beati Nicolai à Francia, Confess. d.] Gallus erat Natione, Gallorumque Doctissimus ac Prædicatorum sui æui disertissimus, qui à Patria procul recedens, vt quietiorem vitam ageret ; abiit in Prouinciã Marchiz, vbi piam societatem iniit cum B. Dominico à Isoncia ; quem in vitam infirmitate sepe visitatione sua est consolatus. Inibi miram, sanctitateque olètem, diuæ vitz rationem ; optimum quarumcunque virtutum de solis præbens specimen. Cæcilio asperato ad cavernam præcinctus erat ; orationi rugiter insistebat ; & in Mille sacris copiosius lachrymarum unguem emittebat. Claruit ann. 1495. Memoratur à Marco Vlyssiponens. 3. part. chron. minor. libro septimo, cap. 32.

B. Michaelis, Confess. b.] Floruit hic apud Canariam insulam, Laicis professione ; obiit quoque ann. 1354. sepultus in Conuento S. Virginis Mariz de Angelis Garacici, vbi & miraculis clarus in honestiori Sarcophago reconditur. Cuius meminerunt Barezzius 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 59. à Daça, ibid. lib. 1. cap. 31. ex Goutzaga part. 4. Orig. seraphic. Relig. in prædicto Conuento qui est 6. Prouincie Canariæ. Tanta (inquit) fuit humilitate prædicti, tanta præterea charitate, oratione, atque paupertate insignis, vt per triginta continuos annos, in cubili absequio Fratris, hoc in loco inferre voluerit ; nihilque vquam aliens denegauerit, atque vixit, eoque paupertatis, per totum eius tempus curiculum habuisse contentum ; inter operandum vapores, atque

deceat in alium abſiſſus, quoniam ſapienter uſus fuerit. Petrus Calanus, in deſcriptione ſacrar. Relig. lib. 1. fol. 196. Grauna in uſu uſuſſi, parte ſeconda, capite 14.

9. 3. *H. Hyacinthi à ſancto Franciſco, Confessi, e]* Militie ſigna ſequēbatur, cum prae labori et belli ſeſſu, ac ſomno oppreſſus, viſione quadam diuina habetur ſeculo reſurrexerat, Religioſique ſe mancipare, ſi proprie ſaluti conſultum creparet, quare imperata exequutus, Minoritum habitum Mexicano in Conuentu induit, nulloque pacto cogi potuit, ut ſacerdotum albo aſſeriberetur, licet humanioribus literis praeditus eſſet, ſed inter profanos Laicos referri voluit. Non tamen ea propter ſeruus ſuit inutilis, nam profundiſſima quadam humilitate, obedientia, paupertate, cum oratione & chantate coniunctis, dotatus eſt. Fructus praeterea plurimos per annos, idque maxima cum laude, Poſſaſſi officio in praefato Conuentu fungens i cum Inſideliſſim ſalutem traxiſſe ſciat, iam ſenex omnino, ad Indos quodaſſam Chrichianus Zacatecis oppoſitus, ac maxime inimicus, cum quibudaſſam tam militibus, tam quoque Religioſis, ſub ann. Chriſti 1560. de Superiorum facultate penetrauit. Cumque illorum Barbarorum plurimas armorum vi edomatis, apud eos per ſeculorum commoratus eſſet, atque non ita paucos ſuis adhortationibus ad fideſſe conuertit, eo in oppido, quod nomen Dei nuncupatur, anno Domini 1566. diem elauit extremum, ac Muoico in ubas Cultorū ſancti Franciſci Zachatecas, Conuocatus ibidem extracto, ſepultus eſt. Eius ſacrum Corpus forte fortuna poſt annum exhumatum, ut ad aliud beneſſium ſepulchrum transferretur, integrum omnino, illatum, at-

que ſuaſſimè redolens apparuit. Quod & in caſu exiit, ut cum ab Indis, tum quoque ab Hispanis ueneratione in poſterum haberetur. Agure de eo Gonzaga part. 4. ſup. in Prouincia S. Euangeliſſi, ubi de Cultodi Zacatecas. Barezuz part. 4. ſupra lib. 4. cap. 16. Daça, ibid lib. 1. cap. 19. Rapiney, in huſſor. General. Origin. Recollektor. Decad. 7. part. 1. § 1. pag. 172. & 373. Marianus libro tertio, capite 11.

5. 4. *B. Anna, Virgini, d]* Cognata erat S. Virgini Clarae, ad cuius preces, ſecula uarietas abſentis, Chriſto ſponſo ſecum ſeruauit, in ſuo Monafterio ſancti Damiani, ipſius emm ad amuſſum hereticarum imitari eſt ueligi uirtutum, magna cum ſanctitatis perfectione. Tanta puritate, & innocētia uix poſſebat quod memeri Chriſti corneſſe, monenda, ſanctae Clarae Virgini occurrente, ipſa B. Virgine dicente ſibi: nonne ſilia, uides hęc iuxta me, corli Regem, gloria coconatum? Itaque aperti ſunt oculi ſeruati, B. Amata, & celeſtem ſponſum conſpexit; cuius intuitu, reuertitur in eius obſequium caſit. Itaque u bonis opibus iugiter perfeſſaſſis, paulo poſt tranſiitum S. Clarae Virgini, obdormiuit in Domino, ſepulchraque eſt Aſſiſſi in eius Monafterio. Scribitur de ea Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. chonic. minor. lib. 8. cap. 16. & part. 1. lib. 1. cap. 53. ex Mariano. Toſſimanus lib. 1. huior. ſeraphic. Vvadinghuſſi tom. 1. Annual. minor. 24 ann. 1211. § 65. Item tom. 1. ann. 1254. §. 18. ex Mariano in Appendic. lib. 1. & proceſſ. canonizat. S. Clarae Virg. Obiit ann. 1254. cui 1255. Valerianus de BB. Faxina. Ord. minor. libro ſecundo, cap. 11.

## NONO KALENDAS MARTII.

**M** Aſſiſſiæ, Beati<sup>a</sup> Hugonis à Digna, Confessoris, vita ſublimis & efficaciffimæ doctrinæ: qui ſpiritu propheticò, ac miraculorum gloria emicuit. Antuerpiæ, Beati<sup>b</sup> Cornelij à Zirichzea, Confessoris, qui eximia uitz ſanctitate praeditus, Reformationem Regularis Obſeruantiz Franciſcanæ familiar in Scotiæ Regnum primus inuexit, pluresque ibidem Conuentus extruxit, ac miraculis tum in uita & poſt mortem claruit. Guadalſagiatz, in Xaliſcis, apud Indos Occiduos Nouæ Galliciæ, Beati<sup>c</sup> Hieronymi à Cruce, Confessoris, pietate, ac charitate, zeloque ſalutis animarum inſignis. In Monētia Hispaniz Oppido, Beati<sup>d</sup> Bartholomæi Guadalupenſis, qui innocentiz, uirtutibusque cæteris ſtudens, diuinis etiam contemplationibus atque meditationibus adeo addiſſus erat, ut inter orandum frequentius in extaſim raperetur. Romæ, Beati<sup>e</sup> Nicolai à Sardinia, Confessoris, paupertate, ac deuotione conſpicui. In Hispania, Beati<sup>f</sup> Ludouici Beltrani, Confessoris, multarum praeſertim uirtutum celebris.

## FEBRUARI II XXI.

5. 1. *B. Beati Hugonis à Digna, Confessoris, \** Plemis ſpiritus ſapientiz & intellectus exornatus, uita ſublimis, & efficaciffimæ doctrinæ ſuit: ut uix notabilem ex poſitionem in Regulam ſeraphici Patris D. Franciſci eſſeſſe, & librum de triplici uia peruoluendi ad Beatitudinem: itemque, tractatum de Paupertate inter zelotem paupertatis & inſinuum domeſticiuſſi compoſuere. Obiit Martiæ in Conuentu Fratrum minorum, 1289. Dico prophetae illuſtris, cuius ſanctitatem

Dens ſignis clarificauit. At, eo Conuentu ob ingruentia bella ſolo exquato, ſub Rege Francico I. circa ann. 1330. erat annis extra moenia uibus, alius intra urbem extruatur, corpus uero B. Hugginiſſi creditur in Cathedralium. Eodem poſt uarias huiuſmodi Conuentus fuiſſe delatum. Hæc accipe ex B. Bartholomæo Pſano lib. 1. conſuet. fruct. 8. & 11. part. 1. in Fratrum minorum ſanctitæ, illuſtrih. Prouinc. Prouinciarum ceu S. Ludouici. Codex MS. S. V.ictor. Pariſ. ibid. Marco Vlyſſi poſtſſi.







3. 2. *H. Marphy, Conf. 3*] Nazione Trionficus erat. B. Henricus Harphus, cujus Herpes, Prouinc. Colonien-  
sis alimius, vir in Dantis scriptis illustrissimus, & eru-  
ditus, utique Pontifici non ignotus, ingenio pre-  
stantissimus & clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad  
populum celebratissimus episcopus, non minus religiosa  
vita, quam scientia scripturarum vengrandus; olim  
Consensus Mechlinicæ Guaridianus, plura, eaque de-  
uotissima edidit opuscula: vicium carnis, quæ ex vitæ ip-  
sius ledione, cuius pars præfertur opusculo à se edito,  
cui nomen *Diri Terium Auctum*, nouerit; plene exta-  
cticum, & Diuina meditationibus assidue defixum fa-  
tebatur. Tandem meritis & virtutibus cuouulatus, obit  
Mechliniæ, sepultusque est in medio chori sub lampa-  
de, tectus albo lapide. Floruit an. 1460. De eoque  
Titthemus & Bellarminus ac Cochus de scriptorin-  
Eccles. B. Bartholomæus Pisanus fruct. 8. part. 2. sup-  
viti de vitæ doctrin. excellens. Ord. minor. Guel-  
nerus in Bibliothec. Gonzaga ibid. part. 1. sup. Item  
part. 3. in Conuento Mechlinens. qui est 7. Prouinc.  
Germaniæ inferior. Marcus Vlyssiponens. sup. part. 1.  
lib. 3. cap. 38. vbi errore dicitur Prouincæ Taroniæ  
fuisse. Vvillotus Athenarum Orthodox. Franciscan.  
littera H. Genebrardus lib. 4. chronolog. in Nicolao  
V. Galterus in tabula chronolog. secul. 15. in scripto-  
rib. Eccles. Vvadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1213. §. 51.  
Sodulius commentar. ad vit. S. Francis. cap. 3. §. 8.

3. 3. *B. Alphonsi Koderis, Conf. 1*] Ex Caesala oriun-  
dus erat, vir præcipuis moribus doctus, ac maxime de-  
uotus, qui ex Obsequium familia transit ad Prouin-  
ciam S. Ioannis Baptistæ; ut ibi inter Patres Dis-  
calceatos, prioris vitæ ac Regulæ spiritum à Deo ac-  
cipere, atque Reformationem ex animo amplecti va-  
leret. Quæ perueniens vitam duxit fama sanctitatis ce-  
lebrari, cuius bonus odor non solum ad Religiosos, sed &  
secularis peruenit viris. Orationi frequentissimus erat,  
Deo grauilissimas, Christi Iesu amantissimas, singula-  
rique humilitate ditatus. Qui cum esset superior, (plu-  
res etenim officio Guardiansus & Distributionarius  
laudabiliter fundus est) Fratrum tamen excusator ad  
Matutinas & Primas, minus diligenter explebat, &  
pro maiori parte pernoctabat in continuis orationibus,  
paupertatem sanctam colebat: cuius rei gratia, tracta-  
tione de Paupertate à B. Ioanne de Fano editum, ex  
lingua Italica (quam maxime callebat) in Castellanam  
transiit. Denique multis alius eximius virtutibus pre-  
clarus obdormiuit in Domino, ann. 1584. sepultusque  
fuit in Conuento S. Annæ Valenz. qui est 5. Prouinc.  
S. Iacobi Baptistæ. Memoratur à Ioanne Ximenio  
in sua chron. B. Paschalis Baylonis, cum quo erat sin-  
gulari amicitia adstrictus. Bætz 270 part. 4. chron. mi-  
nor. lib. 8. cap. 66. Ioanne à sancta Maria part. 1. chro-  
nic. Prouinc. S. Ioseph. lib. 2. cap. 40.

3. 4. *B. Margareta à Cortona, 4*] Orunda fuit ex Castro  
Aluano in Clusina Diocesi, pulcherrima facie, sed  
hinc inde omnino dedita. At prioris vitæ desens instu-  
tum. & ad Domum conuersa; cepit cuncta corpo-  
ris ac vanitatis exore oblectamenta, corpus & piorem  
sibi desideriorum recipere culum sperans à Domino mi-  
sericordiam, quam profusus lacrimarum, ex toto  
corde suppliciter deprecabatur. Bonus operibus cepit  
viam intendere, maxime compatens pauperum pe-

cellitibus: atque penitentiam viam adamatæ, potit à  
Fratribus in moribus habuam tertij Ordinis, quem di-  
uinitus illi denegauerat; tum ob superioris vitæ memo-  
riam: tum ea instabat et suæ iuuentutis ætatis. Verùm  
ipsa perferente in sua firma propositione obtinuit tã-  
dem ab eis, quod ita ardentè concupierat ann. 1277.  
apud Cortonam. B. Raynaldo, custode Aterno. Quo  
facto, nouum, admirandumque vitæ genus assumptit.  
Nam soluarium sibi locum deligit, abstinentis, dis-  
ciplinæ senus, vigiliis, & orationibus contigit vaca-  
bat, humi cubabat, peto puluamari lapidem aut lignum  
capiti supponebat; humili vestra induebatur, dono la-  
chrimarum abundanter potiebatur. Charitate & mis-  
ericordia in pauperes plena erat: sibi necessaria sumera-  
bens, vt alius largiretur. Passionem Dominicam ingre-  
ter moritabatur: aliorum peccata deflebat vt sua, (ex-  
pè à Demone variis formis sibi apparere, fuerit dicebat,  
sed totus à Christo, Deo para, & sanctis Angelis con-  
solata, & ecclesiæ eorum visitationibus firmata. In  
contemplatione rerum Diuinarum magnis illustratio-  
nibus gaudebat: rapiebarque in extasim. Humilitate  
profundissima, paupertate altissima, & maximo amore  
in Christum, miro modo resurgebat. Spiritu prophe-  
tico prævidebat futura, reuelabatque conscientia-  
rum ac cordum abscondita. Cortono obiit ann. 1297.  
in die Carhedæ sancti Petri, Antiochie ann. 20. à con-  
uersione sua. In vita & post mortem innumeris, iilque  
maximis claruit miraculis, quæ attestata fuere coram  
Ncapoleone Cardinali Vrsino, Clemente V. in Italia  
Legato Apostolico, eius festum 22. Februarij, agitur  
auctoritate Leonis X. Papæ, apud Cortonam, postea ex  
decreto illustri. ac Reuerendiss. super facis Ritus  
constitutorum, & beneplacito pæ memorie Greg.  
XV. 8. ex nuperitima concessione Urbani Pape VIII.  
per sum Bullam, quæ incipit, *Calceis aqua Flumen*.  
Datum Romæ anno. 1623. tertio idus Nouemb. Pon-  
tificatus sui anno. 1. celebratur in toto Ordine minor.  
ipsius festum. Vt patet ex Typographia Ioannis Do-  
nini Rencaltri, apud Neapolim. ann. 1626.

Vita eius egregie descripta est à Fratre Iunete Bene-  
gnato, Ord. minor. ipsius confessor; approbata per  
præfatum Cardinalem Legatum: illius meminerit B.  
Bartholomæus Pisanus lib. 4. conformat. fruct. 8. part.  
4. Marcus Vlyssiponens. part. 1. chron. minor. lib.  
9. cap. 25. & part. 2. lib. 5. cap. 29. vique 39. Gonza-  
ga part. 1. Orig. seraphic. Relig. in BB. Formis 2.  
ac 3. Ordinis. Item part. 2. in Conuento Cortonj, qui  
est 2. Prouinc. Tulciæ illius nomen dicitur. Vbi eius  
sacrum Corpus aliunde exhumatum ann. 1580. ad no-  
uum sepulchrum sibi propè summum altare erectum,  
translatum est. Bætzus sup. lib. 7. cap. 36. Testin-  
nus lib. 1. hist. seraph. Legenda antiqua. Marianus  
lib. 2. cap. 3. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad an.  
1277. §. 53. & seq. 1297. §. 22. & c. Algizira in arboræ  
Epilogia totius Ord. Franciscan. Portus tract. 4.  
triplic. Corcon. Vir gin. cap. 4. §. 3. num. 11. Ferrarius in  
catalog. SS. Ital. ad 22. Februar. Brouius tom. 13. Annal.  
Eccles. ad ann. 1297. §. 18. Brouius lib. 2. Antiq. Part.  
pag. 525. Syluester Marulus in historia sacra Relig.  
Franciscan. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ordi. Va-  
licianus de BB. Form. Ord. minor. lib. 1.

## SEPTIMO KALENDAS MARTII.

**I**N Piceno, Beati <sup>a</sup> Petri à Monte Vlmi, Confessoris, cuius sanctitatem crebra per eum miracula ante & post obitum edita testantur. In Hibernia, Beati <sup>b</sup> Ioannis à Vvatfordio, Confessoris, ad cuius sepulchrum curantur infirmi, occisi tessificantur, & morbi fugantur. Romæ, Beati <sup>c</sup> Nicolai ab Auximo, Confessoris, qui tum eruditione, oratione, & humilitate, tum abstinentiis, ieiuniis, paupertate, ac zelo salutis animarum, celeberrimus extitit. Vespunctione in Gallia, Beati <sup>d</sup> Henrici à Belma, Confessoris, qui genere, & scientia, virtutibusque pollens, alta rerum celestium contemplatione etiam donatus est. Mediolani, Beati <sup>e</sup> Anselmi, Confessoris, vitæ ingenti perfectione conspici, Arimini, Beati <sup>f</sup> Claræ Sanctimonialis, quæ pœnitentiæ operibus ditata: gloria miraculorum valdè emicuit.

## FEBRUARII XXIII.

5. 1. **B**eati Petri à Monte Vlmi, Confessoris, <sup>a</sup>] Hic vita & miraculis fuit insignis, atque prædictor eximius: necnon & ingenti perfectione decoratus. Obiit ann. 1330. sepultus apud locum Pennæ sancti Marini in Piceno. De eodem scribant B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. vbi de Fratib. minor. Prouinc. Marchie, sancti. illustr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponenf. part. 2. chron. minor. lib. 8. cap. 22. Gonzaga Orig. seraph. Relig. part. 1. in BB. vitis eiusdem Ordinis. Piquetus in catalog. vitor. illustr. Ord. minor. Qui vult Tuderu tumularum esse. B. Petrus à Monte Vlmi, qui multos ab infirmitatibus curauit, iuxta Tuderu. Hæc ille. Toffimanus lib. 1. histor. seraph. Vvadughus tom. 2. Annal. minor ad ann. 1292. §. 28. tom. 1. ad ann. 1141. §. 21. & to. 4. ad ann. 1194. §. 7. ex Crescentio in Dialog. & Mariano lib. 2. cap. 13.

5. 2. **B**eatus VVafordus, Confess. <sup>b</sup>] Apud Hibernos sepultus est adepsus, vbi miracula plurima per eum Deus operatus est. Illius meminit B. Bartholomæus Pisanus sup. vbi de Fratib. sanctitate illustr. Prouinc. Hibernie, Codex MS. Abba. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponenf. sup. lib. 9. cap. 31. §. 2. Gonzaga sup. Florebat circa ann. 1370. Vvadughus tom. 1. sup. ad ann. 1240. §. 25. & tom. 4. ad ann. 1379. §. 4. & 1382. §. 1. ex Mariano.

5. 3. **B**eatus Nicolaus ab Auximo, Confess. <sup>c</sup>] Cùm iam esset Doctor in viroque iure, in visione admonitus est Ordinem minorum ingredi, quod quidem mot opere cõpleuit. Nam manè factò, conuulsi in Conuentum Fratrum S. Pauli de Monte iuxta Bononiam, vbi ann. 1427. habitum seraphicæ Religiosis induit; viliusque ac communi haud dignus est officia; quin & pro magistris, summè excepit simplices Fratres Laicos, aut quolibet alios, absque personarum delecta. Hinc talium in omni genere virtutum, assecutus est profectum; vt breui optatus Religiosus, Concionator; egregius facillè euasit. Qualem videri fructum in conuersione animarum fecit, nimis valet quos sufficienter curare. Nec mirum: cùm ex maxima humilitate ac charitate, huiusmodi seruatione, hinc inde discurrendo, prædicat: omnibus presentiam, virtutis amorem; penarum acerbissimam; iudiciorum Dei abyssum, &c. Lectoris manus nuncupetur; ommi cum diligeat

& charitate; finita lectioe, ad orationem protinus confugiet, seu meditationi vacabit, laeta nemus, quod ad Conuentum spectabat: quo in tempore, sepe à terra eleuati, & in extasim rapti, cernebatur. Zelandissimus fuit Euangelicæ paupertatis, abstinentiis ac ieiuniis carum edomabat. Hierosolymitanam peregrinationem iubente Martino V. Fapa suscepit, vt hæc loca sancta insunderet, sua auctoritate reforesceret, quo in munere haud paruos pertulit labores, vexationesque. Romam regressus, in supremum morbum tandem incidit; & annorum numero, ac virtutum merito, supergrauatus, excessit è visis: & in Ara cœli tumulatur. In cuius sacri transitu, talis, tantusque odor è suo corpore exhalauit, vt cuncta alia mundi odora-menta longè excederet. De eo agunt Marcus Vlyssiponenf. part. 3. sup. lib. 1. cap. 26. 28. 41. & 42. & lib. 3. cap. 47. Item lib. 4. cap. 22. Gonzaga part. 1. sup. in Fratib. minor. doctrina illustr. Item in Conuentu 3. 4. 5. Prouinc. S. Augel. part. 2. Vvillosus Athenarum Orthodoxat. Francicus. litera N. magnam etiam sibi & Religioso nomini ex studiis, & elaboratis scriptis peperit laudem. Gnesinerus in Bibliotheca.

B. Henrici, Confess. <sup>d</sup>] Vir fuit magnæ contemplationis & scientiæ, Beataque Colette, Virginis (de qua 5. 4. Martij) confessorius extitit per annos 14. nempe ab ann. 1405. vsque ad ann. 1419. qui sanctissimè obit, sepulchralisq; est in Capella B. Annæ, Monasterij S. Claræ, vespunctis vrbis, in presentia præfux B. Colette Virg. Memoratur à Marco Vlyssiponenf. part. 3. sup. lib. 3. cap. 4. & 5. Abbaulizo Capuceno, in histor. chronolog. B. Colette itau 2. cap. 8. & itau 3. lib. 3. cap. 3. Padereto &c. Authorib. vitæ ipsius B. Colette; Firmamento trium Ordinum minorum trad. 1. in Memoriali Ordin. Franciscan. sub 30. Ministro Generali. Moehera lib. 2. Antiq. Ambianen. in Ioune Boissio L V. Episcopo pag. 249. Vvadughus tom. 4. sup. ad ann. 1380. §. 18. & 15. scripsit, De triplici via ad sapientiam: extat MS. in Bibliotheca San-Victoriana Paris. KK. 14.

B. Anselmi, Confess. <sup>e</sup>] Fuit hic Regulæ Observantissimus, & perfectione vitæ clarus: cuius sacrum Corpus honestissimè in ec sepultum in Ecclesia Conuentus minor. S. Maræ & Pace, Apud Mediolanum.

Illud meminerunt Gonzaga part. 2. sup. in eo Conuentioni, qui est 20. provinc. Me. iohannis. Barezus part. 4. chron. minor. lib. 1. cap. 27. sub ann. 1577. & cap. 31.

**Beata Clara Santhimentalis.** [ ] Nascitur ex illustri Aquilatorum profapia apud Assinum; Santhimoniales vero efficitur in monasterio Beatissimi Angulus dicato, oritur tunc sancti Benedicti, et paulo post, monialibus Benedictis alio translatis, foribus Clarissis mancipatum cum esset ipsa. Beata Clara, ut conspicentiam uoluit adungi: illicque sancto hinc queuit. cuius factum eorum inter quoddam matrem seu sepulchrum, Ecclesie paruit internum, honorifice conditum est. Illustri. Gonzag. p. 2. sup. in prefato monasterio, quod est 11. prou. Bonoient. Illud de ea Elogium ponit. *Fuit profata B. Clara de Aquila-*

*tis, aliquando carnis illecebris delecta, atque inuadenda pertulens ad illa; sed ad cor, per Desmissorem diu, reuersa, atque inuicem letum, sub monasterio Benedictinis habitum ingressa, ad se fecerunt, vigilans, desponsa, atque ceteris permitte optima delecta, ut infra paucis annis, in maximam atque sanctissimam formam transierit; ita ut cum uicinis, tum quoque merina, pira, dum substante nomine, miracula ediderit, et recedentibus aliis foribus Benedictinis, ipsa sola Clarissis de nouo aduerantibus, sub Regula & habitu Beate Virginis Clara adinngi uoluerit. Hæc eadem refert Barezus sup. libe. 2. cap. 10. sub ann. 1531. et circa ann. 1523. ipsum uisite colligitur ex ipso Gonzaga, & Wadingh tom. 1. ad ann. 1523. §. 26. Valerianus de BB. Formun. ord. minor. lib. 4. cap. 13.*

## SEXTO KALENDAS MARTII.

**I**N Oriente, Beati <sup>a</sup> Antonij de Rosatis, Martyris: qui pro Christi fide à Sarra<sup>n</sup>icenis inter asseres per medium factus, gloriosa passione consummauit agonem. Apud urbem Veterem, B. <sup>b</sup> Seuerini, Confessoris: summa modestia, miraculorumque gratia insignis. In Methymna de Pomar, Cantabriz oppido, B. <sup>c</sup> Lopetij, à Saluis, Confessoris: Fundatoris Custodiæ, nunc provincie Burgensis, in Hispania; ac his in partibus regularis obseruantie propagatoris eximij: qui uita exemplari, paupertate, oratione, & patientia fulgens, sancto sine quietu. Antiquæ Mellariæ; in Hispania, Beati <sup>d</sup> Ildephonsi, Confessoris, humilitate, castitate, ac spiritu prophético, & miraculis non paucis, celeberrimi.

## FEBRUARI XXIV.

**Beatus Antonij de Rosatis, Martyris.** [ ] Mediolanensis erat, & mox in eo conatus est. an. 2369. cuius meminit Marianus lib. 1. cap. 12. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. conform. lib. 1. c. 22. ubi de fratib. minorib. sanctis: ubi sit. apud provinc. Mediolanens. Codex MS. Abbat. S. Victor. Pars. ihid. M. A. Vlyssiponensis 2. part. chron. minor. lib. 9. cap. 10. 4. Gonzaga part. 1. orig. seraphic. relig. in BB. uis. huanice otilans. item part. 2. in Conu. in sancti Angeli Mediolanens. qui est 1. provinc. Mediolanens. Toffianus lib. 1. hist. seraph. in eo. Bosius tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. secul. 14. Wadingus tom. 1. annal. minor. ad an. 1282. §. 51. & tom. 4. ann. 1369. §. 10. ex Mauriga in Sanctuario Mediolanens. Piquenus in catalog. uior. illust. ord. minor.

**Beatus Seuerini, Confess.** [ ] Hic maxima prudentia ac modestia fuit præditus, & miraculorum gloria coronatus. apud Urbem veterem: ubi obierunt Pisanus sup. ihid. 8. & 11. part. 2. in prouinc. Romana. Gonzaga part. 1. sup. Toffianus sup. Wadingus tom. 1. sup. ad an. 1216. §. 8. Piquenus sup.

**Beatus Lopetij à Saluis, Confess.** [ ] Vulgo nuncupatur B. Lupus de Salaxar, discipulus fuit B. Petri à Villaretto. ac locus in reformatione augmentationeque fuit. Obseruantie; cuius rei causa, ad consilium generalis. Constantiensis profectus est. Doctissimus est, & singulari honestate præditus; uix asperitate potens; modestia, proprietatis zelantissimus erat. Fundat. prou. Burgens. Custodie, nunc provincie, Burgensis fuit: cuius primam Custodiæ principem egit, fundit

ditis in ea octo Conuentibus: ubi fratres minus ducentis, & uix exemplis, ac ingenti charitate rexit. Nihilominus, à nonnullis fratribus diuersis, & gratia pallis loca solitaria petiit, contemplatiue uix studiosissimus. Quare Conuentum sanctæ Marie de Liracibus, siue potius Eremitorum, cuius solitudinem etiam uoponem, ipse uix paupertatis cultor, sibi in habitationem deiecit; in eoque uicium perfectionis gradum assequutus est. Hinc præterea, nisi ad hauriendas ceteras res, sibi ex Custodiis minus recommissis, non egrediebatur. Hinc tandem Methymnam de Pomar, ut secretas Castellæ Conuenticulis confessiones extirperet, profectus; diem ibi clausit extremum, atque in foreum Clarissimum Vrbianus uis. eulcom oppidi monasterio sepeliri uoluit. Quare ad decimum summi Altaris cornu, iuxta locum factu decantando Euangelio deputatum, cuius corpus honesto loco reconditum est, opera ac pietate Aransum Conuentum, circa annum millecimum quadringentesimum lætægelium. Scribit deo Gonzaga sup. parte texta, in prouincia Burgens. & eulcom Conuentibus 4. §. 6. 7. 8. 9. 22. item in monasterio 3. 6. & 11. ibidem præterea in prouincia Cantabria monasterio 1. Marci Vlyssiponensis parte quarta. Chron. minor. libro secundo capite uigesimo septimo. seculo 10. fratrum minorum tractat. primo in Memorialis scriptis libro sexagesimo nono. Wadingus tom. 1. ad an. 1318. §. 47.

**Beatus Ildephonsi, Confess.** [ ] Conuentus sanctæ Marie de upe, non longè ab Antiqua Mellariæ ( vulgo Fucate = Ouejana ) fuit alumnus :

174 *Beatus Elekti Confessoris.* In hoc die obiit Beatus Elektus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

175 *Beatus Anonymi Confessoris.* In hoc die obiit Beatus Anonymus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

QVINTO KALENDAS MARTII

**I**N Saxonia, Beati *a* Elekti, Confessoris: qui multis virtutibus praedatus, felix caelestia promeruit adipisci. Lutetiae Parisiensi, Beati *b* Anonymi, Confessoris, paupertate, ac mentis in Deum sinceritate insignis: qui ab Angelis visus est gloriose in caelum deduci. Fefulus in Tuscia, Beati *c* Clementis a Caponibus, Confessoris, nobilitate generis, & humilitate, ac charitate conspicui. Talabrice, in territorio Toletano, Beati *d* Ioannis a Spinola, Confessoris: qui vita & moribus praestantissimus fuit: & vivus ac mortuus miraculis ostendit. Item Beati *e* Bonaventurae a Raticina, Confessoris. In India Occidentali apud civitatem Angelorum, Beati *f* Sebastiani de Apparitio, Confessoris: qui & virginitatem in macula tam custodiuit; & metus plenus, crebris miraculis nunc usque relucet. In territorio Abulensi, Beatae *g* Annae ab Arcualo, virginis Tetturiae: quae patientia, oratione, & abstinencia, caeterisque virtutibus exornata, centenario maior, sancto sine quietuit.

FEBRUARII XXV

**B**eatus Elekti Confessoris. In hoc die obiit Beatus Elektus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

**B**eatus Anonymi Confessoris. In hoc die obiit Beatus Anonymus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

In hoc die obiit Beatus Anonymus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

**Beatus Bonaventurae a Caponibus Confessoris.** In hoc die obiit Beatus Bonaventura, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

174 *Beatus Elekti Confessoris.* In hoc die obiit Beatus Elektus, Confessoris, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit. Hic fuit vir sanctus, qui in Saxonia, in curia Episcopalis, quae nunc est in Lutetia Parisiensi, obiit.

corum inspectum crederetur. Obiit eodem ac sepultus est, in conuentu Sancti Francisci montis Felularum, prope Florentiam, ann. 1478. De eo agunt Marcus Vlyssipontensis part. 3. sup. lib. 6. cap. 31. Poireus tractat. 3. triplic. coronæ virgin. cap. decimo §. secundo numer. 4. Bzouius tom. 18. anal. Eccles. ad an. 1471. §. 34. wadingus tom. 4. sup. ad an. 1399. §. 65.

4. *Beati Ioannis à Spinola, Confess. d.* Humilitate, vitæque austeritate cluxit apud Conuentum S. Francisci Talabrice vrbis, vbi obijt ac tumulatus, miraculis clarus: solus. 1540. Memoratur à Gonzaga part. 3. sup. in eo Conuentu, qui est 10. prouinc. Castellæ, hæcce verbis: *Sepulchrum in hoc Conuentu Fratris Ioannis à Spinola (Hispaniæ bella Zurzida) professante quidem humilitatis, sed vitæ & moribus longè præstantissimus; qui & miracula ante & post obitum, se se præbuit.* Eadem refert Barezus part. 4. chronic. minor. lib. 2. cap. 22. sob an. 1531. Daça ibid. lib. 7. cap. 42. wadingus tom. 4. sup. ad an. 1399. §. 35.

5. *Beati Bonaventuræ, Confess. e.* Hic à Raticona Thurijs oppido, in R. bejensi prouincia de *Beato*: laicus professio: que dicitur Obieruanum: adia ad Capucinos migratæ, omni virtutum impletæ, & virginitate seruata emicuit. Vide Bouetium tom. 1. anal. Capucinor. ad an. 1373. §. 31. quo obijt ex MS. Rbe. tenl.

6. *Beati Sebastiani, Confess. f.* Galloræ exarnatione, in Indiam autem transiens Occidentalem habentem suscepit in Conuentu Mexicano sancti Francisci: exindeque pergens ad Conuentum ciuitatis Angelorum, tam à mini contentos, vitæ perfectionis studuit, vt beati omnium virtutum sibi conciliari amorem. Ca-

stissimus erat, virgoque decessit, quæuis ante ordines scraphici ingressum ter fuisse vocatus. Obedientia usque sic collum subdebat, vt Deo ipsi parere videretur; sibi que vicissim creature cunctæ vltro obtemperarent. Mira simplicitate & charitate tenebatur & conditis, xgris, miseris, & egenis opulabatur: corpulque suum aspera castigatione lepta edomabat. Ad vltimum, plenus dierum & bonorum operum obdormiuit in Ieremo, hora 8. noctis, hæc die, anni Christi 1600. Iuxta quæ 98. Religiosis ieraphicæ assumpit 16. Tantis autem miraculis claruit ante & post illius scilicet obitum: vt nunc processus super futura canonisatione illius, fiant autoritate Apodolica; vt testantur Libellus Neapolitædus, apud Typographum Ioan. Dominici Roncalioli ann. 1626. & R. primus in historia generali orig. Recollector. part. 2. introduction. §. 4. Vitam eius descripsit Torquemada, ex quo Daça part. 4. chronic. minor. lib. 2. cap. 37. & 66. cognominabatur de *Apparis* sed propter ingentem eius famulatus famam, vulgò dicebatur de *sancto Apparis*.

*Beata Anne ab Arenala, Virg. f.* Clarebat sanctitate, an. 1500. in Hispania, apud Monasterium sanctæ Elizabethæ Actualis; sub habitu Tertularum Franciscanarum: quo per eorum conuiuios annos, in summa humilitate, patientia oratione, abstinentia atque charitate vix egredique mortem obiens sepulta est. De qua scribitur Gonzaga parte tertia sup. in præfatio Monasterio quod est 29. prouinc. Conceptionis & Barezus sup. libro secundo, cap. quinquagesimo quinto ad annum Christi mille simum quingentesimum trigessimum quatum. Valerianus lib. 4. B. B. Famul. ordin. min. cap. 31.

QUARTO KALENDAS MARTII.

**A**puD Bituricas, Beati <sup>a</sup> Massæ, Confessoris, Scraphici Patris Sancti Francisci Discipuli: qui post multa virtutum opera, clarus sanctitate obdormiuit in Domino. Vlyssipontæ in Lusitania, Beati <sup>b</sup> Martini à Martinis, Confessoris: miræ abstinentiæ viri: qui feruenti oratione, paupertate, vitæ austeritate pollens, miraculis etiam emicuit. Nursiæ in Vmbria, Beati <sup>c</sup> Onuphrii Sarzancensis, Confessoris: qui humilitate, deuotione, atque ardentissima charitate præditus, spiritu quoque prophætico & miraculorum gloria insigniter effulsit. Mussiponti in Lotharingia, Beate <sup>d</sup> Philippæ à Geldria, Reginæ Siciliæ; quæ sanctimonialis effecta; humilitate, obedientia, pietate, & monastia obseruantia admodum cluxit.

FEBRUARII XXVI.

1. *Beati Massæ, Confessoris. a.* Quis, qualisve fuerit ille: vel quando et vixit excellere non omnes continent. Marcus Vlyssipontensis parte secunda chronic. minor. libro secundo caput vigesimosecundo sub nomini militum ducentessimam septuagesimam vocat eum B. Marcum, eod Martiolum. In Conuentu *Beati* 20. sancti Francisci Bituricensis sepulchrum est, *Beati* Martini, Patris Dni Francisci discipulus, Religiosus admodum spiritus, magna pietatis vir: qui & in chronici antiqui *Beati* Martini nuncupatur. Ad cuius sepulchrum accidit, quod quædam persona supra illam confidens, audiuit vocem sibi dicentem;

*surge, non enim hoc loco digna es. Cum aliquando prope sancti sepulchrum, sederem terra, ut mihi quidam nobilis humaret, lingue pedem Beati viri attinge, ex quo, ut si videret, sanguine possuisti; tuos corpus tuum discoperiam est, & integrum eperam; licet iam à multis annis tibi esset tumulatum: quamobrem hæc signata est sepultura, atque terra munita & deinceps magna habetur in veneratione.*

At illusterrimus Antiles Gonzaga, part. 3. orig. scraph. relig. in Conuentu Salmuensi, qui est 7. prou. Turon. testatur ipsam vocatam fuisse Massæ: hæcce verbis. *Qui quidem conuentus à Tiplarijs primo inhabitatus fuit*













# MARTIVS.

Kalendis Martij.



**B**eata Maria ex Francisca. e] Ambo fortes erant §. 5. Germux, que ann. 1398. feliciter obierunt, penitentia, humilitate, assu tua oratione, & vniuersa regulari obedientia illustres. Ita monumenta MS. provinc. Granatenf. ex quibus wadinghus sup. tom. 4. ad ann. 1371. §. 31.

## PRIDIE KALENDAS APRILIS.

**M**aceratae in Piceno, Beati<sup>a</sup> Pauli à Marchia, Confessoris, Seraphici Patris sancti Francisci Discipuli: qui ab eo prouinciae Marchiae Minister Prouincialis institutus; religione floruit, & post mortem quamplurimis miraculis enituit, Aqualitiae, non longè ab Aranda Duriana Osmianae Diocesis oppido, Beati<sup>b</sup> Petri à Regalada, Confessoris: qui vnus ex præcipuis Fundatoribus regularis Obsequantiae apud Hispanos, existens; tot virtutibus atque meritis illuxit: vt & viuus, spiritu prophético: & mortuus, miraculis propè innumeris, illustratus sit. Apud Montem-murum, propè Scarlinum in Tuscia, Beati<sup>c</sup> Syluestri Senensis, Confessoris: & concionatoris eximij: doctrina, spiritus feruore, atque vitae austeritate insignis. Maceratae item in Piceno, Beati<sup>d</sup> Bernardi Forolempnoniensis, Confessoris: qui mira deuotione, oratione, ac meditatione Dominicae Passionis insignis, migravit ad Christum. Populae de Angelis, in India Occidentali: Beati<sup>e</sup> Francisci de Villabar, Confessoris: qui religione, atque sanctitate celebris: verbo & exemplo, ingentem Indorum copiam reduxit ad Christum. In Mexico, Beati<sup>f</sup> Alphonfi de Molina, Confessoris: qui verbo prædicationis, vita exemplari, atque zelo salutis animarum, apud Indos Occidentis maximè profuit. Setabi in Citeriori Hispania, Beati<sup>g</sup> Blasij à Canetia, Confessoris: pietate ac virtute conspicui. Turri Lauretanae, in territorio Hispalensi, Beatae<sup>h</sup> Mariae Manuclis, viduae: quae nobilitate generis, ac diuitiarum iactantia pro Christo, spretis: mortuo viro, se in omni humilitate, penitentia, paupertate, ac continua oratione, intra monasterium, exercuit: sanctissimèque vitam finiuit.

## MARTII XXXI.

§. 1.

**B**eati Pauli, Confessoris. \*) Spoletinus dictus est à patria, Marchianus verò à prouincia, quae incoluit, in religione eum locum nppinuanum habuit. D. Franciscus, quem & Ministrum Prouincialem Marchiae constituit: vitae sanctitate pollens, multis post mortem claris miraculis. Lege Beatum Bartholomaeum Pisanum, lib. 1. conformit. fru. 2. & 11. in fratrb. minoribus sanctitate illustratus prouinciae Marchiae. Codicem M. S. Abbatis. S. Victor. Paris. ibid. Marcum Vlyssipouensem 1. part. chron. minor. lib. 1. cap. 106. Gonzagam part. 1. orig. seraph. relig. in BB. vicih. ualce ordinis, wadingham to. 1. annal. minor. ad an. 1241. §. 14. alius est ab illo cuius meminit an. 1290. §. 10. Marianum lib. 2. c. 13. Crescencium in dialogo. Bernardum à Bessa. Toffinianum lib. 1. Piqueorum in catalog. viros. illiur. orden. min.

§. 2.

Beati Petri à Regalada, Confessoris. b) Patria Pincianus erat, ab infantia virtutibus: vii formentillae orationis, & altae contemplationis: qui & spiritus prophético donatus fuit, & ingentibus meritis præclarus. Cùm autem Beatus Petrus Villacris regulari obsequantiae apud Hispanos initium dedisset, struensque eo in opere laboraret, affectus est acinde hominem libe per omnia similes, ac omnino secundum cor suum nempe hunc Beatum Petrum à Regalada, summæ religionis virum, quem suis moribus ac piissimis desiderijs informauit, eiusque opera summè adiuuus, complures conuentus Fratrum extruxit, atque legibus sanctissimis communiuit: tandem omnibus rite dispositis: neophytum gregem suo iucellion atque charissi-

mo discipulo, B. Petro à Regalada commisit.

Martium quàm variis, maximèque illuxerit virtutibus! quot religiosis, perfectionis verbo exemplo viam fecerit! quot signis admittendis emicuerit! obiit an. 1456. die Martis: & suo funtore conuentum Domus Dei de Aqualaria summopere commendauit. Nam vt primaria dicitur clauis extremam, miraculis conseruare cepit. Quadraginta liquidem & sex vtriusque sexus homines omnino contractos; tres paralyticos; duos leprofos & aliosque quamplurimos grauissimè febriçtantes interge sospitati restituit. Insuper & surdas auidium, mutis affatum, caecis visum, atque claudis rectificationem, suis meritis à Deo impetrant. Quin & ipse adhuc viuens, dùm per fati conuentus, atque alietas, videlicet, Beatae Mariae de Scala caeli, vulgè *Del e. Ahoja* (quorum vnus ab alio, quadraginta, coque amplius, millibus dicitur) Viuarum aperet, ad vtriusque loci Fratres intra horam, capitulum de religiofimo habuit; atque sepius strato supra Duram flumen palliolo, ex vna ripa in alteram se transfulit. Cuius denique corpus, cùm per aliquot annos in communi fratrum Escophago, iaculset inde ad alabastrinum sepulchrum, opera ferentissimæ Elizabethae Huiuspaniarum Reginae fabricatum, translatum extitit. Vbi & in maxima veneracione, tum quoque à fratribus habetur: & innumera ferè miracula contigerunt, atque adhuc hodie contingunt. Hæc ex Marco Vlyssipouensi 3. part. charon. minor. lib. 2. cap. 10. & lib. 3. cap. 63. Gonzagæ part. 1. orig. seraph. relig. vbi de octu regulari Obsequantiae apud Hispanos & BB.

§. 3.

vici

viris huiusce ordinis. item parte 3. in monasterio 2. provincie Cantabrie: & contento 17. provinc. Conceptionis. Speculo frat. minor. tract. 1. in memoriali ordin. fol. 69. Toffianio lib. 2. hiltor. seraph. Algezira in Arbore Epilogica totius ord. Franciscan. Picquet in catalog. viros. illust. ord. Franciscan. Legitur apud Vlyssiponensem hunc Dei seruum obiisse die vltima Decembris: itemque apud Gonzagam spiritum exhalasse, die 10. Martij, sed perperam: dicendumque est in eorum mense ann. 1456. die Martij vltima, idest, 31. mensis Martij: vti explicit tradit Marieta lib. 17. hiltor. Eccles. sanctor. Hispan. ca. 11. Ioannes à Sancta Maria part. 1. chronic. provincie S. Iosephi lib. 1. cap. 4.

Beatus Syluester Senensis. c ] Habitum inter PP. Obsequens induit, dum Senis operam litteris daret; vnde, euasit vir doctissimus, & in omni doctrinarum genere veratissimus, concitorumque egregius: magno ingenio, magnoque spiritus fenore pollebat: vitam admodum austriam ducebat, regulam suam, quam Spiritu sancto inspirata, & libenti animo amplexatus fuerat, ad amissimò hiberabat: B. Thome à Florentia strenuus imitator factus, cuius fuerat aliquando discipulus. Liberò de Iustitia: & alia quedà opuscula edidit. M. ortens spiritum Deo reddidit in conuento Montis-Muro prope Scailinum; qui est 11. provinc. Tuscor. Arguit de eo Marcus Vlyssiponensis 3. part. sup. lib. 1. cap. 43. Willotus Athenar. orthodoxar. Franciscan. littera S. V. yadingham tom. 4. sup. ad ann. 1400. p. 2. ex Lortato in hiltor. Placentina.

Beatus Bernardus à Ferrispenis, Confessoris. d ] Vocabatur antea Hieonimus de Serquiso, Fotosemprensis, pius ac diues, qui orationi elemosynis, ceterisque bonis operibus intentus; loca etiam sancta iustitiam in Palestina. Ad ea autem peregrinatione reuersus in patriam eum edidicisset suos concites, Ludouicum & Raphaelem, Capucinos esse effectos, & ipse Capucinum habitum de manibus eorum decreuit: quod & incunctanter opere compleuit: postquam, omnibus bonis forte distributis inter fratres, portionem suam egenis ac pauperibus, pro Christo, dilargitus est. Itaque frater minor laicus factus, mirum inquam multis virtutibus, ac vite sanctitate mox incluruit. Sanctam orationem maxime colebat, totiusque addictus erat meditationi Dominice Passions in cuius memoriam, creatus discipulus sepe corpus suum castigabat: quibus aliquando infirmatus ad mortem, Sacramenta Ecclesiastica suscepit, indeque crucem pectus deofcalens, obdormuit in Domino, infra hebdomadam sanctam ann. 1339. Memoratus à Marco Vlyssiponensi 3. part. sup. lib. 9. cap. 26. Vitalis de Algezira in Arbore Epilogica totius ordin. seraph. Paris D. Francisci. Boverio tom. primo annal. Capucinor. ad annum millesimum quingentesimum trigentesimum notum, paragrapho quinquagesimo.

Beatus Franciscus de Villabar, Confessoris. c ] Provincie Barchensis erat alumnus, cum Indiam Occidentalem traiecit. Vir certe religione insignis, moribus clarus, acque sanctitate conspicuus. Qui suis concitoribus operisque exemplis, purissimos fructus Dominicanum in hortum intulit, plurimisque Indiis causa salutis extitit. Excellit è vita in conuento sancti Francisci Populæ de Angelis, iuxta regnum Mexicanum. Memoratus à Gonzaga 4. part. sup. in dicto conuento, qui est 38. provinc. sancti Euangelij. Barezzo 4. p. chronic. min. libro quarto sub annum millesimum

quingentesimum sexagesimum. Rapinò in hilt. general. origin. Recolledor. doced. 7. part. 3. pag. 163. Marano libro secundo cap. 40.

Beatus Alphonsus de Melina, Confessoris. f ] Hic in nouum Hispaniam paremum manu puer abductus, occultiores elementorum obsecrationes Mexicanis sermones, ob xtas teneritatem, ita breui potestuit, atque adeò firmiter & expeditè locutus est, vt Patres Franciscanilium interprete illac applausi vterentur. Suscepit, vbi per xetarem licuit seraphico habitu, creuit & virtute ac perfectione. Mexicanis totos quinquagesimos annos vbticrura cum melle concionando transmisit. Mirum enim est, quales fructus apud ipsos Indos Occiduos ediderit; dum singulari elegantia, eximioque lepore à Deo ipsi concessio, magna cum omnium approbatione, verbum Dei diffusimiat. Scripsit quoque plerique Mexicanis idioma valde vtilia diuturna & gratissime, qua se continuò ceteris parabat, æturus, in conuento Mexicano quædam locum accepit, anno millesimo quingentesimo octogesimo. Memoratur à Gonzaga supra parte quarta in eodem Conuento, qui est primus provincie sancti Euangelij. Barezzo parte quarta chronic. minorum libro septimo, capite trigesimo nono. V illeto Athènarum orthodoxar. Franciscan. littera A. Marano libro secundo, capite decimoquinto chronic. Reformator. Daça parte quarta chronice. minorum libro secundo cap. 31.

Beatus Blasij à Caneta, Confessoris. g ] E regno Valentie erat exorandus: ætate quidem iuuenis, sed fenere iudicio ac virtute: cui Deus prædixit atque reuelauit sui obitus horam; qua adueniente sanctissime quærit in Domino, anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto. Sepultus in conuento Sancti Omiphrij, Setabensis, vulgò Xanina: qui est decimus provincie Sancti Ioannis Baptistæ. Illius meminere Ioannes Ximenez in sua chronologia. Barezzo libro octauo capite sexagesimo septimo sup. Ioannes à Sancta Maria, parte prima chronic. provincie Sancti Iosephi libro secundo capite quadragesimo nono.

Beata Maria Maurelis, vidue. h ] Memoratur à Barezzo libro tertio capite trigesimo octauo supra post Gonzagam, parte tertio supra in conuento Sancte Marie Lauretanæ, qui est vigesimus provincie Barche. Auit enim hunc conuenitum extructum fuisse à puissima Heronina, Maria Maurella, vxore quondam Henrici Gulimany, ex nobilissima Ducum Methymæ Sidoris protropa; anno millesimo quingentesimo vigesimo octauo, eo quiddè cadens in Botim fluitum, ex voto incolum casuerit. At vt primum se solum à matrimonij legibus sentit; quequid duntiarum habere potuit, id in pios vsus atque in pauperum subleuamen erogauit; adeoque paupertatem & honestatem dilexit, vt nihil vniquam proprii possidere, vel ab aliquo in facie, (ob incredibilem eius pulchritudinem) videri voluerit. Et vt molius liberiusque Christo sponio, cui à sua viduitate nuptiarum, inferare posset, cum vna sibi charissima foca, canoniolum sancte Clare Hispanensis ingressa est, itaque in pauperibus quadam colla degens, arque pauperietatem vitam ducens, per aliquot annos in omni humilitate, penitentia, ac continua oratione se exercuit; vnde postea, ad monasterium eiusdem ciuitatis de Iesu translata, in habitu sancto atque monachico sanctissime vixit, sanctissimeque vitam finuit, anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio. Cùmque post

5.4.

5.5.

5.6.



quadragesima annos, eius sepultura aperitur, Corpus, in suæ sanctitatis testimonium integrum atque incorruptum repertum est: quapropter ad novum sepulchrum sibi in Choro honorificè, prout huiusce beæ Virginis sanctitatem decebat, præparatum ac sic dispositum à montalibus huiusce consensu fo-

renbus in aliam locum eminentiorè, nobiliorè, præstantiorèque, quò magis fideles utriusque sexus, ad deuotionem excitarentur, translatum est: ibi magna in ueneratione apud omnes habetur. Valerianus libro quarto de Beatis Feminis ordinis minorum capite trigésimo tertio.



# A P R I L I S

## Kalendis Aprilis.



**I**N Italia, Beati<sup>a</sup> Cæsarij Spirensis, Confessoris: Seraphici Patris Sancti Francisci discipuli: qui eruditione, oratione, paupertate, zeloque obseruantie regularis, præclarus decessit è vita; sanctitate ac miraculis conspicuus. Aquis, in Gallia, Beati<sup>b</sup> Antonij à Segouia, Confessoris: pietate, vita exemplari, signis, ac salutis animarum diuina æmulatione admodum illustris. Toleti, Beati<sup>c</sup> Melchioris ab Hierba, Confessoris: qui virginitatem perpetuò incontaminatam seruauit: & charitate, deuotione, aliisque virtutibus micans feliciter obdormiuit in Domino. Apud Almanfam Regni Murciæ oppidum, diœcesis Carthaginensis, B. d. Ioannis de Moya, Confessoris, vitæ sanctitate insignis. Bellalcazari in territorio Cordubensî, B. e. Isabelle à Sotto Maiore, Virginis: genere, humilitate & oratione clarissimæ. Methymnæ - Campi, in territorio Salmaticensî, B. f. Agnetis ab Ortega, Virginis.

### APRILIS PRIMA DIES.

**B**eati Cæsarij Spirensis Confessoris. Germanus erat natione, maximo feruoris spiritus, & eruditione eximia pollens; vitæ sanctimonia clarus; paupertatiquæ altissimæ integerrimus amator: orationis ac contemplationis singulari deuotione operam dabat. Quem cernens seraph. Pater S. Franciscus, tot donis & virtutibus cumulatum, illi regulam, quam ipse priùs simplicibus verbis conceperat, tradidit verbis Euangelicis adornandâ: quod dictus B. Cæsarius doctè ac venustè exequutus est sub an. 1219. Hic idem Seraphicus Pater in Germaniam cum multis alius fratribus ablegauit: qui omnes viri exemplaris vitæ, miræque eruditionis extiterunt: quorum caput & minister institutus fuit ipse B. Cæsarius. Quorum de reliqui studio & zelo, in Teutonia ordo Seraphicus initia sumpsit, & altioris radices fecit. Nec ceptis desuit B. Cæsarius, imò ex Prouinciali Capitulo Augustæ vandelicorum celebeato, Patres ac Fratres non paucos omnium virtutum stimate claros, ad prouincias, regiones, & confines Teutoniæ misit eximios prædicatores: qui omnibus potenter penitentiam suadebant, & plures à vitis ad victutes reuocauerunt. Ipse interim B. Cæsarius negotium suis assiduis precibus Deo commendans, mores & vestigia antiquorum piorumque Patrum sequabatur. Cui etiam non fuit laus à remotis partibus fratres in Teutoniâ, ad propagandam minorum ordinem adducere: quimò à Herbipoli cùm ageret, plures alios, & filios eidem ordini enatus est. Aucto igitur minorû numero, iactatq; in Teutonia fundamētis, Prouinciale Capitulû vormalitæ per ipsum celebratum fuit.

B. interim Cæsarius maximo D. P. Francisci, ceterorumque Patrum, in valle Spoletana commoratum, venditi eos desiderio ætians, pulc præfatum Capitulum, & res omnes in Teutonia optime compositas, assumpto socio, patre scilicet Simone, illustrissimæ Comitissæ de Coloxeno filio; & P. Thoma de Calano, vicario instituto, Assisum, licet assuetis laboribus pulcherrimò debilitatus, perit: postquâ duobus annis Germaniâ incoluisset) vbi & à seraphico Patre quàm humanissimè susceptus; & à Ministerio officio in capitulo ibidem, in festo Portuanculæ, ann. 1223. habito.

absolutus fuit. Cui B. Albertus Pisanus eodem anno in officio successit. De quo infra a. Septemb.

Cùm autem, post obitum S. Francisci, F. Helyas ordinem regeret: à veracis regulari obseruantia omnino declinaret: seraphici P. Francisci locj superstitis, & in his B. Cæsarius, magna cum humilitate, prudentia, ac zelo, illum sapè ob regulæ transgressionem arguerunt. Quare F. Helyas his increpationibus commotus Summum Pontificem Gregorium IX. adiit, cui falsò præfatos sanctos Patres turpij ac disensionis & relaxationis in ordine, obnoxios esse, attestatus: ab eo breuè Apostolicum impetratus: quo perucaces castigaret, ceteros verò ad sanam mentem reduceret. Itaque tali authoritate nixus, dictos S. Patres ingenti vexatione persecutus est: & B. Cæsarium carceribus mox mancipauit: vbi, ob varias vitæ ærannias; carcerisque rigorem, & lethalem iclum: obiit an. 1239. Deum semper precatus pro F. Helya, qui sic eum impudè lacefferat. Eius animam in cœlum ab Angelis defertè vidit Gregorius IX. Papa; cui dictum est Deo fore reddendâ rationem super ipsius B. Cæsarij morte; cùm autoritate sua persecutus fuisset vsq; ad interitum, pro obseruantie suæ regulæ. His ab Angelo auditis, ita pefactus est Summus Pontifex, & vocatus ad se fratris minoris huius, scilicet, fratris huius, in ita res se haberet: quibus apprimè instruitus: breuè Apostolicum F. Helyæ datum annullatum reddidit: & ipsium F. Helyam, in Capitulo generali Romæ celebrato, an. 1239. officio priuauit. Deinde mandatum dedit, pro diligenti examine, ac inquirenda veritate sanctitatis ac miraculorû B. Cæsarij vt illius SS. catalogo adserberet; sed præuia mors Pontificis horum finem imposuit. De eo scribit Beatus Bartholomæus Pisanus libro primo consoruntat. fruct. 8. part. 2. Marcus Vlyssiponensis parte 2. chron. minor. lib. 3. c. 3. & 5. Gonzaga p. 3. ong. seraph. reh. in prouincis Saxonie S. Crucis: & Argentine. Toffianus lib. 2. seraph. hist. wading. tom. 1. anal. min. ad an. 1210. §. 4. 4. ann. 1220. §. 31. 1221. §. 5. 6. & c. 1222. §. 24. 1223. §. 23. 1239. §. 2. 3. & seq. ex Angelo Clareno in 2. tribulat. ordin. & Mariano lib. 1. Ioannes à S. Matia part. 1. chronica. prouinc. S. Ioseph. lib. 1. cap. 4.

9. 4. *B. Antonij à Sequa, Confessor. b* ] Prius vocabatur *Gonsalvus*, sed postea *Antonius*; primum sub D. Bernardino, in ordine Cisterciensi, militavit: ac Seraphici Patris S. Francisci, B. Guillelmi, aliorumque certissimum visumum, revelationibusque inflammatus, ordinem minorum ingressus est: Monachus ipse Cisterciensis: ubi ægè ferentibus: quibus tantum citatus est coram Summo Pontifice, qui auditis virtutisque partibus rationibus, sententiam tulit pro B. Antonio, & valde profecolatus, Romam paulò post de'avit: Galliarumque profectus est: ubi apud Phocensem provinciam pedem fixit, in conventu Aquensi: quo ad maximum perfectionis gradum pervenit. Nullo unquam tempore, ac ore verbum proaliter otiosum: tali enim ferose semper loquebatur, vt quandoque ebrius ab aliis putaretur, licet vinum minime potaret. Zelo salutis animarum impiger insistebat: quosdam prædicationi, aut confessioni, continuo occupabatur: quippe qui diceret: si cœli ac colae vinum, pedem tamen libentissimè inde proferrem, vt peccatoribus in confessione præsto succurrerem: Penitentes docebat pœnè & deuotè peccata facerdoi confiteri, attendè orate: incuria deuitare: sicque profectum hanc panum in virtutibus accresceret, lignis ac miraculis refullit: in quibus fontem aque conuertit semel in vinum: cuius rei graua, etiam nunc fons S. Antonij nuncupatur. Obiit in præfato conventu Aquensi, ibique magna cum veneratione sepultus est. Cuius factum corpus integrum, incorruptumque repositum est, quando, pluribus annis iam elapsis, fratres compulsi sunt alio migrare, & ex eo loco, in alium conuenerunt intra vibem transfere: tunc enim & illud cum alijs factis pœnoctibus in nouam transule runt. Ecclesia. Ague de eo Marcus Vlyssipontensis part. 1. sup. lib. 4. c. 16. sub an. 1278. vlyssip. ad an. 1248. §. 9. ex Mariano lib. 2. cap. 16. Marota lib. 17. hitor. E. celest. sanctos. Hispan. cap. 1.

9. 5. *Beati Melchioris ab Herba, Confessor. c* ] Nobili generis natus, ab ineunte ætate egregie operam literis nauauit: annum vero ætas 30. ordinem minorum professus est Toloti, in conventu S. Ioannis Regum: vt ad diuicia odium munia obeunda postea euocatus sit: nam & Guardianatus, Distinctoratus, & c. officijs laudabiliter et sanctus in sua provincia Castellæ. Virgo purissimus exiit, & facie venulissimus: continuis penitentiaque operibus carnis macerabat: simplicitate ingenuitateque pollebat: abstinentia delectabatur: nihilquam cœnabat: omnia seimnia Ecclesiastica obferuabat in pane & aquæ consortia mulierum maximè fugiebat: cum seculariibus cibum ad mensam sumeret, nec semel illi accedit. A febribus, benignis, & pius in omnes: super matrem paleis contextam cubabat: post officium decantatum in choro, vlem denudò flexis genibus recitabat. Præterea, officia nominis Iesu, Beate Mariæ Virginis, & Desponsationum: vna cum 7. Psalmis penitentibus, quotididè deuotionisè persoluebat: tribus horis Orationi Mentali vacabat: ingenti chantate flagrantibus, tribulatis, afflicis, infirmis, egerent: aut moribundis præsto aderat, illos pro vrbis confortabatur: de alio minime iudicabat, aut loquebatur male, vel otiose. Operat impiger in Ecclesia ad orationem late: qualibet die factum Missæ sacrificium celebrabat: quo peccato ad confessionale pergebat, vt Sacramentum penitentiæ cunctis, maximè pauperibus administraret: quos sæpius longo tempore expecebat: sed magna charitate instruebat. Tandem hydroptili laborans decidit in lectum: operans masora ad hac partem pro Chaito: cuiusque fini appropinquare, Jo-

uatis manibus in celum ait: *Letatus sum in his que dilexistis mihi, in domo Domini ibimus*: postea cum 2. Sacramenta Ecclesiæ deuotè suscipiens, spiritum Deo reddidit, feriat ætæ hebdomadis sanctæ 1. anni. Christi 1586. aem sexagenarius efficitus. Sepultusque in eodem conventu S. Ioannis Regum 1. Olet: vbi tantus populih conuulsus factus est, vt vix tumulari posset: vniuersisque cupiè sine alportare pro reliquis factis, quicquid illi deieruisset, maximè ex habitu suo: qui hac de re, totus ferè dilaceratus est. Meminerunt de eo Alphonsus Villegas in supplem. 3. part. 3. flor. Sanctos. Barezus 4. part. chronie. minor. lib. 2. cap. 30. §. 82. & 83. Daça ibid. lib. 3. cap. 76.

9. 6. *B. Ioannis de Moya, Confess. 4* ] Ric ex provincia Cathaginensi ad provinciam S. Ioannis Bapstæ transiit, maioris perfectionis ac regularis Obferuantie gratia: ibique inter patres Discalceatos reformationem assumpsit. Sux professio eius erat admodum zelator: pauper-tatis altissimè sedator, abstinentia extoratus, sanctæ orationis amicus, solitudinem maximè colebat: pius ac deuotus exiit: & pluries summa cum laude diues fa orditus munia exercuit, vti Guardianatus & Distinctoratus. At etiam adhuc austerioris vite desiderio teneretur, Cathaloniam profectus est, vt imbi inter Patres Capucinos, ex Italia in Hispaniam recenret adductos, commemoraretur: mortificationibus, & alius curam exercitibus seipsum longo tempore extens. Verùm, experientia edoctus, nihil differens, discrimini vt reperit fore inter Patres Capucinos ac Discalceatos: quodque vita, mores, & actones illorum atque istorum, similes prius essent ad præfatum Discalceatorum provinciam est reuertens. Illic perseuerauit in assiduo virtutum exercitio: feruens enim erat, & ingenti Dei amore æstians. Ieiunia tegule, & Ecclesiæ, in pane & aqua frastabat licet sexagenarius. Pacifica bonitate abundabat, grauis, humilis, obediens & hilaris: paucorum verborum vi, sed factos bonorum operum maritificus. Tandem sexagenario maior, quamplurimus meritis conuulsus, ad celos euolat ann. 1599. sepultusque est in conventu minor. Discalceat. S. Iacobi Almansis, qui est 4. præfate province. S. Ioannis Bapstæ. Agunt de eo Barezus part. 4. sup. lib. 9. cap. 17. & lib. 10. cap. 70. ex Ioanne Ximenesio in sua chronica.

9. 7. *B. Isabella, Virg. e* ] Nobilissima erat, filia Comes Bellalzaris, que præ sui humilitate nominari voluit Isabella à Popaia, vulgò *De La Herba*, pro Christo, namque mandum deceptoris, tam humiliter de se sonabat, vt omnium seras & ancilla, viliora curaret officia, quæ læta facie ac corde plenè explebat. Post Matutinus, usquæ sopori, aut somno indulgebat: sed iugiter genibus in terra de suis orationi vacabat usquæ ad Priuam. Scendunt de ea Daça (sup. lib. 3. cap. 77. Gonzag. 3. p. sup. in monasterio S. Marie de Columna Bellalzaris, quod est 1. provincie Angelorum.

9. 8. *B. Agnès ab Ortega, Virg. f* ] Admiranda sanctitate fuit prædita hæc religiosissima horer, clarique apud monasterium S. Claræ Methymny Camps, quod est 10. pœuincie Conceptionis) circa annum 1540. spūta propheticè celebris, huius loci exordium, acque fororum dispeccionem, que post 16. annos insallibiliter enensunt, morti iux propinqua prædixit: nam maiore huius domus parte ad terram lapsa, 30. annos habitatrix moniales, ad tempus, quousque reparata exiit, ad diuersa humilice provincie loca transfusse fuerunt. Memoratur à Gonzaga part. 3. in eo monasterio. Barezus (sup. lib. 3. cap. 41. ad an. 1543. vlyssip. tom. 2. annal. minor. ad ann. 1556. §. 48. Valeriano lib. 4. de SS. Fæmulus ord. minor. cap. 16.

## QVARTO NONAS APRILIS.

**I**N Sicilia, passio multorum Fratrum<sup>a</sup> Martyrum, qui pro Sedis Apostolicæ defensione, à Friderico II. Imperatore, vario mortis genere sunt interempti. In Armenia, Beati<sup>b</sup> Angeli à Spoletio, Martyris: à Bulgatis, propter Christum occisi. Arelate, in Gallia, Beati<sup>c</sup> Ioannis Monaldi, Confessoris: eiusdem Diui Francisci Discipuli: qui simplicitate, vita exemplari, ac signis quamplurimis refulsit. Rilonij, in Getmania, Beati<sup>d</sup> Electi Confessoris: magnæ sanctitatis viri. In Machao, Cantonz provincie, apud Chinas vrbe: Beati<sup>e</sup> Petri ab Alpharo, Confessoris: Chinarum Apostoli: qui doctrina & pietate insignis, Christi Euangelium variis his in Regionibus diffeminavit, ingentesque animarum fructus Deo gratanter protulit, Methymæ de Campo, in territorio Salmanticensi, Beati<sup>f</sup> Lucæ à Valleviridi, Confessoris: virtute abstinentiæ, & orationis insignis. In Calabria, Beati<sup>g</sup> Francisci Bouolini, Confessoris: qui humilitatis & penitentiæ operibus deditus, miraculis etiam illuxit. Antiquæ Mellariæ in territorio Cordubensi, Beati<sup>h</sup> Mariæ de Iesu, Virginis: pietate, & rerum cælestium contemplatione conspicuæ.

## APRILIS II.

3.1. **B**estorum Fratrum Martyr. Cùm Fridericus II. Imp. in Summum Pontificem Gregorium IX. & Sedis Apostolicæ sequaces, mira feruuta fueret; crudelitate eius usauditam, post alios experti sunt fratres minores; nam eorum plarum casibus, alijs malis exsaturati, alijs vltimo supplicio affecti, & combulsi sunt, imò & excocti, capite in 4. partes dissecto, &c. eo quod à partibus Summi Pontificis, inopiusè stetit. litterarumque Apostolicarum denulissent. Vide Toffianum, lib. 2. hist. seraph. sub cap. general. 6. & 7. ad an. 1243. 1244. & 1245. Sedulianum in comment. ad vit. S. Francisci c. 3. §. 8. Vvading. to. 1. annal. quin. ad an. 1238. §. 1. ex Marian. lib. 1. c. 9. & Fazzolo lib. 8. de rebus Siculis.

3.2. **B. Angeli, Marr. b.]** Hic ex Babylonia in Tartariam rediens, cum Episcopis & fratribus riuoribus, corpore antianarum saluti, Barbari omnique conuersioni ledulo insisteret: sed dùm fidem Christi feruenter prædicaret, à quibusdam Bulgatis crudeliter gladius consocius, in gramine ad Donnum. Ita B. Ogericus in sua narratione. Authore Anonymus, Anglus, in suo polichromico MS. & vading. sup. to. 3. ad an. 1307. §. 14. & an. 1314. §. 14. 3.3. **B. Monaldi, Confessi. c.]** Eius mentio habetur apud S. Antonin. p. 3. hist. tit. c. 2. §. 3. his verbis. Nam tempore quadam, F. Ioanne de Florentia capitulum in provincia celebrante (ubi à B. Francisco minister fuerat conuictus) intererat Confessor Christi Antonius, ubi dùm fuerat hæc materia, Iesus Nazareus, Rex Iudæorum: fratresque aduocatis, verbum exhortationis præconerit, F. quidam Sacerdos Monaldus vocatus, vir simplex, & vltimè regre ac larus, factum suum ad osten domus cognouerit, videlicet carpitur oculis, qualiter B. Franciscus in acer, subleuatus, veluti manus in erret presens, apparuit: & Fratres, qui aderant, benedixit, & antimonique subitis signis & vniuersis gaudio spiritus est visus: ubi quod ipse Sacerdos post de ipso viri sue narrans, cum illis miraculosis factis ex experientia se dignum. Eadè refertur: Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformit. fruct. 3. & 11. p. 1. uem. lib. 3. fruct. 3. p. 1. Marc. Vlyssipon. p. 1. abion. min. lib. 1. cap. 18. Toffian. lib. 1. hist. seraph. c. 4. 13. vit. S. Francisci uem. in eo B. Monaldo. Vvading. to. 1. sup. ad an. 1211. §. 22. & an. 1216. §. 2. 187. 1. 4. ad an. 1400. §. 38. ex D. Bonauent. c. 4. & Legenda Gregor. IX.

3.4. Antequam verò in Galliam pergeret ipse B. Monaldus: id e accidit an. 1211. cum Seraphico P. S. Fran-

cisco. Nam finito generali Capitulo, Assisij apud S. Mariam de Pontunacula celebrato, cunctis Ministris Provincialibus recedentibus, remanserunt cū dicto B. Monaldo 3. Fratres, qui diuersas orbis partes adire debebāt. Hoc cernens D. Franciscus, voluit ex charitate cum eis ad mentam cibum sumere: & mangans omnia pariter, cum tres tantum panes essent inuenit; accepit eos in manibus, & gratias Deo agens, incepit frangere, fratribusque consolalibus dare. Qui diuina virtute in manibus Seraphici Patris ita excreuerunt, quod de illis sufficienter sint omnes refecti, imò & plura panis frustra superfuere, quàm essent hætres panes appositi. Quo viso miraculo omnes sunt ad paupertatis obseruantiam feruentissimè incitati. Idem B. Bartholomæus Pisanus lib. 2. fruct. 22. part. 2. Vlyssiponens. lib. 2. cap. 17. Vvadingus 1216.

Provinciam Phocenensem igitur aggressus B. Monaldus, vita exemplari, & sanctissima respiciendus; maximèque miraculis emicuit. Obiit, septuagintaque est in cõuentu Arelatensi, prout attestatur B. Bartholomæus sup. l. 1. fruct. 8. & 11. p. 1. in fratrib. mun. sancti. illust. apud ptouinciam prouinc. nunc S. Ludouici. Codex MS. Abbas S. Victor. Paris. ibid. Gonzag. 1. p. orig. seraph. eph. in BB. vici huicæ oed. & p. 3. in conuictu Arelatensi, quæ est 6. præfata prouinc. Vvading. sup. Sacrum uocò ipsius vergus, inde postea translatus est, (quando cõuentus ille solo regibus exiit, ob ingruentium bellorum ac temporum iniquitatem) & in cathedrali Ecclesia, intra urbem, honorificè conditum: vo facile conuictur ex verbis ipsius illustissimi Antonii Gonzagæ. In Archiepiscopali vici Ecclesia Anuiscu vni ex factis B. Francisci, cuius nomen ignoratur; claret tamen miracula. Hic fuit sublatu, ex tempore quo fuit destricta conuictus. Hæc ille p. 3. sup. ac iuxta omnia vetustiora ordinis monumenta, nullus alius discipul' sup. P. legimus ibi motu', aut tumulatus: preter hunc B. Monald. Proque in car. vir. illust. ord. min.

Beati Electi, Confessori. c.] Fuit magna sanctitate oratus: ita vt paulo ante mortem suam, cùm esset in oratione apparuerit illi, sacra Deipara, Beata Catharina & Agnetæ, virginibus, sociata: ipsum ad paradisi gaudia vocans, diemque obiit præconians; excessit e vici Rilonij, in prouincia Coloniensi. Memorauerunt etiam B. Bartholomæus Pisanus lib. 2. conformit.

fruct. 8. & 11. sup. in provincia Colomanzi Codex MS. Abbas. S. Vidor. Pars. ibidem. Gonzaga part. 1. sup. Marcus Vlyssipontici part. 1. lib. 1. cap. 30. sup. ad ann. 1245. Vvadhugustoni. 1. sup. ad an. 1247. §. 9. Piqueyas sup.

- §. 6. *Beati Petri Alphari, Confessori.* §] Constat Franciscanus plurimum laborasse in propaganda fide apud Chinesis regnum: primoque extitit, qui Euangelij luce Chinarum illustravit. Id ipsum opus minores alta mente repositum continentur habere: ita vt Gonzaga 4. part. sup. in conuentsu lo. prouinc. S. Euangelij. (Vbi de B. Martina à Valentia, 1524. Induram Occidental. Apostolo; Beato Ioanne à Zunaraga, primo Mexicano Archiepiscopo, nostris ordinis alumnis: & Beato Dominico de Betancos, ordin. predicator.) Hæc referat. *Tres by viti percellissimos, immensa, quo adibat, desiderio animarum conuersos, summoque contemptum: in China Regiones nunciat: quo a vident tempore, in eas, ita que modo reposita inuenta viderat. Quorum quidem primus est Beatus Martinus propius: vinctissimum viti temperat reperit pluresque regnes, Occidentem versus, hominesque animos ingens, quom sua Indis nona Hispania habitator: hystorice scribat ei pergens, et Christianam ibi fidem predicandam: sed Deus, qui alius tam prouinciam referuauerat, in primam viti temperat percellit vultu, idque ita cecidit.* Eadem scribitur Batezzus 4. part. chron. min. lib. 1. c. 41. Rapiurus decas. p. 1. §. 11. hultor. general. ong. Recollector. Maranus lib. 1. cap. 30. chronice. Reformar. Cum verò sanctus Franciscus Xauentius tam expeditionem aggredi peroraret, an. 1531. profecionem parauit sub auspicio B. Ioannis Albuquecij minoris, Gorn Episcopi, & Alphonsi Noroniz, Indiarum proregis: quorum literas ad regem Chinaram descendens suscepit. Vteum antequam Chinam attingeret, sancte obiit 4. nonas Decemb. apud Sanctanam insulam. Ita Mafficus lib. 15. hultor. Indic. Turiffinus lib. 9. vit. eius. t. 1. §. 4. §. 5. vsque ad 11. Trigaltus lib. 2. hultor. Chines. cap. 1. Marianus lib. 4. c. 30. et chronica Angeli Baidajoci.

- Exinde tamen hand dehaere vult vndequeque pijs, ingentique virtute præditi, qui eundem laborem magna animi constantia, suscipiunt, maxime verò ex familijs SS. Francisci & Dominici (inquit Trigaltus cap. 1. sup.) qui vna cum Lusitanica Classi ab Indus Orientalibus soluentes: sicut per altum Hispanico nauigio ab Occidentalibus vechi Thibassum, his appropinquant Chinatum oris: inter hos autem præcipue emicant B. Petrus ab Alphard: qui an. 1575. electus primus castus Custodia S. Gregonij, cum melior Prætoribus Discalceatis, mare traiecit in ratibus Hispanicis, & vique Philippinas insulas transiit: an. 1578. vbi de eodem tempore, conuentum Manila extruxit: mox Indicum illius patris idsonia acutissimè discerneret: tantoque in vna Domini excolenda operati sunt: vt intra vnum annum paritibus centum quinquaginta nullis indidit, Christianorum alio adspicerent: complures Ecclesie edificarent, & c. Itaque, cum res sic facti exordio succederent, maximèque Chinarum Regnū inde poti posse accepissent: B. Petrus cum tribus alijs Fratribus, scilicet Ioanne Baptista, Pifauten: Augustino à Torreilla: & Sebastiano à Beata: confensu, sub an. 1579. nauis, post octo dierum curricula, ad præfatum Chinæ regnum, applicere: moxque Cantonem, Xanchoum atque Machoam ciuitatem celeberrimam perlustrat, illic Ecclesiam summo Episcopi (cui nomen Melchior Aries, erat) atque festinat, Lusitanorum ibidem commorantium applausu,

construxerunt ann. 1579. mensis Nouembri, & plurimos ad Christi fidem conuerterunt. At dum ipse B. Petrus aliam eiusdem regionis urbem, cuiusdam alterius Ecclesie erigende causa, peturus itinere, morbo ex defatigatione contracto conceptus in via, sanctissimè spiritum Deo reddidit: & paulo post, præfata custodia S. Gregonij ita excreuit, vt in prouinciam transiit an. 1586. die 14. Nouemb. per diploma Sini §. cuius initium est. *Dum ad vobis fratres.* Ita Gonzaga sup. in hac prouinc. Mendoza part. 2. hist. reg. Chines. lib. 1. c. 1. & lib. 2. per totum, & lib. 3. c. 12. & 13. Iacrico tom. 1. hist. Ind. Oriental. & to. 3. lib. 6. cap. 45. Ioannes à S. Maria 1. p. chro. prou. S. Iosephi. l. 2. c. 19. & 27.

§. 8. *B. Luca, Confess.* §] Hispanus erat, ex Badojocio solo oriundus, profusione laicus. Curam eam horti gereret, nil curabat, seminabat, aut plantabat, vel quampiam aliud operabatur, quin ad laudem Dei referret. Ita tamen laborabat, vt etiam tempus orationi daret, ne labor vnius spiritum deuotum extingueret. Gula frænum semper imposuit, sobrietatq. & abstinentie deditus fuit: nullum enim carnabat, vel carnes, aut pisces edebat: in sculo aliquo, aut aliqua calida, seu fructibus nonnullis contentus. Quadragessimam feruabat quidem integram; sed per tres dies in hebdomada, solo pane trechiebant; tribus verò alijs vebatur fructibus, à vino quippe semper se abstinuit. Vix somnum capere necessitati oppetunt: nam per diem ibat ad opus suum: & usque ad vesperam; de nocte verò, vigiliis, oratione, & disciplinis totus occupabatur: atque in Ecclesia pernoctabat. Obsequium suum erat, & insigni paupertate diues. Maximo autem feruebat amore in Christum Dominum, tantoque præfatis affectu Passiones Dominicæ recolere memorat, & meruit in hebdomada sancta, dolores ac cruciatu extremos sentire, quos saltem quondam per nobis pertulerat in cruce. Postea verò ad modum euasim Refurrectionis toto corpore sic rursus, eleuabatur, & transformabatur, vt oculi eius, caput, manus, & pedes, in tot fulgores & ignes conuerterentur, & corpus totum radijs emitteret iubaris ular. Dux moratus est Madridi, in conuentu sancti Bernardi: tamen felicem viæ suæ cursum absoluit, cum conuentum nostrum Medunæ Campi, (qui est 14. prouinc. S. Iosephi) incoleret. Eius golta feruere in Archibus prou. S. Iosephi. Discalceator, ex quibus Ioannes à sancta Maria 2. part. chron. euasim prou. 1. §. c. 3b. nonnulli descriptit. Florebat an. 1590. *Beati Francisci, Confess.* §] Calaber erat natione, Muficis eruditus fuit, ita humilitati studuit, vt ad præbiteratum ascendere semper recusauerit, humilioribusque culinæ, seu obsequij officijs vacauerit. Magnæ orationis vir erat, in qua noctes ducebat insonnes; lecto nunquam decubuit, sed multas in ligno vel asere prostratus quærebatur quietem. Tribus diebus in hebdomada solis herbis pro sua corporis refecione vebatur. Tanta fuit eius fama sanctitatis, vt ex multis orbis partibus ad eum confluerent, benefici præfata, beatonque ac felici se quibus reuocant, si de illius habitu particulam aliquam alportare valeret, nam ex eo visum particula, & alia nomilla in ocula e didit: diemque mortis suæ præfuit, anno ætatis suæ 80. ex quibus quinquaginta in summa viæ potentia intra ordinem minorum consumperat. Clarus circa ann. 1600. apud prouinciam septem Martyrum Calabria. Monumenta MS. prouincie præfate. Daça part. 4. chronice. minor. lib. 4. cap. 51.

§. 10. *B. Maria, Virg.* §] Pientissima erat & deuota maasimè etia Augustissimum Euchariæ Sacramentum: vnde cum quadam dielicia commatione recederet

vidit puerum Iesum in hostia sibi apparentem. De sanctissimo Trinitatis mysterio semel dixit Deum obnoxè precata est, ut sibi intelligendum daret. Tuncque per visionem, processioneem quandam conspexit, cuius unicum ducebant tres personæ albis indute, omnino inter se æquales; ex quo mirum in modum confortata est. Cùm vna dierum orationi instantius vacaret,

apparuit illi B. Deipara Virgo, cum puero Iesu in manibus, quem dulcissimè et ostendebat, & offerrebat. Obiit in monasterio Conceptionis B. Virgins Antiquæ Mellanæ, vulgò, De *Fuente-Ovevuna*, quod est 7. prouinc. Angoletem, sic Daça sup. cap. 30. ex antiq. MS. euad. loc. quæbat ad an. 1537.

## TERTIO NONAS APRILIS.

**I**N India Orientali, passio <sup>a</sup> Beatorum quatuor Fratrum Martyrum: qui plurimis exantlatis laboribus, & diuersimodè pro Christo à Barbaris oppressi, glorioso cerramine sunt coronati. Apud oppidum de Penna Sancti Ioannis Baptistæ in Piceno, Beati <sup>b</sup> Ioannis de Penna, Confessoris: qui paupertate, patientia & vitæ austeritate emicans, spiritu prophético ac miraculis etiam eluxit. In Hætheria, apud Montem Aluerniæ, Beati <sup>c</sup> Bernardi à Mandela, Confessoris: obedientia, zelòque altissimæ paupertatis celebris. Borbæ in Lusitania, Beati <sup>d</sup> Petri Melgari, Confessoris: Prouinciæ Pietatis Discalceatorum præcipui fundatoris: qui oratione, abstinentia, patientia, vitæque perfectione, ac maximo spiritus feruore insigniter repletus, sancto sine quieuit. Fulginij, in Vmbria, Beatæ <sup>e</sup> Alexandrinæ, Virginis; Abbatissæ; quæ præcipuarum virtutum cumulata fructu, felix migravit in cælum. Cæsar-Augustæ, Beatæ <sup>f</sup> Magdalenæ Magalonæ, Virginis; oratione, contemplationeque illustris.

## APRILIS III.

1. **B** *Beatorum quatuor Martyrum* <sup>a</sup>] Hi loci erant alio-  
trium fratrum, qui vt Protomartyres, primi  
omnium, pro Christo, Indiæ Orientalem, Calceati suo  
sanguine purpurati, de quibus infra ad 17. Decemb.  
Cum itaque plures illius orbis partes Euangelizandum  
peragissent; Resegise Cochinchensem, Calicutensem,  
Cantonensem, Nasirungensem, Sec. micos ted-  
didissent, ac Chr. ab obtemperantes; populisque po-  
rum fidem perdidicissent, agonem suum in clypeo marty-  
no consummarunt circa ann. 1530. Gonzaga 3. part.  
orig. seraph. relig. in prouincia Portugallæ & 4. part.  
in prouinc. S. Thomæ. Daça 4. part. chronic. minor.  
lib. cap. 44. 45. 47. ex alijs an. 1546.

2. **B** *Beati Ioannis de Penna, Confessoris* <sup>b</sup>] Ad ordinem  
minorum caelesti vocatione venit: & opera Beati Phi-  
lippi Picenensis, Recaneti in Piceno habitum religionis  
fulcepit. Inde in Galliam missus; prouinciam Pho-  
censem incoluit: an. 1219. ibique stetit cum socijs, sic-  
cut peregrinis, in multa paupertate & austeritate:  
tribusque regionibus vix extensarum, & maxima san-  
ctitate: Cùm autem per annos 15 in ea prouincia man-  
sisset, Picenorum reuertitur: vbi vitam ferè solita-  
riam duxit. Sanctæ orationis studio maximè incumben-  
s: & dictis matutinis, nusquam reuertebatur ad  
cellam. Inter alia dona, spiritu prophético pollebat:  
diuinitusque visitationibus læpè pertinebatur: semel  
arctatus ac plenus tardio, adherens cuidam arbore,  
Deum rogabat, vt spiritum eius acciperet: cui Dominus  
dixit: *Surge, gratus enim tibi adhuc via superest: qua  
completa facies veritas ad me.* Verùm, vt omnino pur-  
gatus, probatusque in hac vitæ, orbem postea recto tra-  
miti conscenderet: multis, validisque zgranadinibus  
est exarptatus: quas æquo misque animo tolerabat.  
Denique anno trigésimo hæ reuertiens à Gallis: in  
superiorum moribus incubit: & tempore exitus sui, à  
Christo Domino, mira dispensatione visitatus: quæ & to-  
tam eam rem maximo lumine, replet: & odore sua-

missimo exundant: tunc pins ac purissimas athleta  
Christi, subleuatis manibus in cælum, Deo gratias  
egit: acque protinus expiravit, in consuetu de Penna  
sancti Ioannis in Piceno an. 1271. quo & sepultus est  
miraculis insigniter decoratus in vita sua. De eo scri-  
psit Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformit.  
fruct. 8. & 11. in Fratris minor. sanctitat. illustrib.  
prouinc. Marchæ part. 2. Codex MS. Abbas S. Vi-  
ctor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssiponens. part. 2.  
chronic. minor. lib. 2. cap. 24. & 25. item lib. 5. cap.  
6. vbi cum *Isaonarius* vocat. Gonzaga part. 1. origin.  
seraphic. relig. in BB. virtus minor. ordinis. Tostimanus  
lib. 1. habet. seraphic. Marianus lib. 2. cap. 30.  
Wadinghus tom. 1. ad an. 1216. 5. 2. tom. 2. annal. un-  
not. ad an. 1271. 5. 8. & seq. item 1291. 5. 47. Alga-  
zia in Athore Epilogica totius ordinis. Franciscan.

*Beati Bernardi à Mandela, Confessoris.* <sup>c</sup>] Laicus 5. 5.  
professioe extitit, admodum virtutis editus, vitæque  
sanctimonia conspicuus: qui obiit apud conuentum  
Montis Aluernæ, qui est 17. prouinc. Tuscæ, anno  
Christi 1491. iuxta Marcum Vlyssiponensem 3. part.  
chronic. lib. 7. cap. 17. Gonzaga part. 2. sup. in pie-  
tatis conuentu eius meminit, vocatque eum B. *Bernar-  
danus*: dùm BB. patrum nomina recenset, quorum  
corpora eo loci requiescunt. *Deinde obreuerisimè  
Fratrem Bernardinum ab Aluernâ, laicum, qui 83. annis  
in maxima paupertate, vixit austeritate, atque persisten-  
te, hoc in loco Deo Optimo Maximo inservimus; virginitate  
que virginum, ac Beatissimi Patris Francisci, necnon &  
plurimorum aliorum sanctissimorum presertim, antiquam as-  
sumam colo redderet, dignatus est.* Eadem habent Barz.  
2. 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 29. & Vvading.  
to. 1. sup. ad an. 1213. 5. 54.

*Beati Petri Melgari, Confessoris.* <sup>d</sup>] Ex Valentia erat  
orundus, nobilitate parentibus progenitus: qui in se-  
culo sub Catholicorum Hispaniæ Regum Ferdinando  
etque, coniuge Elisabetha ligus ibrenuè natus: sed à

Lufitanis aliquando capuis, atque vinculis grauiffimis constrictis, miraculose à carcere liber egreditur: in cuius benefici memoriam, propoluit sibi (dùm possibilibus affortet) minotaurum ordinem assumere, vt hibernis ac plenus Deo vacaret. Quare ex consensu suæ vxoris, voto continentie iam emisso; ad prouinciam sancti Iacobi se contulit: vbi habitum religionis accipiens, bacorum fratrum numero adiunctus est; Domino famulaturus in consensu S. Mariæ de Angelis: qui tunc est i. prouinc. S. Gabrielis: vbi diuinitam prostraxit motam. Maximo spiritus feruore, cepit se exercere, in orationibus, abstinentijs, paupertate, austeritatibus penitentiarque operibus. Verùm ad maiora perfectionis incrementa aspirans, ingenti paucioris suæ Regule obseruationis zelo quotidie inflammatus: summe exoptabat reformationem fieri in ordine feraphico, qui pro tunc nimia relaxatione distulset, à patribus regulari palatit. Quare ope ac industria quorundam nobilium sibi amicis conuincitum, breue Apostolicum ab Alexandro V I. Papa obtinuit: quo conuentum extruendi Scalabie ( vulgo *Tragilla*) facultas illi concedebatur anno 1500. sicque reformationem inchoaret in Castellâ: sicut B. Ioannes à Guadalupe iam egerat in Granatensî regnâb; eo enim ipse B. Petrus iam habitum reformationis acceperat ann. 1497 & eius institutus fuit fratrum Reformatorum regni Castellæ: quo tempore multa graua passus est ab æmulis.

Post gloriosum obitum B. Ioannis Guadalupens. an. 1505. mensis Septembris: est denuò Custos institutus custodiae sancti Euangelij, cum plenitudine potestatis, per R. Patrem Ægidium de Amela, Generalem Ministrum totius ordinis: quo in officio confirmatus est anno 1506. 8. Iulij Per R. Patrem Gratianum à Cotignola, huius Generalatui successorem. Denique auctoritate Apostolica, electus est minister Prouincialis omnium Reformatorum Hispaniæ ann. 1509. quod tamen munus haud potuit exercere: sed rursus Custos institutus custodiae pietatis, in Lusitania; vbi pluribus annis vitam duxit, perfectione, ac sanctitate celeberrimam. Optit Borba, in consensu S. Mariæ de Consolatione: ibique sacrum eius corpus honorificè conditum reposescit. Ipsius egregie facta describitur Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 2. 4. 5. & 16. ex Ioanne Baptista Molez in suo memoriali prouinc. S. Gabrielis. Marcus Vlyssipouens. 3. parte supralib. 7. cap. 37. & libe. 9. cap. 19. Gonzaga sup. part. 3. in prouinc. Prezatis, & conuentu de Borba, qui est 7. huiusce prouinc. Item in prouinc. S. Gabrielis; conuentu 4. 6. 9. Speculum Fratrum minor. tract. 1. in Memorialis ord. fol. 79. Marianus libe. 1. cap. 15. 16. & 17. chronic. Antior. obseruat. reformæ. Ioannes à sancta Maria 1. part. chronic. prouinc. S. Ioseph lib. 1. cap. 4. Rapinuz histor. general. Recollecior. decad. à parte 1. 5. 2. & 4. item decad. 3. part. 1. & decad. 8. part. 1. 5. 6.

9. 6. *Beata Alexandrina, Virginis.* e] Oriunda erat ex Sulmone, Pelignorum vrbe, in regno Neapolitano ann. 1385. Patre Nicolao de Leno, viro nobili; quæ quindecim annos nata, habitum religionis suscepit in monasterio S. Claræ apud Sulmonem; vbi cum vita exemplari: & singulari obseruantia viginti tres annos

exegit. Ad eius imitationem, eundem illic habitum induit Beata Margareta Sulmonensis, cognata ipsius, magnæ sanctitatis virgo: de qua sup. ad 13. Ianuar. & 5. Septembris. itaque B. Alexandrina, vnâ cum prefata B. Margareta, & B. Lisa, cognatis: ac B. Gemma vidua, ob cuius diffidiam, ab vrbe Sulmone discedentes, Aquilam ( Deodiase) perueniunt. In ea autem peregrinatione, reliquit omnes B. Alexandrina ardentius monebat, vt aduersâ quæque x quo animo ferrent, cum Christi esset afflictorum consolatio, neque vnamquam dederat sperantes in se: orabatque instanter, vt Deus eas dirigeret iuxta beneuolentiam suæ diuine voluntatis. Habuit in monis hęc S. Virgo ab Angolo, vt fulgineum poterit, vnâ cum suis focus, quibus vltro obtemperantes iter direxerunt in Vmbriam. Fulgineson vrbe ingressæ, ann. 1415. die 11. illic (impetrante Domino) quendam locum obtinuerunt, die 15. eiusdem mensis, propè Ecclesiam S. Lucie virg. & Martyr. vbi constructo monasterio, sub nomine eiusdem S. Lucie, vitam illæ duxit propè Angelicam, sub cura B. Margarete, primæ illius loci Abbatisse. Verùm paulò post, an. scilicet 1419. cum illud conuicium à Martino V. Papa, fuisset reuocatum patrum minor. Obseruantium suppositum, tunc & ipsa B. Alexandrina prior Abbatisse est electa. Erat qui pre ingenium vix perfectione, & monastica obseruantia insignis. Fœuida in oratione & contemplatione, vnde multiplica uisitatione Christi cœlestis sponsi consolari meruit.

Maximè verb emicuit in charitate erga proximum: §. 7:

diligebat namque ex intimo cordis affectu, conuies sibi subditas monachas, cunctique comparabat in veritate; detrae aqua in monasterio, & puteus cùm esset effossus, nil fororum necessitati conferbat: ut certens pia mater, virtute suæ orationis perficit, quod à natura videbatur denegatum. Proderita etiam pollebat haui vulgari: & à Spiritu sancto edocta, multa prædicabat futura. Eius abstinentiæ, vigilie mortificationis, alæque penitentie erat quotidiana & rigide: plena fide & spe, coram Deo incedebat: profunda humilitate, & perfecta obedientia omnino exornata vsque in finem vite suæ. Ad beatum autem æternæ remunerationis præcurrens; obiit sanctissime hac die, an. 1458. cuius corpus burnatum est non sine luctu & planctu omnium qui aderant, maximè monialium. Ita, Marianus in appendic. & MS. monumenta Fulgines. Tullianus lib. 1. sup. in ordin. à monial. Clarissar. vbi de B. Gemma, Jacobillus de sanctis Fulgin. in vit. B. Alexandrina. wading. tom. 4. sup. ad ann. 1395. §. 1.

*Beata Magdalena Magalonsæ, Virginis.* f] De ea §. 2. agunt Barezus sup. lib. 1. cap. 25. ex Gonzaga sup. part. 3. vbi aliquot foretes Clarissæ, ( quæ peculiari aliqua sanctitatis prerogatiua emicuerunt ) sequelas Celsæ-Augustæ, in monasterio S. Catharæ ( quod est i. prouinc. Arragoniæ ) recenset: hauc B. monialem primò in modum adduxit: *Nempè sororem Magdalensæ Magalonsensis: vixta perpetua oratione atque contemplatione extitit; qua etiam de causa, plures molestias à Damonem premit.* Floreat ann. 1510. wadingibus tom. 1. sup. ad ann. 1334. §. 8. Valenarius de SS. Femin. ordin. minor. lib. 4. cap. 47.

## PRIDIE NONAS APRILIS:

§. 3. *B. Angeli à Clauasio, Conf. c.]* Pedemontanus erat natione, vir eruditissimus, quippe qui antingressum eius ad Ordinem seraphicum Doctor in iure Canonico, & in Theologia extiterat: Iustissimus celebratus, & in Diuini scripturis exercitatus, ingenio præstantis, eloquio clarus, deuotus, vita & moribus, æquè ac nomine Angelus. Humillimus erat, benignus, omnibusque assiduis, patiens in aduersis, haud elatus in prosperis, Prouincæ Genex electus fuit Vicarius Provincialis Obseruantiorum Fratrum. Cùm autem in Capitulo Generali Mantuano, ann. 1467. decretum fuisset, vt Prouincia Bohemiæ in tres, nempe Poloniæ, Austriacæ, & Bohemicæ diuideretur, R. P. Petrus de Neapoli, in Commissarium Generalem delectus est, vt præfati Capituli Generalis iussa executioni mandaret, cui aduocatus est socius ipse B. Angelus à Clauasio. Anno verò 1471. Aquilæ electus Commissarius Generalis Vltimontanus, & rexit, an. tribus.



Anno 1488. Papiæ secundò electus est ad idem officium, gubernavitque ann. tribus. Anno 1481. Romæ, coenam Summo Pont. Sixto IV. Nuntius ac Commissarius sanctæ Cruciatæ Apostolicus, cum potestate dispensandi circa contracta matrimonia in 3. ac 4. gradum affinitatis, & consanguinitatis, instituitur. Tunc eam tunc temporis Hydruntum in Apulia ceperrat. Rutilius ann. 1484. apud montem Aluernum, tertio eligitur Commissarius Generalis vltimontanus, & tribus annis familiam admittit. Hiis, quarto etiam coactus est idem mutui subire Urbani ann. 1489. quod exerceat an. 4. Interim Innocentius VIII. Papa, data Bulla 4. nonas Septemb. ann. 1491. Nuntium atque Commissarium Apostolicum cum potestatis plenitudine, contra Valdenses hereticos, creat.

- §. 3. **Dantium, vita & miraculis clarus, spiritum Deo reddidit, ann. 1495. sepultus Cunej, seu Cuni, in Conuentu S. Mariæ de Angelis, atque omnibus in gyro populis maxima in veneratione habitus. Pice clara edidit opera (inter quæ reuelat *sermo Angelica*), quibus nomen suum longè lateque divulgauit. Supplementum chronice, lib. 16. ad ann. Christi 1483. vult obisse, ann. 1499. Galterius, in tabula chronologica, cul. 1. de scriptorib. Ecclesie. Spondanus ad ann. 1487. Gneserius, in Bibliothec. Picquets, in catalog. viros illust. Ordini. immo. Argut de eo Maftus Vlyssiponenf. 3. part. sup. lib. 5. cap. 29. 47. & 52. Item lib. 6. cap. 32. 37. 40. & 41. Item lib. 7. cap. 11. & 16. Tithemius, & Bellarminus, tom. 7. de scriptorib. Ecclesie. Firmamentum vltimont. Ordinum, tract. I. in Menocali Ordinis seraph. sub 37.**

Generalitocius Ordin. minor. Gonzaga part. 1. sup. in scriptorib. Ecclesie. ad BB. vltis huicque Ordini. Itè part. 2. in Conuentu 17. Prouinc. Tuscæ. Item in Conuentu 23. & 31. Prouinc. Genuæ. Item in Prouinc. Bohemæ, & Basilicæ. Canon, lib. 3. chronice. xrate 4. sub anno Christi 1479. Villotus Athenar. Orthodoxar. Franciscan. littera A. Barezus 4. part. chronice. minor. lib. 1. cap. 56. Choppinus lib. 1. Monastic. ital. 1. §. 16. Toffinius lib. 2. lulior. seraph. Genebradus in Innocentio VIII.

**B. Antonij Cetrarij, Confess. §.]** Hic religiosissimus atque omni commendatione dignissimus existit, professione quidem laicæ, sed sanctitate conspicuus, cuius sacrum corpus iacet Constantiæ in Conuentu S. Francisci, qui est 7. Prouinc. Calabriæ. Ita Gonzaga ibid. part. 1. sup. & Barezus sup. lib. 2. cap. 19. ad ann. 1530. & Vvadinghus tom. 4. Annal. minor. ad ann. 1399. §. 61.

**B. Francisci, Confess. §.]** Lusitanus erit natione, vitæ exemplaris vitæ, orationi admodum deditus, & ingentis spiritus seu uoce præditus. Cùm motaretur apud Cõueniunt *Villa viciosa*, sanctissimè obiit in infirmitate de *Zaragoza*. Videt Ioannem à sancta Maria, part. 1. chronice. Prouinc. S. Iosephi, lib. 1. cap. 42. viuere ann. 1550.

**B. Ioannis, Confess. §.]** Forbetur ad Dominum migravit, omnia virtutum genere exornatus. Coniugis sacri eius corpus adhuc in opus Compleuit apud Fratres minores, teste Daça, 4. part. chronice. minor. lib. 3. cap. 64. ad ann. 1570. ex Antiq. MS. Monumentis.

## PRIDIE IDVS APRILIS.

**SAGII** in Neustria, Beati Stephani à Barguello, Martyris, generis nobilitate & scientia illustris, quæ à Caluinianis hæreticis in Conuentu prehensus, & ad secundum lapidem à Sagiensi vrbe deductus, ibi plurimis confossus vulneribus, gloriosè pro Christo interijt. In Gallia, Beati Radulphi, Confessoris, Doctoris eximij, vitæ sanctitate conspicui. Caietz, in regno Neapolitano, Beatorum Gerardi & Symonis, Confessorum, qui pietate, obedientia, ac religione insignes extiterunt. Bononiz, Beati Ioannæ de Lambertinis, Virginis, quæ claris orationibus, in paupertate, humilitate, & castimonia, meruit ad vitæ vsque finem Christo sponso famulari. Gebennæ in Gallia, Beati Anonymæ, Virginis. Bellalcazari in Territorio Cordubensi, Beati Franciscæ de sancta Clara, Abbatissæ, humilitate & patientia spectabilis.

## APRILIS XII.

- §. 1. **Beati Stephani à Barguello, Martyris, §.]** Duxit originem à Parochia Burgunica, Sagiensis Diocesis, nobili genere natus; vir doctissimus erat, & B. Ioannis Borgia, Martyris, Discipulus. Passus est anno Christi 1568. seu 1569. & in Capitulo Conuentus S. Leonardi Sagiensis (qui est 1. Prouinc. Franciæ Patricens.) religiosè sepultus. Hæc ex Gonzaga in eod. Conuentu, part. 3. Orig. seraph. relig. Barezus 4. part. chronice. minor. lib. 5. cap. 17. Daça, ibid. lib. 3. cap. 53. ad ann. 1567. Vvadingho tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1226. §. 62.
- §. 2. **B. Radulphi, Confess. §.]** De eo arguit Marcus Vlyssiponenf. 2. part. chronice. minor. lib. 1. cap. 13. sub ann. 1245. Vvadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1234. §. 13. Na-

tionem Anglus erat, Doctorque Theologus. Qui potius delegit Cachetram Magistralem Iustitiæ, Episcopatumque sibi à Rege Angli oblatum relinquere, quàm rebus sacralibus diuicijs inquerari. Nec multum interposuit moram, quin statim minorum Fratrum se committeret sodalitati, in quo sanctissimè vitæ, ac obiit circa ann. 1270. vocabatur antea Rodolphus *Ehsfab*, quem opinor eundem esse cum Rodolpho *Coleburno*, cuius meminere Thomas Ecclestonus de exordio minor. in Anglia MS. Gonzaga part. 1. sup. in Conuentu Paris. Sixtus Senens. in Bibliothec. Villiens. in Athenar. Orthodoxar. Franciscan. Pricus, in Appendic. de scriptor. Angl. Vvadinghus sup. tom. 2. ad ann. 1270. §. 16.

- §. 3. *B. Gerardi & Simonis, Conf. c]* Virtute & pietate insignes, florebant circa ann. 1355. Horum mentionem facit Gonzaga sup. part. 2 in Conuentu sancti Francisci Calceæ, quæ est 7. Prouinc. Terræ Laboris. *Abund quaque mirabilia (inquit) diuini Latris Fratris hoc in ipso loco cœnuit. Præparauerunt se ipsi, pro modulo, ad Sacram communionem, cum cæteris Fratris, de Religiosa morte, in die eadem Domini facendam: Cuiusque nil minus rogarent, à loci Guardiano (rogebat si quidem necessitas) pascua manducaturi, ut in interem mutuantur. Quos tandem domum Cardinis recepit, cum & Diuinum Officium persolutam, & reliquos Fratres mensa assistentes inuenissent, Sacellum, ubi venerabile Christi Corpus de more assuetudine, contempta refectione, petunt: ibique suæ uicæ, quod sacra communione intantia solemnitate præuenitur, miseriam dolentes, gemantibus ac singultibus ausim uocabant: Dumque cubili inuani rogatærat, ex ipsa arcula, qua sacra sancta Eucharistia reuocabatur, grauissimas quidam, pali herimas, ac composissimas ueniens prestig, qui asserens se Christum Dominum esse uerum utriusque sacram communionem portexit, statimque locum, uadit præderat, reposit. Extant adhuc uestigia pedum ipsius panimento eius facellæ, in quo hoc contigit, impressa, atque seruis crastinulis cœnula, in super & inferiora ipsa parietis depicta adhuc inuisiue, ipsi uero Latris Fratres meritis optima hoc in eodem loco obseruati sepultique sunt. Barezus hæc eadem testatur lib. 2. sup. cap. 19. Marcus Vlyssiponensis, ad annum 1269. 2. part. chronic. lib. 2. cap. 22. §. 1. Vvadingustom. 1. sup. ad ann. 1222. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1355. §. 4. ex Martiano libro quarto, capite duodecimo.*

- §. 4. *B. Iocanae de Lambertinis, Virginis, d]* Virgo fuit

nobilissima pariterque sanctissima, quæ uix cum B. Catharina Bononiensi, prodiit ex Monasterio corporis Christi Ferrariæ; vt simul Bononiam uenientes; nouum inibi canobium Monialium corporis Christi extraxerent. Bononiam igitur ingressæ 22. Iulij, an. 1456. illius Domus B. Catharina prima instituitur Abbatissa: B. uero Ioanna, prima Vicaria, quæ sanctissimam vitam duxit, ac feliciter ibidem è uita cetera cessit, cuius sacrum Corpus humatum est in eodem Monasterio: quod cum in conuulsiu tremeterio diu latuisset; effossa a laterra, situm illud quoque fragrauit: quapropter inde exhumatum, ad locellum quendam summo sub altari translatum est. Sed tempore successu, ex eo quoque loco eoductum, percedent B. Catharinæ adiunctum fuit. Memoratur à Gonzaga sup. part. 2. in 1. 3. Monasterij, Prouinc. Bononiens. Barezus sup. lib. 1. cap. 43. sub ann. 1526. Toffiniano lib. 1. histor. seraph. Elzeario, lib. 2. cap. 6. Sacri Mont. Olinet. Valeriano, de BB. Feminiæ Ordinis minor. lib. 4. cap. 10.

*B. Anonyma, Virgin. c]* Hæc, uix quæ sanctitate exornata, decessit. circa ann. 1500. Vide Foderetum, in Descriptione Monasterij Annesiatiensis, Diocæs. Gebonensis.

*B. Francisca, Abbatissa, f]* Tanta humilitate pollebat, licet Abbatissa, vt se nunquam tæduerit quæuis opprobria & persequutiones pro Christo pati, diem præterit sui obitus, glorioseque post mortem apparuit: ut testatur Daça 4. part. chronit. minor. lib. 1. c. 77. Florebat circa ann. 1570. in Monasterio Bellacensis, quod est 1. Prouinc. Angelot.

## IDIBVS APRILIS.

**I**N India, apud Thamnam Sarracenorum ciuitatem, passio Beatorum <sup>a</sup> Thomæ Iacobi, Petri, & Demetrii, Martyrum, qui sub Melico præside, plurimis pro Christo tormentis superatis, victores migrarunt in cælum. Primò etenim sub ardentissimo sole positi, vim eius vrentem ab hora tertia vsque ad nonam patientissimè sustulerunt: exinde Iacobus in ignem paratum semel & iterum iniicitur, sed ab eo nil læsus, caput illi abscinditur. Thomas, gladio in gutture infixio occiditur. Demetrius pluribus ensis ictibus transuerberatus, capitis detruncatione necatur, atque membratim in frustra dissecatur. Petrus uero flagellis crudeliter cæsus, suspensio ad iudicatur, ubi biduo pendens nilque mali sentiens, ad victimum è ligno depositus, caput ei amputatur. In Gallia, Beatorum <sup>b</sup> Martirum Ludouici Balleij, alterius item Ludouici Panetij, qui in persecutione hæreticorum, gladio cædente, Martyrium compleuerunt. Lutetiæ Parisiorum, Beati <sup>c</sup> Gundisalui, Confessoris, & Doctoris eximij, qui ex Prouinciali Castellæ, ad Generalatum totius ordinis minorum assumptus tantò studuit humilitati, puritati, paupertati, zeloque Observantia Regularis, vt ordinem vniuersum videtur ad pristinum splendorem suo exemplo reducere, quibus in operibus vsque ad finem perseuerans, feliciter in Domino obdormiuit. Nouesij in Germania, Beati <sup>d</sup> Nicolai, Confessoris, signis & virtutibus gloriosi.

9. 1. **B** eatorum quatuor Martyrum, a] Horu' celebre Marti-  
rum ducimus ex fidei relatione plurimum vito-  
rum, qui gloriofo illorum triumpho adfuerunt, quales funt,  
F. Iordanus & F. Franciscus ex Ordine Predicator. F. Pe-  
trus, Vicarius Fratrum minor. in Oriente, F. Iacobus à  
Camerino, cultus apud Tauantium, aliaq; non pauci  
passi funt an. Dom. 1521. feria 5. ante Dominic. Palma-  
rum, quorum duo primi, scilicet P. Thomas de Tolenti-  
ni, Prouine. Mar ehar. senex, viceracand. carnicitii, & F.  
Iacobus Paduani, erant Sacerdotes: duo autem alij, vi-  
delicet B. Demetrius de Tofolo Virginius, & Petrus de  
Senis, Fratres laici. Eorum autem omnium mentionem  
facit D. Antoninus, dicens. Anno Dom. 1521. Feria 5. post  
Dimitianam. de Passione quatuor de Ordine Fratrum minor.  
in Tauantium Sarracenorum fuerunt Martyria coronati,  
scilicet. F. Thomas de Tolentino, F. Iacobus de Padua, Demetrius  
Laicus, seu Conuersus, ferens linguas varias, & Petrus de  
Senis, cum prædicatori fidei Christi, & Mahometum asse-  
rentem filium perditur, & legem suam abominabilem, pri-  
mo ignis traditus fuit sed cum nihil ignis lestanti intulisset,  
dum prædicantibus accipi fuit, & miracula aliqua facta  
sunt. Hæc ille 3. part. hystoriar. euil. 24. cap. 9. §. 15. qui-  
bus in verbis quedam veniunt notanda.

9. 2. **P** rimum, ait id euentus an. Christi 1131. cui cõsentit, B.  
Bartholomæus Pifanus, an cõformit. Ordin. lib. 1. fruct.  
8. part. 2. & Vvading. Licet alij, vt Marcus Vlyffip-  
onenf. part. 2. chron. S. Franci. lib. 7. cap. 55. Firmamen-  
tum trium Ord. tract. 1. in Memoriali Ord. sub 18.  
Generali. Speculum Fratrum minor. ibid. ad ann. 1522.  
referunt. Secundò scribit præfatos Martyres omnes in  
ignem coniectos fuisse, quod ceteri haud admittunt,  
nisi de solo B. Iacobo. Quorum F. Iacobus (inquit B.  
Bartholomæus Pifanus sup.) postquam primo ignis habitus in  
igne, & postea sine habitu, atque alio torto peruenit, ut fer-  
elibus ardet, Domina virtute ignis bis factus extinguitur. Fa-  
tetur quiddè Marcus Vlyffipon. c. 37. sup. omnes prædi-  
ctos sanctos pyram ingrediti vultisse, & B. Thomam,  
vidè alius (nisi à Mauris impeditus fuisse) præbuisse, sed  
B. Iacobum, vt pote innuente, à Sarracenis in ignem  
proiectum fuisse, à quo tamen liber & incolonus eua-  
sit. Textio narrat miracula nonnulla circa eos Martyres  
tunc edita: quod idem testatur Marcus Vlyffiponenf.  
40. 41. & 42. ibid. Vide Gonzaga part. 4. Orig. se-  
raph. relig. in Conuento to. Prouinc. S. Thomæ.

9. 3. **P** oterò B. Thomæ adhibe Memit Marcus Vlyffip.  
sup. lib. 5. ca. 12. §. 1. & cap. 18. §. 2. & Gonzaga ib. part.  
1. in BB. viuis hystorie Ord. Toflianensis lib. 1. hystor. se-  
raph. & lib. 2. in Generali. 4. Vvadinghus to. 2. Annal.  
minor. ad an. 1275. §. 2. 1289. §. 2. 4. 1290. §. 10. 1292. §.  
2. & 2. 1267. §. 29. & to. 3. 1311. & to. 4. an. 1399. §. 50.  
Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. in Fratrib. minor.  
pro Christo passis apud Infidèles. Algezura in Arboro  
Epidiolicæ totius Ord. Franciscan. Ignisus de Gault.  
de sanctitate Rom. Eccles. ca. 1. scct. 2. Picquetus in ca-  
talog. viro. illust. Ord. minor. Bosius to. 1. de signis Ec-  
cles. lib. 7. ca. 3. t. 1. 13. Marianus lib. 4. cap. 6. Ferdin-  
andus de Castello, part. 3. chonic. Prædicat. cap. 45.  
Bosius ann. 1119. §. 12.

9. 4. **B** B. Iudonis Balcy, & Ludonici Panetij, b] Memento  
horum illustre pro defensione fidei Catholice Marti-  
rium à Barezo 4. part. chron. lib. 5. cap. 13. Daça ibid.  
lib. 5. cap. 8. ad an. 1567. post Gonzaga part. 4. Orig. se-  
raph. relig. part. 3. in Conuento Carnotensij, qui est 15.  
Prouinc. Franciæ, nisi verbus. Oblitus nullo modo debet  
dari Martyrium (cuius odor vbiq; redoleat) dixerunt probatif-

simè conuersationis Patrum huiusce Carnotensij Conuentus  
filiorum, quibus amica erant. Iudonis Balcy, & Lu-  
donici Panetij. Hi cum ex obediencia marcerent, & vni-  
us in Conuento M. Idelfij, alter in Stampensij, gladio vrfandi-  
fimarum Hungaricorum, cum cordis incedibili magnan-  
imitate occubuerunt, & 10. Dennis quiescerent. Clauuerunt  
circa ann. Christi 1568.

B. Gudsafalo, Conf. ] Hic B. Gudsafaloni cen Gonsal-  
uus, de Valbona nuncupatus, Gallæcie, Prouinc. S. Ia-  
cobi alumnus, in sacra Theologia magister, nobili na-  
tus prosapia erat, sed moribus illustrior extitit. Ob illius  
ingentia merita, ex Ministro Prouinciali Castellæ, in  
Generalem electus est vnanimè omnium Fratrum con-  
sentio, ann. 1304. in Capitulo Generali apud A. Biliuim  
celebrato. Vt autem zelator erat suæ regulæ, & amator  
Eugelicæ paupertatis, cepit & alios Fratres ad obser-  
uantiam sui instituti promouere, volens vt ab omnibus  
constitutionibus antiquæ, & superuæ præferentia serua-  
rentur. Itaque per Ordinem discutens, ædificia sum-  
ptuosa diru faciebatur, vestes excedens, Fratribus austeri-  
bus Eleemosynas perpetuas relinquere, & annuales  
redditus quibuscumq; obligationibus demittere com-  
pellebat. Inde totum ordinem ex proprio alio legitur in  
vita sua, sententias excommunicationis ferens contra  
omnes Fratres subditos & Prælatos, nisi infra certum  
tempus, illis, à quibus habebant redditus, vel eorum  
hæredibus resignarent, quod etiam factum fuit, quare  
ab aliquibus Fratribus persecutione hæud modicè pas-  
sus est. Ad eod autem humilis fuit, vt scutellas fratrum  
lauare in pelui lapidea, & alia abiectione opera minime  
dedignaretur agere. Cum igitur in Galliam profectus  
esset, & Conuentum Parisiensem visitaret, ibidem diè  
clausæ extremum, maximo Christi 1313. postquam vniuer-  
sum ordinem, animo cupit zelo virtutis, & non mino-  
ri honore, laude, ac sanctitate vite reuulset ann. 9. Idem  
verò paulò post obitum, quibuldam Fratribus viderem  
Conuentus, apparuit gloriosus, in Throno sedens,  
cum sceptro & aurea corona, quibus à Christo dona-  
tus erat, eo quod purissimè obseruati R. regulæ se-  
culò fluiderat. Arguit de eo S. Antoninus 3. part. hist.  
titul. 24. cap. 9. §. 13. B. Bartholomæus Pifanus lib. 2.  
conformitat. fruct. 8. part. 2. vbi de Generalibus Ordinis  
Speculum Fratrum minor. ibid. & Firmamentum  
trium Ordinum, tract. 1. in Memoriali. Ord. sub 16. c. 6.  
Generali. Gonzaga, de Orig. seraph. relig. part. 2. vbi  
de Generalib. Francicis. & in Conuento Parisiensi.  
Ex Aluaro Pelagio, Episcopo Syluenci, huiusce Ord.  
alumno, de Planctu Ecclesie, lib. 2. cap. 33. & 67. Mar-  
cus Vlyffiponenf. 2. part. chon. lib. 6. cap. 28. & lib.  
7. cap. 19. & 11. post Marianum, & chronicas antiquas  
Ordin. Toflianensis lib. 2. in eo. Vvadinghus rom. j. an.  
1313. §. 11.

B. Nicolai, Conf. ] Laicus erat professione, quian.  
Christi 1275. idibus Aprilis dormitans inter mortis accepit  
Nensij Misa, cum Nassa vel Misasa, Colonæ; per  
quem Deus in vita eius ac post obitum conuulsa opus  
ratum est miracula, quorum testator comitatus Pifanus,  
sup. fruct. 8. & 11. part. 2. in Prouinc. Colonensij.  
Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. lib. 2. Brouisus tom. 13.  
ad ann. 1275. §. 18. Picquetus sup. ibid. Marcus Vlyffip-  
onenf. sup. part. 2. lib. 9. c. 29. §. 3. ad ann. 1365. T. of-  
lianensis lib. 1. sup. Gonzaga part. 1. sup. in BB. viuis hu-  
iuse Ord. Vvadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1249. §.  
5. 9. & tom. 1. an. 1310. §. 17. Siegue differt ab alio,  
Beato Nicolao de Reno, qui cognominatus est  
humilis,

§. 3.

§. 6.

hamis, eratque Sacerdos & Interpres, ac postea Cultor Saxoniae anno millesimo ducentesimo vigesimo

quinto, apud Vvadingum eo anno 3. vigesimo primo & vigesimo secundo.

## DECIMO OCTAVO KALENDAS MAII.

**I**N Pago Bituricensi, Beati <sup>a</sup> Petri Odionis, Martyris: qui ob eximiam litterarum eruditionem, Lector in sacra Theologia factus, dum concionaturus apud Castrum Ofantum illic aduenisset, ab hereticis insidiosus est iugularus. In Anglia; Beati <sup>b</sup> Rodulphi, Episcopi & Confessoris, qui Episcopatu Herfordiensi resignato Ordinem Seraphicum ingressus, humilitate, paupertate, obedientia, & vite perfectione, maxime refulsit, ac sancto sine quieuit. Apud Camignam Lusitaniae oppidum, ad ostium Minij fluminis, iuxta mare, Beati <sup>c</sup> Domini à Sancto Juliano, Confessoris. Montilliz in Hispania, Beatae <sup>d</sup> Mariae à Luna, Virginis: quae nobili genere nata, religione, ac pietate, viteque sanctimonia etiam floruit.

## APRILIS XIV.

- §. 1. **B**eati Petri Odionis, Martyris. \*] Dum Gallia superfluentibus bellis, ac seditionibus quateretur: gloriosum vite finem hic Beatus Martyr sortitus est, sub annum millesimum quingentesimum sexagesimum, secundum Gontzagam tertia parte originis alphabeticæ religion. in Comenota minor. Castrum Rodulphi, quæ est 3. provincie Turoniae Pictavenfis, si verò Barrezo quarta parte chronice. numerum libro sexto capite decunoxeto tradimus: circa annum millesimum quingentesimum septuagesimum secundum accidit, Daqz ibid. libro tertio capite quinquagesimo primo ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum quinquem. De eo hæc refert prefatus Gontzaga. *Multa pro christa supplicia horrenda præcepit sancti astra, miseris illis temporum sua, quærum plerique pro fide Christi martyrio accubuerunt. Digni profecto, quoniam memoriam posteritati commendamus: quia charitas hæc à nobis expulsa; inter quos Pater, Frater Petrus Odion tunc Lector considerans Conuentum, in quodam castello, Ofant, vocata, exceptus hospitio, ab hereticis insidiosè irredatus est. Item part. 1. vbi de BB. viris humilice ordinis. Beatus Pater, Petrus Odion, in Conuentu Radulphorum provincie Turoniae Pictavenfis, sub impostis hæreticis animam creatus reddidit. Erat enim hic B. Martyr, Conuentus Castrum Radulphi alumnus: qui exiit in finibus Archiepiscopatus Bituricensis. Illius meminit Ioannes Benedicth in fine Epistol. delicator, ad summam peccatorum, per eum editam. Hilson à Coilla libr. 2. histor. catholice. pag. 163. Marcus Vlyssiponenfis tertia parte chronice. minor. lib. 9. cap. 38. Bolius tom. 1. de signis Ecclesie. libr. 7. cap. 3. fecul. 9. Baouus tom. 13. ad ann. 1235. §. 2. Fernandus lib. 3. histor. Ecclesie. cap. 19. Gramma in voce Turonensis part. 2. cap. 14. Vvadingus tom. 4. annal. minor. ad ann. 1388. §. 10.*

- §. 2. **B**eati Rodulphi Episcopi & Confessoris. b.] De eo agunt Beatus Bartholomæus Pisanus libr. 1. confessorum. fruct. 8. part. 2. vbi de viris humilice ordinis sanctitate illustrat. in provincia Anglia. Item part. 3. ibidem in Episcopos eiusd. ordinis. Codex MS. Biblioth. S. Victor. Parisiensis. ibid. Marcus Vlyssiponenfis part. 2. chronice. minor. lib. 1. cap. 13. S. Antonius 3. part. historice. tit. 24. cap. 7. §. 1. item cap. 9. §. 1. vbi quomodo ordinem seraphicum usque sit, ita delectat. *Quæritiam tempore, magne perfectionis vir, Do-*

*minus Rodulphus Anglicus, & Episcopus Herfordensis, magister in Theologia clarus, qui ipsum ordinem ingressus est, hæc visum. Cum enim earet, rapit est in calum ad inuendum mansiones eiusdem supernum: nullumque ibi videns inter sanctos diversarum religionum ex ordine videndum ad quem facta erat affectus, mirabatur. Tunc apparuit ei una mulierum pulcherrima, Dei genitrix Maria: quid animo voluerat inquisit. Cui cum respondisset super eo stupere, quod nullum inter sanctos aliarum religionum videret Ordinis Minorum: cum tamen in Ecclesia Dei, in tanta recrudesceret, & tantum fructum salutis animarum offerret, respondit. Veni mecum, & egredere, ubi maneat, indicabo. Et cetera de FF. minoribus Christi familiariter adhaerentes: & dixit. Ecce sub alio iudicio sunt: salus cum illis animam tuam. Quam visionem in sermone attendens, ordinem minorum intravit, auctoritate Papa Gregorius IX. Tullianus libr. 2. sub F. Heliæ generali Vvadingus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1210. §. 61. & 1214. §. 13. Harpsfeldus lib. 13. cap. 21. qui cum vocat Robertum, sed mendose. Marianus lib. 2. cap. 8. à Beila in chronac. MS.*

**B**eati Damiani, Confessoris. c.] Annis decem & vltima, tanto studio mundo valedixit & mensis recollectioni incubuit: vt neque semel ad ostium cornuboli toto hoc tempore accesserit, pane tantum & aqua contentus, & vnicâ tunica læta, in multis locis reserata ex pelle lupi marini. Ita Montemata Manuscripta provincie Sanctæ Antonij in Partu galliæ obit etenim sanctissimè in Conuentu alius provincie: vide Vvadingum tomo quarto supra ad annum millesimum trecentessimum nonagesimum secundum §. decimono.

**B**eatae Mariae à Luna, Virginis. d.] Hæc virgo inclinata, Deoque deuota, Maria à Luna, Phœnicum Marchionis filia, Christo sponso finitus oblectantia factam ædem in Sanctæ Virginis. Clarae honorem, simul atque contiguum sibi Monasterium (quod 50. Vvanda forores Clarissæ frequentius inhabitant) intra castrum oppidi, cui *Montilliz* nomen est, septa ex ea; quæ libi à parentibus obtinuerat, hæreditaria portione, anno restituit salubri humanæ 1512. à fundamentis orti, perlicite curauit: atque communonem regulam cum ceteris sororibus professâ, sanctissimam vitam ad vltimum usque habitum

ibidem dicitur. *Quare* eximitur eius virtutum odore ubique diffuso, quamplures nobilissimæ adolescentulæ, mundo, ac sæculi vanitatibus abrenunciantes, monasticam vitam amplecti sunt. Tandem eo in cœnobio virtutibus clara, excolitèr vias, multis cum indicis optime perfectionis & probitæ sanctitatis. De

eaque Gonzaga tertia parte oeg. seraphic. relig. in eo Monasterio, quod est 19. provincie Granatenis & Barezus quarta parte chronie. minor. libro primo capite vigesimo. Valerianus de Sanctis Formis ordinis minor. libro quarto, capite secundo.

## DECIMOSEPTIMO KALENDAS MAII

**I**N Quadro Babyloniz, Beati <sup>a</sup> Ioannis à Montepolitiano, Martyris, qui à Sarracenis pro Christi nomine varia tormenta perpeffus, ad vltimum in duas partes dissecat, victor migravit ad Dominum. In Italia, Beati <sup>b</sup> Laurentij Panormitani, Confessoris, ac concionatoris eximij; qui eruditione, religione, ac virtute insignis, Commissarij Apostolici ad insulas Orientales præclaro functus est officio. Barcinonæ, Beati <sup>c</sup> Benedicti à Valentia, Confessoris: qui potens opere & sermone, Provincias Arragoniz & Maioricarum, sanctissimè rexit, ingentibusque signis refulsit. In Vmbria, propè Montem - Falcum, Beati <sup>d</sup> Francisci à Stronconio, Confessoris: cuius sanctitatem miracula crebrò per eum edita testantur. Histonijs, in Apulia, Beati <sup>e</sup> Aloisij à Gulionissio, Confessoris: dono curacionum indyti.

### APRILIS XV.

9. 1. **B**eati Ioannis à Montepolitiano, Martyr. <sup>a</sup> Vocabatur B. Ioannes Martinus à Montepolitiano Provincie Tuscie alumnus; qui cum quendam civem Genensem reperisset in Babylonia Quadri, seu Cayro, fidem Chastitatem abnegasse & tanpotèr defudavit in reuocatione illius ad Ecclesiam, vt opusatum finem conseruatus sit. Quod Mazin ac Sarraceni perspicientes; eos protinus in vincula conseruauerunt; & primò quidem nimis ac diuersis tormentis, deinde vobis pacificis & promissis conuasi sunt eos in suam sententiam trahere: verùm cum id frustra tentatum esset, sæcularis Christianus conuersus capite truncatus est: Beatus verò Ioannes in duas partes dissectus, ad coelos euolans: anno Christi millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, De eo scripto Firmamentum terram Ordinum tractatu priuato in Memoriali Ordinis minorum sub vigesimo Generali Ministro huius seraphicæ religionis. Speculum Fratrum minorum ibidem. Marcus Vlyssiponenfis secunda parte chronie. minorum, libro nono, capite nono ex chronie antiq. & Mariano. Gonzaga secunda parte oeg. seraphic. relig. in commentis 27. provincie Tuscie. Bosius tom. 2. de signis Eccles. libro septimo, capite tertio sæculi 14. Toffianus. libro priuato histor. seraphic. Algeria in Arbore Epilogica octauis ordinis Franciscani. Picquetus in catalogo virorum illustrium ordinis minorum. vadinghus tomo tertio anno millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, §. quinto.

9. 1. **B**eati Laurentij Panormitani, Confessoris. <sup>b</sup> Vir vique doctissimus fuit, atque egregius concionator; virtutibus admodum exornatus, & magna religione præditus; qui à Summo Pontifice Pio II. de consensu ac consilio ablegatus est Coemeterij Apostolicus ad insulas Orientales, vt harum regionum populos excitaret ad arma fumen à pro defensione fidelis Christianitatis contra Turcas. Illius meminit Marcus Vlyssiponenfis supra parte tertia libro quarto capite vigesimo octauo. Toffianus libro 1. in provincie Sicilie.

**B**eati Benedicti à Valentia, Confessoris. <sup>c</sup> Agunt de eo §. 3. Marcus Vlyssiponenfis tertia parte supra libro septimo, capite decimo sexto. Gonzaga parte tertia supra in Monasterio sanctæ Veronicæ Alicanti, quod est 6. provincie Valentie. Insignis concionator extitit: tantoque zelo ac feruore prædicabat, vt & audientes in ituporem adduceret: quapropter Rex Catholicus libentissimè illius concionibus intererat: & sibi in peccatis Ecclesiastem delegerat. Provincialis Minister factus provinciarum Arragoniz & Maioricarum, inibi verbum Dei egregiè dilectum: ita vt deuotionem eius regionum populi non modicum intulerit. Præfens altum in miraculo nimis operato, an. 1489. quando, vrbe Alicanto, maxima scierate laborante in iugo sanctæ Veronicæ, seruo impressa, processionaliter delata: ad eius ostensionem, per ipsum Bestum Benedictum, Alicantensi populo de iuggetu factam, abundantissime aquis de celo subministratæ sunt. Obiit ann. 1490. atque tumulatus est in Conuentu Sanctæ Mariæ de lesa, extra muros Barcinonens. ciuitatis: vbi condigno honore veneratur; ob vigentia à Deo per eum populo exhibita beneficia. Brounus to. 12. annal. Eccles. ad an. 1490. §. 31.

**B**eati Francisci à Stronconio, Confessoris. <sup>d</sup> Ab oppido Vmbrie cognomen accepit: fuitque provincie Sancti Francisci alumnus & inter Patres Pontificum minorum pietè educatus, maximis virtutibus, ac vix perfectione valde respiciendus: cuius sanctitas tanta extitit vt Deus plura per eum miracula operari dignatus sit. Floruit an. 1315. obiit que apud Conuentum Sancti Fortunati de Monte-Falco: vbi magna veneratione habetur ab hinc huius æcolis. Scribitur de eo Gonzaga parte secunda supra in prefixato Conuentu, qui est 11. provincie Sancti Francisci. Barezus quarta parte chronie minorum libro primo, capite vigesimo nono sub anno Christi millesimo quingentesimo de eismilseptuim. Toffianus libro secundo in provincie Sancti Francisci.

5. *Beati Aloijj, Confessoris. c.]* Alojus, siue Ludovicus nuncupatus est, Histoni, obiit in comitatu S. Honensij; vir vtiq; sui status atq; professionis zelantissimus, qui plurimos infirmos ad huc viuentis miraculose curauit. Memoratur à Gonzaga parte locun-

da supra in hoc comento, qui est 3. prouincia Sancti Angeli. Barezio supra libro tertio, capite sexagesimo ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum. Grauia in *uoce Trivisii*, part. 2. cap. 24.

## DECIMOSEXTO KALENDAS MAII

**A** Pud Nontronium Aquitanorum oppidum, BB. <sup>a</sup> Mathzi Monfajonij; conuentus illius loci Guardiani: Ioannis Borferiani: alterius item Ioannis Broterij, Martyrum: qui ob fidei Catholicæ confessionem, ab hæreticis tenti, & opprobriis lacesiti, atque flagris dirissimè cæsis atrocissimè neci traduntur. Compluti, in Hispania, Beati <sup>b</sup> Alphonsi Sartoris, Confessoris: humilitate, obedientia, ac prophetiæ dono sublimis. Orapessæ in territorio Abulensi Beati <sup>c</sup> Hieronymi de Yclues, Confessoris: præcipuarum excellentia virtutum præclari. Consentiz, Beati <sup>d</sup> Ioannis à Castro-Villari, Diaconi: vita & miraculis clari. Apud Valuerdem oppidum, in territorio Hispalensi; Beati <sup>e</sup> Bernardi à Laredo, Confessoris; qui humilitate, abstinentia, charitate, patientia, & oratione pollens; signis admirandis, maximè aduersus Dæmones, eluxit. Moroni, in eadem prouincia, Beati <sup>f</sup> Andrzæ à Guirola, Confessoris. Abulz, Beati <sup>g</sup> Petri à Sancto Bonauentura, Confessoris: admirandæ humilitatis viri. Calatagironè, in Sicilia, Beati <sup>h</sup> Iacobi de Parisio, Confessoris: gloria miraculorum conspicui.

## APRILIS XVI.

5. 1. **B** *Beatrum Mathzi Monfajonij, etc. Martyrum. \** Sanguinasi) feculis nouissim hæreticis funam omnem firmam sperantes, conuentum Nontronianum vniuersâ supellectile, cunctiq; monumentis spoliarunt: & iurinis cocumis laudandos Patres; B. Mathzium Monfajonium, eius Guardianum, atq; custodiz Lemouicens. eisdem, necnon de insignem Ecclesiastem; B. Ioannem Borferianum, & Beatum Ioannem Borferium, viros religiosissimos atq; deuotissimos; opprobriis, dactetis, atq; flagris supra modum diuexatos, atrocissimè neci, ob Catholicæ fidei, ac Pontificæ auctoritatis confessionem, traderunt: an. 1569. Agunt de eis Gonzaga 3. part. ong. seraphic. relig. in præfatio conuenta, qui est 42. prouinc. Aquitaniz tocentionis. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 5. cap. 17. Daça, ibidem libe. 3. cap. 58. ad an. 1567. wadinghus tom 4. ad an. 1400. §. 35.

5. 2. *Beati Alphonsi Sartoris, Confessoris. b.]* Memoratur ab eodem Barezio supra lib. 2. cap. 45. post Gonzagam part. 3. supra in conuentu sanctæ Mariæ de Iesu Complutensi, qui est 2. prouinc. Castellæ: hisce verbis. *Hoc in eodem conuentu, signatus est bona memoria, ac summa facultatis vir, Frater Alphonsus Sartor, qui ob caritas eius vniuersi, spiritus propheticæ, quo cuncta prædixit, à Deo insignitissimè: etc.* Item part. 1. in BB. viis huiusce ordinis, mentionem illius facit Picqueus in catalog. viror. illust. ordin. minor. Florebat an. 1525.

5. 3. *Beati Hieronymi, Confessoris. c.]* Lusitanus erat natione; vitam transiegit in otiosam animi tranquillitate, silentio, mortificatione, & penitentia, nihil particulare vquam habuit, aut concupuit; habitu viliori, &

aspero vestiebatur; & semper discalceatus incedebat; tantoque spiritus feruore Ecclesiam petebat, vt Choro, pro diuino officio persoluendo, iugiter interfueret, cuiusli quandoque æger esset, aut febribus laboraret. Orationi, flexis genibus, quasi continud vacabat, lectiois librorum spiritualium, & vitarum sanctorum attentissimè instabat: vt postea opere completeret. Magister nouitiorum, ac postea Guardianus conuentus Dominæ nostræ de *Rosario* effectus, eam curam egit tanta cum prudentia, vix exemplo, charitate, & cordis tenentudine, vt omnium subditorum animos sibi conciliaret. Humillimusque cum esset, videbatur cæteris non parasse, sed cunctis subsisse. Compositione corporis, & religiosâ conuersatione sua inuentum oculis alliciebat ad veterem & honestatem, pauperibus valdè compatiatur. Medicinas, & qui medici videbantur, summè distinguebat: oratione quippe & abstinentia saplum omnimodè exalabat. Tandem, ætatis suæ anno sexagesimo quarto post omnia sacramenta deuotissimè suscepta, spiritum exhalauit, migranteque in celum; corpus verb sepultum iacet in conuentu Orapessano, qui est 30. prouinciæ Castellæ. Subiit de eo Ioanne à Sancta Mariâ prima parte chronic. prouinciæ Sancti Iosephi libro primo capite quadragesimo secundo. Florebat ad an. 1550.

5. 4. *Beati Ioannis à Castro Villari, Diaconi. d.]* Huius sanctissimi viri corpus in sacratio Conuentus Sancti Francisci Consentiz, summa veneratione custoditur; ob ingenta miracula, quæ ad eius inuocationem quoties cæcis eduntur. Claruit anno millesimo quingentesimo supra trigessimum. De eoque

Scribitur Gonzaga part. 1. sup. in prefato conoentu qui est 7. provinc. Calabrie. Barezzus sup. lib. 1. cap. 19. ad an. 1533. & Wadinghus tou. 4. anal. minor. ad an. 1595. §. 61.

- §. 5. *Beatus Bernardus à Laredo, Confessor. e.* ] A Laredo, seu Saredo, cognominatur. Qui licet medicus extra omnem ingenij aleam absolutissimus esset, nunquam tamen aliquo sacrorum ordinum initiari voluit; sed Christo Domino, sub simplicissimo laicorum habitu inseruire voluit. Scripsit nihilominus plura opuscula, quorum alteri *Ascensus montis Sion*; alteri, *Medus faciendo*; alteri verò, *Metaphora Medicinae*, titulus fuit. Huius religiosi fratris opeta, in suis infirmitatibus vix maxime fuit serenissimus Portugalliae Rex Ioannes II. (aliis XI.) In eo saepe gratiam singularem, Pipetis, Cinanomi, aliarumque specierum, quae ex orientali India in Hispaniam inuehantur, elemosynam, in singulos annos provinciae Anglorum erogandam contulit. Fuit praeterea deuotissimus & maxima abstinentia, patientia, charitate, taciturnitate atque orationis assidue perditus; insuper & acerrimus Daemonum hostis; aduersus quorum insidias, lignea cruce tribus clavis exornata utebatur. Hic etiam moniales Epilepticam, praeter omnium medicorum spem, et quae fontem iam, postquam sanatus in monasterio sancti Clarae de columba Bellalcazaris mirabiliter testatur. Vixit circa an. 1545. obiit verò apud conuentum sancti Francisci de Monte (qui est 7. provinciae Anglorum) iuxta oppidum, quod Hispanicè *Falmerde* nuncupatur in margine Betis fluminis situm. Memoratur à Gonzaga 3. p. sup. vbi de hoc conuentu. Barezzo sup. lib. 3. cap. 48. ad an. 1546. Matano lib. 1. cap. 5. chron. strictione. obseruant. Reformat. Daça 4. part. minor. lib. 1. cap. 29. & lib. 2. cap. 2.

§. 6. *Beatus Andreas à Guivola, Confessor. f.* ] Hic per quadraginta annos mundo euoluebat ceberis, atque etiam nuptiis deseruit; sed videns factus, Franciscanum habitum assumpsit: ac per alios quinquaginta annos, quibus in ordine superuixit, Altissimo ita complacuit, adeoque strenuè & religiosè atque perfectè vitam du-

xit: ut vix sibi parem us temporibus habuerit. Sanctissimè autem vitam finuit in conuentu Corporis Christi, Moroni, qui est 25. provinc. Bardo. Eius meminit ibid. Gonzaga 3. part. sup. Barezzus sup. cap. 25. Florebat an. 1540. & 1550.

*Beatus Petrus à Sancto Bonavent. Confessor. g.* ] Nauaeus, seu à Sancto Bonaventura cognominatus est: ex Abulensi vrbē, nobilibus parentibus orandus, primò militiam sequutus, Vexillarij, deinde Capitanei munia exerceus; in quibus mille pericula euitit. Hinc caelitus perueniens, religionem Scraphicam decessit sibi amplectendam: sicque suis valeficens, & bona omnia pauperibus pro Christo, distribuens, laicorum statum habitum omnè periecit: quom & assumpsit in conuentu Abulensi. Praeterea humilitatis Margaritam maxime adamauit, cuius viuentis, opeta quaeque vilioera conuentus, tanta animi alacritate complebat, ut videretur nihil aliud ad incunabulis pertractasse. Orium vix valde exhorrebat: sicque labori culinae, horti, & c. operam dabat, ut etiam animo iugiter Deo coniunctus esset. Mito illius abinentias, carnis mortificationes, asperas penitencias, & cetera virtutis exercitia recensere: quae Ioannes à Sancta Maria sup. fusioe stylo describit lib. 2. capite 31. ad an. 1575. Sancto sine quiescit in prefato conuentu, qui est 23. provinciae S. Ioseph.

*Beatus Iacobi, Confessor. h.* ] Catalagione natus est: §. 8. ordinemque minorum illum assumpsit. Sux autem professionis fuit amantissimus, perfectissime obedientiae filius: tam assiduis in oratione, ut die noctuque Dei preces iugiter offerret. Corpus suum frequèti disciplina ex cathenis ferreis confecta, castigabat: solo, vni-coque habu opertus erat, sob quo ciliaciam semper gerebat ad carnem. Admodum humilis extitit, charitativus, benignus, assiduis, & extrema simplicitate exornatus. Obiit an. 1580. in conuentu S. Mariae de Iesu Catalagionis, qui est 7. provinciae Sicilliae. Claret miracula, quorum et testem refert Daça sup. lib. 4. cap. 1. ex tribus processibus authenticis.

## DECIMOQVINTO KALENDAS MAII.

**K**iriis in Saxonia, Beati <sup>a</sup> Conradi à Stongle, Confessoris: qui viuus ac mortuus miraculorum gloria refulget. Quauhnaocij, in India Occidentali, B. <sup>b</sup> Francisci Simbroni, Cofessoris: qui castimonia, oratione, abstinentia, & zelo salutis animatum valde emicuit. Benicarloni in territorio Dertofano, B. <sup>c</sup> Anonymi, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Fonsalidæ in Hispania, Beate <sup>d</sup> Mariz à Christo, Virginis: quae prima huius loci Abbanissa instituta, summæ humilitatis, religionis, ac virtutis specimen dedit. In territorio Palentino, apud Calabazanos oppidum, Beate <sup>e</sup> Catharinæ Queuedæ, Virginis; pietatis, & Ipiritu propheticæ celebris. Albazeti, in territorio Cartaginensi, Beate <sup>f</sup> Mariz de Fonte, Tertiariae; feruidissimo penitentiae & abstinentiae zelo plene. Palmæ, in territorio Cordubensi, Beate <sup>g</sup> Leonorz à Sancto Francisco, Virginis.

§. 1. **Beati Conradii de Stengele, Confessoris.** \* ] Denominatur *Stengelem* seu *Stengle*, vel *Stenglem*, Kirus humatus: qui in vita & post mortem miraculis coruscavit. Floruit circa ann. 1365. Agitur de eo Beatus Bartholomaeus Pisanus lib. 1. conformatur. fruct. §. part. 2. in fratribus minoribus provinciae Saxoniae sanctitate illustratur. Codex MS. Abbas. S. Victor. Paris. libid. Marcus Vlysiopensis part. 2. chron. min. lib. 9. cap. 29. §. 3. ad ann. 1365. Gonzaga f. part. orig. seraph. relig. in B. B. vitis huiusce ordinis & part. 3. in province. Saxonae nonat. Crucis. A quo tamen positus est *Amadur*, non *Conradus*. P. & singulis rom. 2. annal. minor. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in catalogo. viror. illust. Franciscan.

§. 2. **Beati Francisci Simeroni, Confessoris.** b ] Ex Abula Hispania civitate oriturus, claros habuit parentes, à quibus in omni pietate, bonisque moribus educatus; ut primùm ad adultam pervenit ætatem, Franciscanæ religionis habitum, apud Abulensem provincie Conceptionis Conventum, induit, ac tantoperè in his, quæ ad religionem pertinent profecit, ut omnes sibi coetaneos longè superaverit. Alloguatus paterca diligenti studio sacrarum litterarum cognitionem, inque sacris constitutus; cum accepisset ea, quæ à nostris fratribus apud Indios Indos agerentur, omni postposita moe, ad eos transire decrevit, ut vel sic sibi consulere, illis prodesse, atque Deo, pro talento sibi creditum concessio, obsequi posset. Vixit igitur eos mos effectus, Indicum idioma apprime didicit, in eoque frequentissimas ad rusticum illum, & idololatæ immeritum populum conciones (eximus interim paupertatis, obedientiæ, humanitatis, castimonie, orationis, abstinentiæ, atque omnium denique ceterarum virtutum cultus) habuit; innumerisque eius homines Christo lucrificavit; ac tandem meritis optimis, diuturnaque plenus, dùm huius Conventus Annuntiationis Beate Virginis, Quinquagesimæ strenuè ageret, animam suo creatori, in æternum sui desiderium omnibus relinquens restitit, an. 1574. Scribitur de eo Gonzaga sup. part. 4. in præfatio conuentus, qui est 15. provinc. S. Euzabij. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 7. cap. 9.

Rapinrus in histor. general. orig. Recollector. decad. 7. part. 3. §. 1.

**Beati Anthonij Confessoris.** c ] Floruit an. 1580. obiit. que apud Conventum sancti Francisci Bemercaronis, qui est 15. provinc. sancti Ioannis Baptiste; nocte vito sequenti dulcis melodia Angelorum in Ecclesia, illius exequiis decantantur, audita est: in testimonium gloriæ, qua tunc fræbatat anima defuncti fratris. Meminit eius Barezus sup. lib. 8. cap. 66. (ex Ioanne Ximenez in sua chthonolog. ad an. 1584.

**Beata Maria de Christo, Virginis.** d ] Hæc fuit Monasterij Conceptionis maris Dei Ibelcis alumna, quæ vitæ cum aliis duabus probantissimis sororibus monialibus extendè adducta est ad novum Monasterium sancti Spiritus Fonsalide, ann. 1535. regendum: cuius prima Abbatissa est instituta; aliisque omnibus summe humilitatis, religionis, atque pietatis exiti exemplar. Agitur de ea Gonzaga p. 3. in præfatio carnisio Fonsalide, quod est 24. provinc. Castellæ. Barezus sup. lib. 2. cap. 17.

**Beata Catharina Quenada, Virginis.** e ] Claruit ann. 1540. in Monasterio Despair de Consolatione, apud Calabazzanos, quod est 3. provinc. provinc. Conceptionis, quæ plurima prophæcia ipse prædixit. Ille obiit, sepultusque iacet. Memoratur ab eodem Gonzaga sup. in hoc Monasterio, & Barezus sup. lib. 3. c. 41. sub an. 1544.

**Beata Maria de Fente,** f ] præclatas eius actiones recitant Blasius Laguna in suo Memoriali, & Marianus lib. 6. chronic. fructior. observant. Reformat. cap. 14. Floruit circa an. 1545. in Monasterio corporis Christi Ville-noux infantum; in quo novitarius Magistra, & Superior multis annis exstitit in cenobio Albatæ: vbi sanctissimè obdormiuit in Domino.

**Beata Leonora, Virg.** g ] Humillima exiti, paupertatem summe excolebat, alpeto quoque cilicio corpus suum ligere castigabat: à Dæmonibus sæpè pugnis & verbis diæxata, sed ab Angelo consolata, qui diem sui obiit prædixit, in monasterio S. Clare Palmens, quod est 2. provinc. Angelor. Vide Dazcam 4. part. chron. lib. 3. cap. 77. Viuebat ann. 1565.

## DECIMOQUARTO KALENDAS MAII.

**I**N Belgio, Beati<sup>a</sup> Voislai, Martyris, quem feralis rabies hæretica, ob fidem Catholicam crudeliter iugulavit. Louanij, Beati<sup>b</sup> Francisci Meerbecanij, Martyris: qui ab hæreticis multa grauia passus, sed post viginti trium mensium fœtorem carceralem libet dimissus, vix ad vnâ septimanam superuixit. In Mexico, Beati Alphonsi<sup>c</sup> Ordonnezij, Confessoris: paupertate, humilitate, orationeque ac obedientia, & signis admirandis præclati Gandiæ in regno Valentie, Beati<sup>d</sup> Andree Hibernonis, Confessoris: qui cunctarum penè virtutum apicem tenens, virginitatem seruatim intemeratam, & dono prophetie ac miraculorum exiti gloriosus. Apud Mortarium Insulæ oppidum, Beate<sup>e</sup> Hippolytæ à Malegnano, Virginis: cuius sanctitas summa fuit Palmæ in territorio Cordubensij, Beate<sup>f</sup> Mariæ à S. Francisco, Virginis: vitæ austeritate, & religione insignis.

## APRILIS XVIII.

§. 1. **Beati Vissai, Mart.** \* ] Belga erat natione, professione Laicus, provinc. Flandriæ alumus: quando hæretici, ultra feralis crudelitatem, in Catholicos fruentes, hunc religiosum, vi tormentorum excrucia-

sunt ut fidem Catholicam deserere: sed frustra: vnde martyrio gloriosè coronatus est. Picquetus in catalogo. viror. illust. Martyr. ord. minor. Dazca 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 71. ad an. 1570.



§. 2.

*Beati Francisci Merbecani, Martyris. b*] Hic cum foret fortuna extra periculum esset sub initium tumultus Belgici, quo civitates Hollandiæ & Zelandiæ passim, & à Religione, & à Rege Catholico defecerent, metuens ne Fratres Doerdracensium civitatis totius Hollandiæ primariz, quibus ipse aliquot annis magno cum fructu, Guardianus præfuerat, aliquid forte siq̃ vocatione indignum metu vel spe delusi, committerent, fratribus hæreticis maxime in ordinis D. Francisci fratres, tamen si spiritus ipsi prædicatores, sicut olim Apostolo Paulo, quod nil nisi vincula, & carceres, cruentaque mortis pericula certa, cum Doerdraci manserint non faciens animum suam pretiosior em se, ut verè spiritus Apostolico plenus, sacre obedientiæ simul, ac fratris sibi commisi sorem amore, fortissimo ad contentum sibi commisi sorem reddidit: hostibus, quibus, ob veritatem Catholicæ fidei libertatem prædicatam odiosus effectus fuerat, fortitudinis spiritus animatus, virili pectore se ostendit. Quibus pugil post, feraciter furentibus, ab ipsis comprehensus, multique affectus contumelias, in carcerem coniecit; aliud nihil ei obijcere valentibus, quam subinde facta concione Teutonica lingua, eos appellaret, *Agne Venditores*. Hanc ipsius libertatem impetiti non sustinentes; us ipsium multo amplius quam in alium aliquem deservierunt: quato post plurimos exantatos labores, & post a 3. mensium pedotem carceralem, videntes eum non sperare posse, emanctâ prius à Catholicis ingenti pecunia, eundem ad suos redire permiserunt. Qui ad contentum Louanensem cum sic æger maleque affectus pertemisset, nullâ que modico arte curari posset; vix ad vnam sepiimanam superavit. Obiit igitur Christi athleta, in suæ ætatis flore, cum esset ætatis annorum plus 40. an. 1573. Scribit de eo Gonzaga part. 3. c. 61. gen. septic. relig. in commentu Louanensi, qui est e. provinc. Germaniz inferioris. Barreus part. 4. chronic. minor. lib. 6. cap. 12. Martius lib. 2. cap. 25. chronic. major. obfervat. Reformat. Grauna in voce *Tyrannis* part. 2. cap. 24.

§. 3.

*B. Alphonsi Ordinis, Confessoris. c*] Numquam manus habitum religionis suscipit in provincia Bætica; indeque mare transiens, in provinciam S. Evangelij profectus est an. 1538. Duo idiomata, Mexicanum scilicet & Otomicum didicit, & utroque concinatus est ingenti fructu animarum. Maxima abstinentia & austeritate vivit; semel enim in die, & parè cibû sumebat; nec attigit vinum, quoulsque extrema senectâ, virginitibus fratribus, & Superiore, psallulum sumere cepit. Sed quamquam ita in se aliter esset & severus, alios tamen eximia charitate & benevolentia tractabat; cum & perquam affabilis esset, & spiritali semper læticia exultaret, videbatur in cælis connexari, tam à se semper alienus & in Deo desinus erat: manifestè in se ostendens regulæ observantiam, obediendi promptitudinem, pauperatis amorem, humilitatis magnitudinem, zelum denique salutis animarum devotioemque in quotidianis precibus recitandis, Missis faciendis, & diuturnarum rerum contemplatione. Singulis noctibus, hora 11. Matutinas preces solas recitabat, eademque rursus paulo post cum cæteris dicebat. Deum ea variis perturbatombus admodum mollioribus fuit, à quibus tamen orationum, & penitentiarum liberatus est. Diem vacare orationi multa à Deo beneficia accepit, que tamen sedulo occultavit. Studebat inchoo inguit, lectiois oratioem conungens, & quicquid intellecto speculabatur, affectione & devotioe excogebat. Nocturnum in cella lumen habuit: quicquid enim à somno, quo parci-

simus erat, recedebat, id orationi impendebat. Honestatis præcipuam curam habuit, Guardianus sæpe fuit, & ab omnibus summo præ amatus. A Demone venatus, signo crucis liberavit. Tandem omnibus sacramentis susceptis, virtutum & bonorum operum plenus, ad Dominum migravit an. 1584. Sepultus in Mexicano conventu: vbi in magna veneratione habetur. Gonzaga ibidem part. 4. Barreus sup. lib. 8. c. 71. Mananus lib. 2. cap. 34. & Grauna sup.

*Beati Andreae Hybroni, Confessoris. d*] Oriundus erat ex *Alicantibus* iuxta Murcia in Hispania, adolescens optime indolis, pacificus & quietus: quoniam & ab ineunte ætate iugum Domini ferre plurimum studuit. Franciscano sodalitate oomni dedit in conventu Albaveti, Diocesis Carthaginensis, lacorumque Fratrum numero sociatus est: vbi professione emissa, tres annos adhuc ibidem peregit. Verùm, alioem vitæ gradum mente revolvens, transiit in cultum (nunc antem provinciam) sancti Iohannis Baptistæ Disceptatorum. Tunc cepit omni animi contentione, in studio virtutis, ad haurium perfectionis aspirare: cuiusmodi conatus præmissis in perfecta nostræ Regulæ Observantia, quæ sic ad amissum legebat, servabat, servabat, ac intellegebat, ut Scapulari Patris S. Francisci Verus imitator appareret, alique fratris quantumvis antiquus, vel virtuosus, zelum suæ professionis adderet. Coram Deo semper ambulavit, nec à præsentia eius, vel ad paucum, recessit. Orationi continuo vacabat die octiduoque: & si quandoque per horam somno oppressus quiesceret, ab Angelo custode mox, ea completa, excitabatur. Sæpè rapiebat in extasim, & sursum tantoper leabatur à terra, vel non tangi, sed solum cerni posse; nunquæ de vultu eius ingens splendor emicans, intuentium quidem oculos perstrangebatur: sed voci Superioris consentim parebat. Post diu unum serotium à se perfolotum, vocabat etiam Officium Defunctorum, Psalmos Penitentiales, & Graduales: Horas de *Beata*, Coronam & Rosarium Virginis, cum multis aliis piis precibus, quas deuotè & attentè dicebat. Nusquam enim orationi insabat, nisi genuflexus, absque sub pedio, vel alio aliquo fulcro. Qualiter autem Augullissimum venerabat Eucharistiæ Sacramentum, Missæque sacrificio inferuebat, profus mirabile est.

Humilibus ac modestis, plenusque charitate erga proximum, semper extitit. Si quandoque rogatus ut benedictionem alicui impertiret ægro, vel crucis signum conferret; nusquam vocis annuebat, nisi prius à Superiore coactus & impulsus, tumque aliquantisper præviam orationem fecisset, solitudinis, silentii, & liberos amantissimus, otium ac vana colloquia exhorcebat. Penitentiz, obedientiæ, abstinentiæ, & paupertatis erat eximie: tantoque conscientie nuzore adonabatur, tali castissima præfidebat, ut virginitatem illibatè servauerit, nec viliam sententiam carnis illusionem, vel aliqua passus sit corruptionis vulnera. Multum eius patientia emittit, in vltima infirmitate, qua, post omnia Sacramenta summa pietate suscepta, feliciter decessit à vita, apud conventum S. Rochi Gandiæ, que est... provincie S. Iohannis Baptistæ, tempore Martynarum, hora prima, April. 18. ann. 1602. cuius exequiis interfuere Clerici vniuersi & ceteri religiosi, Dux Gandiæ, cum Senatu, immensaque populi multitudine. Porro, tanti signis ac portentis, clarus virius ac mortuus, ut de eo caoizando sermo fit in curia Romana; nunquæ processus fuit, autoritate Apostolica; vti constat, ea libello Neapoli, an. 1626. apud Typographiam Ioannis Roncaloli, & Raptino

1. part. histor. general. Recollector. in prefat. §. 4. illius vitam, virtutes, ac miracula latè describit Ioannes à sancto Maria 2. part. chron. provinc. S. Ioseph. lib. 4. cap. 21. 22. & 23. vbi cognominatur *Hibernus*, non verò *Iacutus*.
6. *B. Hippolyta à Malegrana, Virginis.* ] Visit circa an. 1530. virtute ac zelo regularis oblectantur clara; quæ & sancto sine quiescit apud Monasterium S. Claræ Martij; vbi sepulta iacet. Illius meminerit Gonzaga part. 2. in eodem canobio, quod est 12. provinc. Me-

diolanens. Barezium sup. lib. cap. 10. Valerianus, de SS. Formis ord. minor. lib. cap. 13.

*B. Maria à Sancto Francisco, Virginis.* ] Penitentia operibus maximè dedita, corpus suum aspero cillicio, toto vitæ tempore, edomabat; nusquam carnis viâ est, semper dulcicæta incidens: panis & aqua, cibus eius & potus. Spiritum Deo reddidit in monasterio S. Claræ Palmenis, quod est 2. provincie Angelorum. Vide Daçam 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 77. ad an. 1575.

## DECIMOTERTIO KALENDAS MAII

**B**Arbezilij, in Xantonia, Beati<sup>a</sup> Petri Cofeti, Martyris. Alburquerqueij, in Castella, Beati<sup>b</sup> Ioannis à Bouadilia, Confessoris, qui patientia, humilitate, ac omni virtutum genere extitit apprime adornatus. Apud Bisbilim oppidum in Hispania Tarraconensi, Beati<sup>c</sup> Calullæ, Confessoris, qui scientia, paupertate, & castimonia conspicuus, dono etiam opulationum nunc vsque emicat. Sinfonzæ, Mechocanici Regni in India Occidua primariæ, Beati<sup>d</sup> Petri à Garrobilijs, Confessoris, admirandæ religionis & sanctitatis viri: qui potens opere & sermone multos Infideles conuertit ad Christum. In Scalone Castellæ oppido, Beate<sup>e</sup> Ioannæ Pachicæ, Virginis: nobilitate, mundi abdicatione, & amore in Christum sponsum illustri. Panormi, Beate<sup>f</sup> Claræ à Catana, viduæ, Tertiarie: genere & virtutibus insignis.

## APRILIS XIX.

1. *B. Petri Cofeti, Martyris.* ] Hic cum Passionem communicato, scilicet Paracæus, concionaretur ab hæreticis captus, palioque alligatus, tormentorum ictibus, ad Martyrij palmam pervenit, sub an. 1560. Gonzaga part. 1. ubi facies Martyris ordin. minor. suo 200. ob Christi fidem passis in provincie Turonens. Marcus Vlyssipontensis 3. part. chron. lib. 9. cap. 59. Algeria in Athoæ Epiloga totius ordin. Francisc. Bosnus de signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 3. scul. 9. Hilariæ à Coïta lib. 1. histor. catholic. pag. 364.
2. *Beati Ioannis à Bouadilia, Confessoris.* ] Ex Salmantica urbe oriundus erat: & provincie Sancti Gabrielis alumnus; in qua vitam sanctissimam duxit: Prælati officio multoties laudabiliter functus. Diveritate morbi, seu prolixi languoris æruma, hand animo, vel corda fractus, omnia constantissimè, & humilimè sufferebat. Mori sumè cupiebat eo die, quo Filius Dei pro salute hominum passus est: cuius desiderium adimplevit Dominus; obiit etenim feria sexta in Parasceve: eadem hora, quæ Christus expiavit in cruce. Eius sacrum corpus honorificè tumulatum fuit in consuetu B. Virginis Marie Alburqueij Scabulæ de eo Gonzaga part. 3. orig. seraph. relig. in eodem consuetu, qui est 5. prefatæ provincie Barezium part. 4. chron. minor. lib. 1. cap. 58. sub an. 1531. Ioannes Baptista Moller in memorial. eiusdem provincie. Rapinuz in histor. general. orig. Recollector. decad. 4. part. 2. §. 13. & decad. 8. part. 1. §. 8. Tossianus lib. 2. in Custodia Aurelian. Daza part. 4. chron. minor. lib. 1. cap. 51. Formandus lib. 3. histor. Eccles. capit. 19. Grauna in *vet. Turonis* part. 2. cap. 14.
3. *Beati Calullæ, Confessoris.* ] Doctrina & vita exemplari vir fuit eminentissimus, & sanctitate celestis: ob cuius merita, multa fidelibus ipsam unocantibus impenduntur celsitudo beneficia. Diem clausit extremum

apud consuetum sancti Francisci Bisbilis oppidi, ad Solonem fluvium; qui est 4. provincie Arragonis. De quo Gonzaga ibidem part. 3. sup. id refert. *Mortem obiit hoc in Monasterio (in quo sacra Theologia studium perpetuè viget) atque in communi Fratrum sacrophago vana sanctitatis veter Frater Calulla sepultus est: qui ob excellentes, quibus pollebat, virtutes, ab omnibus tam Fratribus, tam quaque secularibus sanctis, Deoque chorus habitus est. Fuit siquidem inter humiles humilissimæ, inter pauperes pauperissimæ, atque inter castissimos iudicè (si ita fieri liceat) castissimus. Quævis enim cum Iob dicere potuit; Deprepi serdos cum oculis meis, ne cogitarem quidem de Virgine. Quo ad ceteras virtutes eius virtutes, hoc tantum dixerim, quòd nihil penitus ad carum perfectissimum desiderium pervenit. Hinc scilicet est, ut vniuersum oppidum ad eum suavis conflueret: Et alter crines, alter verò vel habitus, vel choræ partem, in reliquiam de se suavitè venerandum atque colendum, accipere contenderet. Eadem attestantur Barezium sup. lib. 1. cap. 22. ad an. 1531. Wadlingus tom. 4. sup. ad an. 1561. §. 6.*

*Beati Petri à Garrobilijs, Confessoris.* ] Provincie Sancti Michaelis fuit alumnus, qui factus Sacerdos, in Indiam Occidentem adiens. Postquam autem Indicum Mechocanice regionis idioma (hoc Tarasicum vocant) apprime didicisset, totum se Infidelium conversioni dedit. Nec tamen frustra: cum infinitos penè idololatriæ Christi fidem suscipere ferventissimis suis concionibus coegerit: & mille aliquando idola vno die vel ignitradidit, vel in frusta comminavit. Exerabilia præterea quædam sacrificia à montanis Scatulensibus Indis, Dæmonibus offerri solita, longè eliminavit. Tandem infirmitate gravatus, sed meritis cumulatissimus, in senectute bona, spiritum exhalavit: sepultusque est in consuetu S. Francisci Sinfonzæ, qui est 2. provincie SS. Petri & Pauli. Vide Gonzag. ibid. p. 4. sup. Barezium sup. lib. 3. c. 28. circa an. 1540.

6. 5.

*Beata Iuana Pabicea, Virginis. e]* Illustrissima *Pabicearum* stirpe progenita, filia fuit Didaci *Pabicei*, Villenici Marchionis, fundatoris Monasterij Conceptionis Sealonz, quod est 28. prouinc. Castellæ; an. 1517. quæ mox illud intrans, ea quæ sæculi erant omnino spreuit, & in humilitate, ac seruo spiritus, Christo ipso meruit fanulari, & sancto sine, in cœlum tranire. *Gonzaga sup. part. 3. in eo conobio. Bærezus item sup. lib. 1. cap. 54. Valerianus de SS. Form. ordinis minor. lib. 4. cap. 11.*

*B. Clara, vidua Tertiaris. e]* Vidua cum esset & tertij ordinis alumna, diuitias, nobilitatem, patrem, suoque relinquens, omnibus incognita in solitudinem secessit, ibique in assidua contemplatione, penitentia, & voluntaria paupertate perseuerans, labore ac meditatione vixit: multa antequam eueniret prædixit, obdormiuit in Domino, anno salutis 1617. *Serpulpa Panormi, in Sancta Maria de Iesu teste Gra. uina in voce Tertiaris, part. 2. cap. 14.*

## DVODECIMO KALENDAS MAII.

**I**N partibus Orientis in Medorū Imperio, Beati <sup>a</sup> Iacobi de Florentia, Zaiotensis Episcopi & Martyris, pro Christo à Sarracenis interempti. Briuz in Aquitania, Beatorum <sup>b</sup> Stephani à Borda, & Antonij de Pulchro Visu, Martyrum. Zutphaniz; passio Beati <sup>c</sup> Theodotici Loet, Martyris: qui post sartagine ignitas, faces ardentes, pedum laterumque adustionem, & totius corporis in tortura dissolutionem, ad vltimum capite plexus est, & in frusta concisus. Mexici, in India Occidentali, Beati <sup>d</sup> Francisci Toralli, Confessoris, Iucatani primi Episcopi; scientia & virtutibus illustris. In Hethruria, Beati <sup>e</sup> Matthei de Castillione Aretino, Confessoris: eximia puritatis, magnæque sanctitatis viri. Fabriani in Picceno, Beati <sup>f</sup> Francisci Fabrianiensis, Confessoris, concionatoris eximij; qui meritis ac miraculis inclutus, migravit in cœlum. Eremitæ Vallis-Saxi propè Fabriantium, Beati <sup>g</sup> Francisci à Libra, Confessoris: qui Reformationis Regularis Obseruantiz propagator præcipuus, primus exitit vicarius familiaris Obseruantiz in Prouincia Marchiz, & clarus meritis sancto sine quieuit. Mosteiri in territorio Tudenfi, Beati <sup>h</sup> Alphonfi Auriensis, Confessoris. Groningæ in Frisia, Beati Matthei Becheri, Confessoris: religione ac pietate spectabilis. Bellalcazari, in territorio Cordubensi, Beati <sup>i</sup> Ludouici à Cruce, Confessoris: generis nobilitate, & viri sanctitate clarissimi. Urbini, Beati <sup>m</sup> Dominici Lionefij, Confessoris: qui ob præclaras virtutes, septies Minister Prouincialis Marchiz effectus, toties mira prudentia, charitate, & sanctitate, atque signis admirandis refulsit. Assisij in Umbria; Consecratio Ecclesię Conuentuum Minorum Fratrum, sub nomine Seraphici Patris Sancti Francisci, à Gregorio IX. Summo Pontifice solemniter celebrata.

## APRILIS XX.

9. 1.

**B**eati Iacobi, Episcopi, & Martyr. <sup>e]</sup> Quo tempore passus sit, sic ex S. Anconino 3. part. histor. titul. 24. cap. 9. §. 20. vbi ait. Anno Domini 1362. pro confessione Catholica fidei, per Sarracenos sui Martyrii coronatus Dominus Frater Iacobus de Florentia, Episcopus Zaiotensis. Toffinianus lib. 1. histor. seraph. vadingibus tom. 4. annal. minor. ad ann. 1362. §. 4. ex Maiiano lib. 4. cap. 13. Valerianus lib. 21. antropol. qui locum illi adiungit Beatum Guillelmum Campanum: cui ornandū aduersus præfatus D. Antoninus: vide infra 8. Augusti.

9. 2.

*Beatorum Stephani, & Iacobi Martyr. b]* Conflagratione Benensij, hæretici Calumnizæ, eo scelere haud contenti, B. Patrem Stephanum de Borda, & Beatum Fratrem Antonium de Pulchro Visu: quod eorum impietatem detestarentur: quòdque extra Romanam Ecclesiam salutem inueniri negarent, famelicis gladius onofoderunt, circa ann. 1365. Vide *Gon-*

zagam 3. part. orig. seraph. relig. in prædicto conuentu, qui est 40. prouinc. Aquitan. recencior. Vvadingum tom. 1. ad an. 1217. §. 18. Daçam 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 38. §. 3.

*Beati Theodotici Loet, Martyr. c]* Subitè Martyrium hic athleta Christi Zutphaniz, an. 1572. Qui Guardianus institutus cum esset Embicæ, in eo officio ita se probè gessit, vt ne dum ciuibus omnibus, sed & Comiti Mosis gratissimus existeret. Ab hæreticis falso traductus, in neruum coniecit, exquisitissimi que tormentis, vt silem abneget, sic subiecit, vt membra membris vix cohererent. Nam ij scelusti homines viro Dei sartagine ignitas primo adlubent, quibus innocentis nudas plantas sensim exarunt, toto corpore nudatum, trochilique attractum, dilentumque, membrorum iuncturas dissoluunt, ficihus ardentibus lacera dilendunt; sed & lardum liquefactam vulneribus instillant, vt necum colz, sed & vilicera nudarentur

tenetur: tantumque in eo exercere tyrannidem, ut eorum mors diabolica quid amplius faceret, non intineret. His verbis omnibus, cum incredibili parentia superaret, tandem capite plectitur: ac postmodum in quatuor partes dissectus, promissis civitatis, non sine magno gemitu & lachrymis opemiorum omnium, suspenditur. Qui hæc viderunt, fide dignissimi, hoc testimonium reddentes, suscipit chryographus confirmant, ut latius prosequatur Gonzaga part. 3. sup. in provincia. Germanix inferioris, & Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 19. Piquetus in catalog. viros. illustr. Franciscan. Gravata in *voce Terrarum*, part. 2. cap. 24. Ardinghellus in Appendice *Congregatae vocis Terrarum*, ostensione 4. 2. luctus eos: qui hereses crumum infimulati, rumotem spargunt, in eum Dei serum iussu fuisse animadversum, tanquam patrie suæ proditorum. Hæ etenim naxine sunt hæreticorum, ut hæ causam Martyrij fidelibus Christi denegant; sola poena, pœnis ipsos remanent.

- §. 4. *Beati Francisci Terrentis, Episcopi, d.]* *Ex P. Bedaculitate* Hispaniam originem duxit, & à tenens annis sulcepit D. Francisci habitum in provincia Aretica, iugum Domini amplexatus est. Politæ zelo salutis animarum infirmatus, novam Hispaniam petiit, ibique in provincia. Evangelij magnam curam probitatis suæ documento vitam transegit, Primus omnium Populorum idioma, ob nimiam barbariam diffusissimè, didicit, aliusque religiosus tradidit, cum in methodum id facilitatis causa reduxisset, Mexicanum quoque assuetum, utque exitimam operam in loco Tecuivalcili, vniuersaque Populorum regione docuit, silique ingentem eorum numerum diuino cinxit lauacro. Elephas Custos prædixit provincie, ad generale Capitulum, ann. 1533. Salmantice celebrandum profectus, maiorem Hispaniam partem peragrans, religiosos homines salutis animarum cupientes, ad hoc opus Dominicæ vineæ perquisiuit, eum interim postibus iter faceret, vili adesse veste indutus fuit, ut maxime omnes comentus in paupertatis amore confirmaret.

- §. 5. Porcò, ann. 1554. novam Hispaniam teneris, 34. Religiosos locum deduxit, ubi non multò post, in decimum Provinciatem huiusmodi provincie sancti Evangelij electus est, quam & prudenter, atque sanctissimè rexit, Provinciatem tempore non elapso, propter eumdem probitatis eius opinionem, ab Indiarum senatu, in Hispania conceptam, in primum Iucatanæ Episcopatum assumptus est. *Insepe bene ille dignitatem, quia nulli in illis regionibus alij minoris Evangelij, quam D. Francisci Fratres reperebantur*, usque Gonzaga, & impulsit maxime eo desiderio, quo flagrabat, indigenas ad veram fidem deducendi, ante consecrationem, ob negotia nonnulla, Hispaniam rursus petiit, indeque consecratus ad Episcopatum rediit: cui sepe terram nauat, cellulæ modo suæ quietem optans, & extremum sepulcrum locum inter sanctos religiosos, quos nouerat, in hæc provincie: idque vltimum sancti adeptus est, quamquam abdicare se Episcopatum hanc quaquam potuerit. Nam à Iucatanæ in novam Hispaniam, ob res nonnullas necessarias, veniens, vitam Mexici, in consuetis S. Francisci finibus, mense Aprilis, an. 1571. ibique in medio montis capelle sepultus est: hanc sine sanctitatis insignis odore. Agunt de eo Gonzaga parte quarta in præfatio conuenerat, qui est 1. provincie sancti Evangelij. Barezus supra libro quinto capitulo vigesimo sexto Toffinianus libro secundo supra in Episcopis huiusce ordinis anno 1561. Rapenzus biflor. general. origin. Recolletor. decal. 7. part. 2. §. 3. Filiatione à Costa

libro primo huius. catholice. pag. 115. Marianus libro secundo, capite trigesimo sexto chronice. Reformat. Daça quarta parte chron. minor. libro secundo capite quadragesimo nono, & libro tertio capite trigintaquagesimo.

*Beati Matthæi, Confessoris, c.]* Hic est ille Frater Laicus, vir pius & humilis, paritatis magnæ, & vitæ probantissimæ, qui ex commissione Reuerendi Patris Philippi *Verghini*, Hæreticæ Ministri Provincialis, & P. Ioannis *Cabillonenfis*, Curator: iussu Capituli generalis Argentinensis, ann. 1282. detexit, quæ sibi cœlestis reuelata fuerant apud Montem Aluicium de Stigmatibus Seraphici Patris Sancti Francisci: circa modum, locum, tempus, & horam tanti prodigij. Huiusmodi memoriam agunt Beatus Bartholomæus *Pisanus* libro tertio conformit. fruct. 3. parte 2. Marcus *Vlyssiponenfis* part. 2. chronice. minor. lib. 4. cap. 25. 26. Marianus lib. 3. cap. 5. Sedulius commentar. in vit. sancti Francisci. cap. 15. §. 2. wadinghus tom. 2. sup. ad an. 1264. §. 8. 1282. §. 1. Toffinianus sup. lib. 1. & alij rerum Franciscan. scriptores. Gonzaga 1. part. sup. in conuenerat sancti Christophori Castilloni Aretini, qui est 17. provincie. Tuscie vocat eum Mattheum à sancto Iohanne.

*Beati Francisci Fabrianens. Confessor. f.]* Honestus piusque parentum, Fabrianus, natus est an. 1251. die 2. Septembris: cuius fuerat mox sanctitas exordium habuit à tenens vnguis: quæ etiam miraculosè indicata est inter ipsa claustra nature. Non dissimili marabih ortu atque infans pueritia & adolescentia, quam placidè, modestè, & pœtè infans, humanioris ante decimum annam plenè adulescentis literas, robus sacris doctè intentus. Egrotante patre ad mortem, mater vovuit se eum desolatam ad vitandum sancti Francisci sepulchrum: quod dñm faceret, & occurrit & Beatus Angelus *Tancredus*, olim ipsius sancti Francisci locus familiaris, qui ingenium puerili attendè contemplantus aspectum, assuetanter prædixit futurum futurum & confortalem: idque postea factè euenit ann. 1267. cœlesti monitus oraculo 3. Kalend. Septemb. Quare Patrem *Gratum* adit, Guardianum tunc Conuentus Fabrianens. cuius instantia à Reuerendo Patre *Monaldo de Sancto Elpidio*, provincie Matthei ministro, habitum ordinis suscepit. Magister habitum in tyrocinio ipsum P. *Gratum*, & Beatum *Regnerium*, sancti Francisci olim discipulum; & alios sanctos viros, hinc missus est Assisium ad lucrandum celebem illum Portiuncularum indulgentiam: vbi familiare habuit colloquium cum Beato Leone, sancti Francisci socio, confessorio, & secretario: à quo nou pauca didicit. Postea adductus est, per Superiores, sacra Theologiae studij, in quibus adèdè misticè piæ oracè, ut doctissimus, concionatorque exitimius euasit, animabus valdè proficuis. Sancti Bonauenturæ Episcopi Cardinalis Abbanensis, audito obitu ann. 1274. amè Beas, & lugubre promens carmen, in modum æque coeuit, quo mentis suæ dolorem, Ecclesiæ & Religionis Franciscanæ ja-churam, versu Leonio expellit. Tandem & ipse bonis operibus, ac miraculis gloriosus, obit ann. 1282. ætatis suæ 71. Plura egregia eius facta commemorant FF. Ioannes de Septimo, & Hugolinus de Monte Mariz. Marianus lib. 4. cap. 7. 8. Pisanus lib. 1. conformit. fruct. 8. & 11. part. in provincie Marchie. Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. libidem. Speculum Fratrum minorum cap. 9. Toffinianus lib. 1. huius. seraph. Marcus Vlyssiponenfis 2. part. chronice. minor. lib. 7. cap. 1. & part. 3. lib. 1. cap. 6. Gonzaga 1. part. in Beas vite auctoris & part. 2. in conuenerat

34. prouinc. Marchiz. Dominicus Scouolus in hist. Fabrianens. Picoquetus in catalog. viror. illustr. Franciscan. Vadinghus tom 1. ad ann. 1351. §. 31. 1267. §. 4. 1274. §. 14. 1282. §. 24. & tom. 3. ad an. 1322. §. 1. & seq.

35. *Beati Francisci Ciesbi, Confessor. F* Alius est à Beato Francisco, Fabriani sepulcro; ( de quo 6. Augusti) tumque diuersus à Beato Francisco Fabrianensi, cuius nuper mentionem; distinguitur etiam à Beato Francisco Ciesbi, Tertiaro, de quo agemus 4. Augusti. prout personarum conditiones, loca & tempora, laus superque comprobant. Sciendum itaque, quod cum per Henricum generalem ministrum, Beatus Paulinus Fulginio institutus fuisset velut Prouincialis Superior pro Obseruantibus fratribus per Picenum degenentibus, videlicet, Camerum, Caelz, & Palumbz, ac Muri ann. 1390. super hæc loca, & alia Cornubiola tractus Piceni Beatus ipse Paulinus iam ætate gratus, summi constanti communiſſimum & coadiuorem Beatum Franciscum à *Lisba* alijs *Ciesbum* Fabrianensem, vnum optimum; qui dudum cum alijs Fratribus Picentibus ei adhaererat, & religiosissima conuersatione, consoliatis ad omnem virtutem, & seculares ad religiosam inuendam vitam alliciebat. Obtinuit hic à nobilissimo Heroe Chianello, Fabriani Domino, Guidonis filio, ædificum Eremitæ Vallis Saxi 4. mil. pass. à Fabriano distantem, iis in partibus, ob Seraphici Patris nostri Sancti Francisci incolatum, celeberrimam. Tandem vicario sanctum monere, in illa prouincia annis multis, post monachatus quinquagesimum quintum, eo in loco Eremitæ, magna sanctitatis opinione decessit: (qui est 34. conuentus prouinciz Marchiz) an. 1422. hæc die. Scribent de eo Jacobellus in SS. Fulginatibus, vbi de Beato Paulo, seu Paulatio de Trines: & Vadinghus sup. tom. 4. ad an. 1390. §. 1. ex Mariano lib. 5. cap. 4.

36. *Beati Alphonsi Aueni, Confessoris. H* *Æ* des Sanctæ Mariæ à Moituro, quæ iam per multos annos Recolectioſi defenſi, prima fuit ex Obseruantu prouinciz Portugaliz: illic enim constat semper viguisse religiosissimam disciplinam, & viros virtute conspicuos. In eo quidam conuersu, qui est 1. prouinc. S. Antonij Portugal. iacet cum veneratione Beatus Alphonsus Auenſis, qui octogenarius obiit, an. 1479. non sine sanctitatis opinione. Illicq; intulit quædam Beati. Virginis imaginem à Belgio ann. 1456. asportatam, miraculis insignem. Vide Vadinghum sup.

rom. 4. ad an. 1392. §. 18. ex Monumentis MS. prouinciz prouinciz.

*Beati Mathie Breheri, Confessor. I* Præfuit aliquando conuentui Groningensi, ( qui est 17. prouinc. Comenſ. ) hæc Dei seruus, pius atque deuotus: qui inter Missarum solemnitas, contemplandis mysticis intentus vno atque altero eubito, à terra subleuari solebat. Ita MS. monumenta prouinciz prædictæ ex quibus Vvadinghus tom. 4. sup. ad an. 1387. §. 1. fuit quippe vnus ex illis Præf. paribus, qui Obseruantiam regularem excoluerunt, circa an. 1500.

*Beati Ludouici, Confessoris. L* Cùm Caroli V. Imperator, curam nimis frequenter, armisque bellicis vacasset, diuino monitu planè mirando, ad Ordinem Minorum vocatus fuit: vt illic B. Alphonsus à *Sato* *Mazere*, eius progenitorum, iam Franciscanum, morte sanctum, ad aſſumſum imitaretur. Quod & ipse Ludouicus opere completit in contentu S. Mariz de Angelis, vbi corporis macerationibus, penitentibus disciplinis, &c. iugiter intentus; Beate vitæ finem sortitus est. Corpus vero eius demortuum atque deindatum receptu est omnino limidum, & ictibus disciplinarum dulceratum; atque cilicio aspero cooperatum. Vt testantur Monumenta antiqua prouinciz Angelorum. Daça sup. lib. 1. cap. 41. Gonzaga 1. part. sup. in præfato conuentu, qui est 1. illius prouinc. & in 2. vbi sepulturam nactus est.

*B. Dominici, Confessor. M* Egregia eius opore, admirandisq; virtutes & miracula innumera, copiose commemorant. Marcus Vlyſſipon p. 3. sup. lib. 1. cap. 42. & lib. 7. cap. 51. & 31. Gonzaga 2. part. sup. in moualteno S. Clare Vrbinatens. ( quod est 14. prouin. Marchiz ) vbi sacrum ipsius corpus, sub summo Altari, condigno honore aſſeruat. Brouins to. 18. annual. Eccles. ad an. 1497. §. 2. quo obiit. Daça 4. part. chon minor. lib. 1. cap. 18. & 31. qui enim cognominat à *Leone*.

*Consecratio Eccles. conuent. Aſſiſi. N* Valdè celebris Fabria est; quippe, quæ à Gregorio IX. Summo Pont. peracta sit, an. 1235. hæc die, Dominica in Albis, non autem Dominica 3. post Paschazui mendosè aliquando legebatur. Cuius meminere Marun. lib. 2. cap. 8. Marcus part. 1. sup. lib. 1. cap. 3. Vading. sup. tom. 1. ad an. 1235. §. 17. quam ob causam, Clemens IV. Ioan. XXII. aliquo Romani Pontif. complures indulgentias largitus fuit visitantibus Ecclesiam FF. minor. hæc die, & per octauam: apud Compendium penit. FF. minor. verb. *Indulgentia, quoad seculares. Primi.*

## VNDECIMO KALENDAS MAII.

**R**omæ in Bosna Argentinensi, Beatorum sex Martyrum, ab efferatis Turcis pro Christo occisorum. Columbarij in Hethruria, B. b Guidonis à Bolſena, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Callij in Vmbria, Beati c Ioannini, Tertiarij, Confessoris, cuius sanctitatem crebra miracula commendant. Apud Montem Sanctum in Piceno, Beati d Gerardi de Monte, Confessoris. In Italia, Beati e Ludouici à Vincentia, Confessoris: qui Vicarius Generalis Vltromontanæ familiæ Obseruantinæ factus, doctrina, religione, ac vitæ sanctitate floruit. Spoleti, Beati f Demetrii Insubri, Confessoris: qui vitam solitariam agens, maximarum virtutum splendore, ac miraculorum gloria claruit. Aunonij in Hispania, Beati g Ioannis Ruizij, Confessoris: oratione, paupertate & vitæ candore insignis.

4. **Beatorum sex Martyrum** \* Scibunt Gonzaga 2. part. orig. seraphic. relig. in conventu S. Ramae qui est 13. provinciae Bofniae Argentinae, & Daça 4. part. chronic. minor. lib. 3. cap. 49. ad an. 1557. hos illustrat martyrium subtile propter Christum, quando ipse conventus ab efferata Turcis fuit innatus.

1. 2. **Beatus Gnidonis à Boffena, Confessoris.** b] Apud quosdam, libratorum errore, dictus est à *Salerna, Salerna, & Solvengo*. Floruit an. 1320. ingenti sanctitate praeditus. Qui dum adhuc novitum Senis ageret, dulcissimo Christi colloquio dignari meruit. Nam cum de Deo loqueretur per hortum deambulans cum socio novitio, Fratre Mino Altimani, (qui postea Minister Provincialis Tusciae factus est) Christus Iesus in specie pueri pulcherrimi, in medio eorum apparuit, & visus ad primum signum pro Vesperis cum ipsis stetit. Huic etiam revelatum est de secula *Fraticellorum*; quae postea exurgere debebat: quae de re fleuit amare ad Dominum. Cum autem divinus apud Conventum Columbarum, comoraretur esse, illic sanctissime decessit à vita: cuius sacrum corpus ibidem in Ecclesia reconditum iacet. A gunt de eo Beatus Bartholomaeus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in hibern. minor. sancti. illustr. provinciae Tusciae. Codex MS. Abbas S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponenf. 2. part. chronic. minor. lib. 7. cap. 34. 5. 4. Gonzaga part. 1. orig. seraph. relig. in priato Conventu Columbarum, qui est 3. provinciae Tusciae. Toffianus lib. 1. histor. seraph. wadinghus tom. 1. annual. minor. ad an. 1221. §. 19. & tom. 2. ad an. 1290. §. 13. perpetuum vocatur *Gustilemus*: à Picqueto in catalog. viror. illust. Franciscan.

3. **Beati Ioannis Confessoris Tertiarii.** c] Nuncupatur *Ioannicus*, seu *Ioanninus*, vel *Ioanninus*, vulgò, *Giohannico*. Tertij ordinis alumnus. Callio autem, aliis civitate Sancti Angeli Papalis, defunctus est, atque in Ecclesia Sancti Francisci sepultus, & in locum honorificum, opera Magnifici Antonij Calhenfis, anno 1372. translatus. Corpus quippe conuolucit, sub altare Sancti Ioannis, & caput conspiciendum per cratera ferra cum exposuit, marmoreo lapidi incisus rudibus his carminibus.

*Miraculis clarè hic Sanctus, ut semper apparet:  
Quem Deus Diorum vocavit ad Regna Polorum.*

Cebris miraculis celebris fuit eius memoria: quod plumbus perforavit Vvadinghus tom. 4. sup. ad an. 1379. §. 4.

4. **Beati Gerardi, Confessoris.** d] Floruit à] Floruit in Conventu Monast. Sancti Custodice Camerinenfis, circa ann. 1387. De eo egerunt Toffianus. lib. 1. sup. in ea Custodia, Vvadinghus tom. 4. sup. ad an. 1399. §. 30. ex MS. antiquis Monumentis, & alijs.

3. **Beatus L. vicarius à Pomerania, Confessoris.** e] Hic IX. vicarius generalis Vltromontanus, in Conventu Auximensi, provinciae Marchiae, electus ann. 1461. familiarum praesidentissimè gubernavit annis tribus. A Summo Pontifice ablegatus est: in provincias Bofniae & Dalmatiae: ut quaeplures lites ac iurgia inibi exorta componeret: tunc ipse, doctrina, religione, & vitae sanctitate, maxime in toto ordine nitebat. Memoratur à Gonzaga sup. part. 1. in ferreo Vicariorum general. familiae Vltromontanae. Marco Vlyssiponenf. part. 3. cap. 60. & lib. 4. part. 32. Vvilloro Athenar. ortho-

doxar. Franciscan. littera L. Toffianus sup. lib. 2. *Beati Demetrii Insubris, Confessoris.* f] Claruit ann. 1490. Sepultusque est Spoleti: de quo Marcus Vlyssiponenf. sup. lib. 7. cap. 17. haec refert. *Frater Demetrius Albanensis, Eremiticus, moratusque est prope Spoletum, supra Montem-Lucum, per 30. annos, quod tempore, à sabana nocte valde dixerunt esse: multiplices à Regina caelorum consolationes accepit, ipsum personaliter visitans. Ad ultimam meritò obiit in Conventu Sancti Pauli, qui ad Patres Observantiae attingit, iuxta Spoletum, ubique tumulatus est. At scendum est primo hunc nimis à Albanensem fuisse, sed eum fortè in expeditione contra Turcas usque Albaniam profectus esse, inde Albanensis cognomen accepit: ex Insubria enim erat oriundus. Secundò, certum est ipsum fuisse omnino ex nostro ordine, habitumque Scraphicum indusosset propterea dicit *Eremiticum*, quia ex licentia Superiorum, Eremitico more, per sylvam, loca solitaria incoleret: quod non solum in Italia, sed & passim in Hispania inter nostros fratres *Discretales* observatur. Tertio, minime conceditur ipsum esse vitam migrasse apud conuerfam S. Pauli: quin potius illi hoc accidisse crediderim in conventu praefato S. Francisci, apud Montem-Lucum iuxta Spoletum; ubi sacrum eius corpus hucilque asseruatur. Magis enim illustissimo Gonzage assentimus: veluti renam abluaturam, curiosus & oculum indagatori. *Diem Demetrii* (inquit) *in eius Ecclesia praestolatur Venerabilis Beatusque Pater Demetrius Insubris, quem ex Hungarica expeditione in propria se receperat, quarto à Zara maritimo peten milliar, dum ad ius in mari esset, circa tertiam noctis horam, sanctum quendam vocem imperitine se elementum, audiuit: Strix igitur, nam Caligatus Zarenf. mortuus est (erat enim hic miles publicus fenerator) quae propter Zaram praenotans, atque de miseranda, qua eadem tertia noctis hora contigerat, illius morte certior factus, vitam in caelum commutare proposuit, atque suscepto in hoc Conventu religiosum habitum, tantopere in omni virtutum genere profectus, ut mortuus plus a ceteris invocaret. Hinc corpus in B. Patris Francisci Papiensis sacello honorificè custoditur.* Hic ille p. 2. sup. in praedicto conventu, qui est 7. provinciae S. Francisci. Eadem habent Bazerius 4. parte chronic. minor. lib. 1. cap. 52. Vvadinghus sup. tom. 1. ad an. 1213. §. 12. Toffianus lib. 2. in provinciae S. Francisci. De Sulis in cap. 1. reg. tertij ordin. qui eum perperam inter Turianos recenat.*

6. **Beati Ioannis Ruzij, Confessoris.** g] Oriundus erat ex Viruega, in Toletano Archiepiscopatu: qui cum inter Patres Obiectuatus professionem emisisset, cuperetque altiore perfectionis viam tenere, transit ad provinciam S. Iosephi Discalceatorum. Erat hic Dei servus orationi & contemplationi multum deditus, Choro & cellae suae amantissimus: à simplicitate vitae admirabilis, & paupertate insignis, solo, simplicique habitu contentus. Nichil procius habebat, aut faciebat, absque expresso Superioris vel Confessarii arbitrio. Post Martynian, orationi vacabat in Choro vigiliante. Sacriferae curam agens, tanta cum vigilantia, modice, atque pietate ea quae Altari erant & Ecclesiae praestabant, ut nulli vngam ea in rocessent. Sancto inque apud Conventum Antonianensem, qui est à 6. provinciae provinciae: ita Ioannes à Sancti Maria 2. part. chronic. eiusdem provinciae lib. 3. cap. 33. Florebat an. 1390

**A** pud Saraïm Tartarorum urbem, passio Beati<sup>a</sup> Stephani Hungari, Martyris: qui aliquando lapsus, sed facti pœnitens, mira constantia, verbera, suspensio, membrorum distensiones, ignes, & alia pro Christo pertulit tormenta; demum, toto corpore gladiis confossus, victor gloriosissimè triumphavit: ac multis post mortem miraculis claruit. Aquilæ in Vestinis, Beati<sup>b</sup> Philippi à Carponeto, Confessoris: qui oratione, patientia, & charitate flagrans: humilitate, obedientia ac paupertate etiam effulsit. Massacijs in Picceno, Beati<sup>c</sup> Ioannis Heremicolæ, Confessoris, Tertiarij: vita & miraculis celebris. Alenconij, in Neustria, Beatæ<sup>d</sup> Gabrielæ à Nozayo, Virginis: pietate, ac religione insignis.

§. 1. **B**eati Stephani ab Hungaria Martyr. ] De eo; veraciter dictum illud asserere licet: *Vbi abundantia delictum plene superabundans & gratia.* Rom. 5. vers. 20. Nam et si religiosus professus ac dignitate sacerdos: nihilominus peccatis obnoxius, fidem etiam palam abnegavit. At diuina misericordia præueniens, tanto corius Christi amore accessus est: ut paludibus decantauerit, ann. 1334. & mox illius confessione, Christianam fidem constantissimè perdicauerit, admanerit, & pro ea mortem subiret. Cuius agonem sic describit Beatus Bartholomæus Pisanus. *Hic postquam fidem negauerat die 3. diuina misericordia restituit, ad se reuulsus, per uindictam dicitur, quasi prostratus, & oculis fratris Michaelis existens in dicta ciuitate Saraï, confessus est generaliter de peccatis suis, & absolutus. Die autem solemnè congregatis beati 10. milibus Sarracenis, quæ dixerat contra Christum, & fidem, caram omnibus retraxerat, asserens fidem Catholicam, veterem & sanctam, & Sarracenis perfidiam & iniquam: & proiecendo vestimenta Sarracenicæ, quibus erat indutus, in habitum uirginis, quem nunquam dimiserat, reuulsit. Quod audientes Sarraceni, & uidentes, eam pugnis, baculis, & lapidibus percutientes, summe cum dimiserunt: & legatum fecerunt, ad Cadi 2. Episcopum ipsorum perduxerunt. Vbi dum in confessione veteris fidei immo uetus professores, flagellis de corpore acna plenè, usque ad mortem infudit eum; post hæc in carcere fecit cum panis, & mandauit, quod nihil daretur ei ad manducandum, nec bibendum, & de nocte fecit eum suspendi per manum dextram, & per pedem dextram; & in manus sinistra lapidem magnum appendit, & uicium lapidem in sinistra pedis; & alium in medio corpore: ut tali ponderatus distrahatur, & desiccat, & sic fecit per totam noctem illam, & diem sequentem usque ad noctem: quæ omnia uirtute Christi tolerantis conseruatis, sed Cadi cum uideret eum in fide firmum, fecit eum suspendi per ambas manus, & saxum magnum ligari ad pedes suis, ut totus distenderet: & adeo fuit pondus iniquum, ut brachium eius extraxerat humerum esse positum, & corpus totum esset fractum. Ad quem Cadi accedens, & uidens, quid eum à sua fide non posset remoueri, fecit eum suspendi per gulum: primo tantum crudelissimi flagellauit; & ut inno: suffocaret, eum ad pedes eius 12. uas magnum salinis est: & carcerem claudens abscersit.*

§. 2. *Sed carcere diuina lamina radiata, à ligno est deposi-*

*tus: & uisus est à duobus milibus in carcere respicientibus, inter duas columbas albisissimas, flexis genibus orare. Sed tanta miraculo Cadi ad credendum Christi miramè incitatus, sequenti nocte fecit eum magnum fornacem incendi & totum eum proijci, & claudi, & sic stetit per totam noctem in ea in cinis, & in nullo lasus ab igne. Mane autem uicinis reperit esse uisum, & fundans; ac si de Balneo exiret. Sed à fornace cum extraheretur, uis homines de illabatur doceret eum. Deinde ad eum fratris eius carceris, Sarracenis scribendi accedentes, ipsaque fortissimè conueniens in fide, eum secuti eum uisum percussit in cello, & scidit eum usque ad medium; alio uero percussit eum in ventre, sic quid uisita apparetur: & eum si esset atrociter uoluerunt ipsum ad eandem equi ligauerunt: sed Deus martyri suo uires impendens, equum semper respicebat. Post hæc ipsum proiecit in domum lignis plenam & igne, peris tamen eius articula amputata, & in ignem proiecta, quæ statim de igne exiuit. In domo prædicta positus, dum se uollet signare, manus ligata soluta sunt, ignem ingrediens statim sustinuit, quod uidentes Sarraceni, cum magis lapidibus lapiderunt. Et saluo itrauo igne de calamo cum ad se equi, ligatum, in ipsum proiecerunt. Qui dum signum etiam uellet imprimere, manus sunt distoluta, & de igne illas exiit. Quod uidentes Sarraceni, super eum uententes, cum lapidibus acceruerunt, & gladiis, ita eum perconferunt: quod nulla pars corporis remansit in illa, & sic spiritum Deo reddidit. Et plura miracula eum Deus fecit post mortem, & facit. Hæc ille h. 1. conformitatis, fruct. 8. part. 2. in fratrib. minor. sanctitat. illust. Apud Vicariam Aquilonarem. Illius meminit meminit fruct. 11. part. 2. ibid. Codex M.S. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponensis part. 2. chron. min. lib. 8. c. 14. vltimo 40. Firmamentum trum ordinum tract. 1. in memorial. ordinum sub 19. Ministro generali Gonzaga 1. part. ong. seraphic. relig. in BB. uis uis uis uis. Tostinus lib. 1. histor. seraphic. cognominatus ab eo Beatus Stephanus Natidius. Picquetanus catalog. urot. illust. Franciscan. & uis uis uis uis. 1. in memorial. ord. ann. millesimum trecentissimum trigessimum quartum §. quarto & seq. post Martinum libro quarto capite 10.*

Beati Vistippo à Carponeto, Confessoris, b ] Huius, §. 1. in perferendis tribulationibus, & infirmitatibus patientia; in laborando, perseverantia, in oratione cum Vocali, tum quoque Mentali assidua erga Deum

Deum & proximum charitas, ad Prælatos obedientia, ac denique humilitas & paupertas tanta fuit, ut vix expeiri queant. *Quæ propter*, ne in singulis connumerandis legendi sim onerosus, id tantum cum D. Bernardino à *Fessa* (qui eius vitam sanctamque conversationem diligentissime conscripsit) dicam: quòd omnino luxu irreprehensibilis fuerit; quòdque vniuersa eius vita, nihil aliud à quodam miraculo extiterit. Obiit in Conuentu sancti Bernardini apud Aquilam, sub ann. 1526. De eo etiam agunt Gonzaga part. 2. in hoc Conuentu, qui est 1. *Provinc. S. Bernardini. Barceus* 4. part. chronice, minor. lib. 1. cap. 30.

4. *B. Isami. Confess. c*] Eremita erat, tertiumque Ordinem S. Francisci profitebatur, quando Massacii, hac

die, spiritum Deo reddidit, qui ob vitam eius insignem, & diuersa miracula ab ipso patris, ut sanctus à populo colitur, teste Marco Vlyssiponen. 3. part. sup. lib. 1. cap. 20. sub ann. 1353. Mariano, in Appendice, lib. 2. & Vvadingho, tom. 4. sup. ad ann. 1399. §. 4. quo obiit. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordinis.

*E. Gabriela, Virg. d*] Floruit lux virgo piissima circa ann. 1350. obiitque Alenconij, in monasterio S. Clare, cuius corpus post 17. annos ab eius funere, omnino redolens atque integrum, & vlla absque corruptionis leſione apparuit. Memoratur à Gonzaga part. 1. sup. in præfatio Monasterio, quod est 6. *Provinc. Franc. Paris. Baretzo* sup. lib. 2. cap. 11. Valeriano. De SS. Formis Ordinis, minor. lib. 4. cap. 19.

## NONO KALENDAS MAII.

**E**BROICIS in Gallia, Beati Dionysij Pontani, Martyris, qui ob Fidem Catholicam, utroque oculo ab hæreticis orbatus, ac plurimis tormentis excruciat, spiritum Deo reddidit. Perusæ, Beati Ægidij, Confessoris, seraphici Patris sancti Francisci Socij, viri omnino extatici: qui paupertate & castimonia, spirituque propheticò insignis, miraculis inter & post obitum claruit. Sandeciz in Polonia, Beati Tolentæ, Viduz, quæ Boleslao pio, Califfio Duce, eius marito, mortuo à Monasticam vitam professæ, virtutibus ac Regulari Obseruantia emicuit, & sancto sine perrexit ad Dominum. Signæ propè Florentiam, Beate Ioannæ Sigenensis, Tertiariæ Religiosissimæ Fœminæ, miraculis gloriosè.

## APRILIS XXIII.

1. **B**eati Dionysij, Martyr. *1*] Huius illustre Martyrium describitur à Gonzaga 1. part. Orig. seraph. Relig. vbi de BB. Martyribus Franciscan. diuersus ut partibus suo xpo, ob Christi fidem passis, apud Francie Provinciam. Item part. 3. in Conuentu sancti Ioan. Bapt. Ebroicens. qui est 22. prædictæ Provincie, his verbis. *Annus Domini 1363. sub pers. oratione Hugonis 4. charas Deo reddiderunt animas, duo veterana à sancto In-* *Elis. viri, serè Obſegenerij, huius celeberrimi Conuentus alumnus, Pater Dionysij à Ponte, Ludovicus Grippius, quorum prior, Confessorius, effudit oculis, capite conquisitato, ac pendente, variis plagis, afflicto corpore, copia crucis incredibilis, passionis locum exornavit. Posterior Ecclesiasticus egregius ac pius, in Cameraria D. Dionysij, deſervitibus etiam tyrannus alumnus, plumbo transverberato guttate occidit. Quorum corpora à varia seculi post mercedem eius dicit, quæ pro Christi gloria passi sunt collecta, Religioſque curata, in classibus Conuentus humanæ gloriæ sanctæ resurrectiois, cum palma sui gloriosissimè Martyr, præſolentis. Illorum memorat. Marcus Vlyssiponen. 3. part. chronice, minorum lib. 9. cap. 38. Barceus part. 4. ibid. lib. 7. cap. 2. Daça, ibid. lib. 3. cap. 51. Tasso, in histor. sancti temporis, ad ann. 1373. Bolius, tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. sæcul. 9. Piqueus, in catalog. viror. illustr. Franciscan. Hilarion à Costa, lib. 2. histor. Catholic. pag. 165. Vvadinghus tom. 2. Anualium minorum, ad annum 1270. §. 39. & Toffianus lib. 2. Grauna in *viæ Tarrivis*, part. 2. cap. 24.*

2. *B. Ægidij, Confessoris, b*] Affilius erat, & tertius ad hæc locus D. Francisci, ann. 1209. in festo sancti Georgij, Martyris. Mux de eorefert S. Bononensura testis oculatus maximè, cap. 3. Legend. D. Fran-

cisci. *Sanctus Pater Ægidius*, (inquit) *vir virique fuit Desplens, & celebris memoria dignus. hic etenim postmodum, virtutum sublimium executione præclarus (sicut sanctus Dominus de ipso prædixit) quoniam effectus idota & simplex, ad excessiva contemplationis sublimitatem est verticem, non per multa curricula temporum, suis iam actibus semper inuicatus, adei crebris caperebat excessibus (quemadmodum & ego oculata fide conspexi) ut magis confectus inter homines vitam Angelicam agere, quam humanam, &c. Egreſſus enim sicca & ducta præclara commemorant, copiosiusque describunt S. Antonius 3. part. histor. ocul. 14. cap. 7. & sect. 6. 11. 11. Marianus lib. 1. cap. 4. & seq. Aluarus Pelagius, lib. 2. De Plantis Eccles. cap. 2. circa fin. Item cap. 52. in 3. errore Begard. & cap. 8. 69. 73. 75. 76. 77. 79. 84. 91. & 92. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. conformitat fruct. 1. 4. 7. 8. 10. 11. & 12. part. 2. Item lib. 1. fruct. 4. 5. 6. 7. & 11. part. 2. Codex MS. Abbat. S. Vidæ. Part. in Fratibus minor. sanctis. illustr. Provincie S. Francisci. Fundamentum trium Ordinis. minor. tract. 1. in Magnoribus Ordinis. lib. 9. Generali. Speciali Fratrum minor. ibid. Toffianus lib. 1. & 12. histor. seraph. Marcus Vlyssiponen. sup. part. 1. lib. 12. cap. 8. 9. 10. 12. 35. 66. 75. & lib. 2. cap. 51. lib. 6. cap. 4. 8. 18. 38. lib. 7. cap. 1. vsque ad 45. & lib. 10. cap. 12. Item part. 2. lib. 2. cap. 15. 17. & lib. 6. cap. 19. Gonzaga, part. 3. sup. in BB. viris huiusce Ordinis. & part. 2. in 4. Conuentu Provincie S. Francisci. & 19. Provincie Roman. Bosius, tom. 2. sup. lib. 15. cap. 5. Serius hac die, ex quodam Cod. Germano, & Ferrarius, in sanctis Italæ, Franciscus Colterus, in Concione. Domenic. 4. Quadrages. §. 8. Rebollo lib. 1. chronac. cap. 15. Elzeanus, lib. 2. Sacri Mont. Olivet.*



- cap. 2. *verf. 2. & lib. 1. c. 4. 8.* Cornelius à Lapide, Commentar. in Genes. cap. 34. *verf. 1. & in Epist. 2. D.* Petri cap. 1. *verf. 10.* Franciscus de Sales, trad. de Amore Dei, lib. 5. cap. 6. & lib. 6. cap. 4. Nigronus, in Commentar. ad Regul. commun. societ. Iesu Reg. 2. §. 6. Regul. 14. §. 16. 17. Regul. 15. §. 10. Regul. 22. §. 1. 6. Regul. 23. §. 25. & Regul. 41. §. 12. Sedulius, in Commentar. ad vitam S. Francisci, cap. 3. §. 3. Wadinghus tom. 1. Opuscul. D. Francisci, Apophthegm. 46. Item tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1209. §. 10. 12. & seq. an. 1212. §. 4. 57. 58. an. 1215. §. 5. 5. an. 1219. §. 12. 34. an. 1237. §. 7. 8. &c. Item tom. 2. ad ann. 1262. §. 3. & seq. ann. 1291. §. 59. Molander, tom. 7. Suriq, hac die. Sedulius, Commentar. ad vitam S. Francisci, §. 3. Brotius, tom. 15. Annal. Eccles. ad ann. 1250. §. 8.
- §. 3. Obiit ann. 1262. à conuersione sua post ann. 52. ex Mariano cap. 26. Legenda Italica MS. à B. Leone S. Francisci socio compilata; cap. 67. & chronicis Antiquis, quare corrigenda sunt errata, quæ in nouis illis reperiuntur, ubi ponitur 1362. 1282. 1260. &c. loco 1262. hæc enim crediderim potius vitio librariorum, quam iactantia Authorum, inierita fuisse. Porro, nimis crasse hallucinatur Iacobus *Erasmus*, cap. 30. in vita B. Archangeli *Sexti*, Capucini, ex Faustino Distenmensi, scribens, ipsum B. *Ægidium* nullis claruisse miraculis, conetarium quippe, siquid constat, ex præfatorum testimonij Authorum, Mariani, D. Antonini, Pisani, Masci Vlyssiponenf. Suriq, Sedulij, &c. non solum ante sed & post gloriosum eius transitum; quosum testeraam reperies apud Wadinghum (vt potè recentiorum) tom. 2. sup. ad ann. 1262. mo & S. Bonauentura de eo docere solebat, præfatum illi à Deo, vt possit efficaciter opulari eis, qui ad animæ suæ salutem, inuocant eum; idemque Doctor seraphicus gratias Deo agebat, si eus ea incidisse tempora, quibus sanctissimum hunc Fratrem Laicum *Ægidium*, & videre & alloqui potuisset. Teste Pisano sup. lib. 1. fruct. 8. part. 2. Marco Vlyssiponenf. part. 1. sup. lib. 7. cap. vltim. &c.
- §. 4. Quantum verò ad illud eiusd. B. *Ægidij*, quod sequentium, in seruore spiritus dicebat: *Parfius, Parfius, quare distans Ordinem sancti Francisci* non desuere, qui hæc subsannantes, impudè denegarent ea esse ab ipso viro Dei prolata, seu iudaæter assererent, non ita se curanda, cum abique magno, vel tenui fundamento, dicta forent. Quo ad primum, tres testes dignos pro-

feram (vt alios omittam) quibus certò certis indicabuntur ea existisse propria ipsius feru Christi verba. Primus erit, B. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. fruct. 8. part. 2. sup. in eo, B. *Ægido*, cap. 23. de Dictis memorat. tuis. Secundus est S. Anzolin. sup. cap. 7. §. 11. Tertius, Marcus Vlyssiponenf. part. 1. sup. lib. 7. cap. 36. Quo ad secundum indubitata res est, ipsum B. virum, ea, magna cum ratione, exclamasse, cum plurimorum Fratrum scientia Luceæ operam naustram, spiritum censeret inquietum; quippe, qui in suis doctrinis & studiis confidentes, nil boni z quique consolent, quorum multi libenter, vitroque Dei verbum disseminabant, sed propria salute neglecta, virtutis opera, perfectionis profectum, atque Regularem obseruatiam, refusebant. Quæ de re, Alnarus sup. lib. 2. cap. 6. 33. 66. & 78. Item, Ocularia & Manusculat Fratrum minor. in epistola Luminaria, ante mod.

B. *Iolentz, Vidua, & c.*] Obiit, ann. 1279. in Polonia Bolefius *Pius*, ita dictus à pijs operibus; Dux Calisientium, qui Monasterium Gnelinæ, D. Clare institutum professi construxit. Porro Iolenta, orbatâ marito, ad B. Kingam, foreterem suam, Ducissam Poloniæ, eam Viduam, se consulti: à qua benignè suscepta, simul in veterem Sandicium commigrante, inique reliquam vitæ tempus in Monasterio S. Clare à se condico peregerunt. Vita itaque sancta est B. Kingæ, ceu *Chrysantha*, ann. 1292. de qua infra ad 15. Septemb. Quo autem tempore defuncta sit nostra B. Iolenta, hanc mihi conperitum est, adhuc tamen vivebat ann. 1287. vide Cromerum, lib. 9. & 10. rerum Polon. Wadinghuto, 2. Annal. minor. ad an. 1279. §. 6. & 1287. §. 5. Ossinianum, lib. 1. histor. seraph. qui eam vocat B. *Iolentam*, & Barexam 4. part. chron. minor. lib. 2. c. 9. omnia confundentem, præperam enim ab eo nuncupatur *Iuliana*, deinde habitum Religiosis sumptisse Gnelinæ, in Monasterio, post viam obitum, à se erecto, &c. veritas historice minime coheret. Valerianum de SS. Fœminis Ordinis minorum, lib. 4. cap. 13. B. *Iuanæ, Tertiar. d.*] Memoratur à Marco Vlyssiponenf. part. 2. sup. lib. 9. cap. 23. §. 1. sub ann. 1359. ubi ait ipsam floruisse tunc temporis, magna vitæ sanctitate, propè Florentiam in Hethuria: de qua agitur solemnitas 1. die post octauam Resurrectionis Domini. Wadinghus verò tom. 4. sup. ad an. 1360. §. 1. vult eus collesum, Feria 2. Resurrectionis: De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ord.

## OCTAVO KALENDAS MAII.

**C**Antuanæ in Apulia, Beati<sup>a</sup> Ioannis Pechani, eiusdem vrbis Archiepiscopi, vita, doctrina, & miraculis clarissimi. Gautepalæ in India Occidentali, Beati<sup>b</sup> Francisci Colmenarij, Confessoris: qui summæ paupertatis atque humilitatis cultor, suis feruentissimis concionibus, Indorum conuersioni magnoperè inrubiuit, & sanctitate conspicuus euolauit in cælum. Fulginij, Beate<sup>c</sup> Gemmæ Sulmonensis, Viduæ, genere, humilitate, & spiritus feruore illustris. Vlyssipone in Lusitania, Beate<sup>d</sup> Annæ à Conceptione, Virginis: quæ nobili nata profapia, iugi oratione, abstinentia atque pœnitentia, meruit Christo sponso famulari.

2. **B. Ludouici à Barga, Confessoris, \*** Discipulus fuit beati Herculani à Piegals, claruitque circa ann. Christi 1475. De quo Gonzaga nonnulla scribit, tertia parte Ong. seraphic. relig. in Comenue sanctæ Mariæ de Gracis, propè Bargam, ( qui est 19. Prouinc. Tuluz. ) illis verbis. *Sub ipso aliam Natiuitatis gloriose Virginis sacre Beati Patris Ludouici de Barga, ( qui Religiosis habitum de manu Patris Herculani suscepit, quoque tanta in proximum charitate præditus fuit, vt nihil aliud ab animarum salute sitire videretur ) venerandi cineres recitari solent. B. hic Pater agros discorrens, nullius distinguendis solis intentus ad Punitentiam, maxime tamen ad sacrum peccatorum confessio- nem faciendum, abire solitabat. Quod si illorum quosdam aliquando fibris confectis voluisset, cum exarati-*

*na iunxerit patientissimè audiebat. Et si aliqui pudorè perfusus aliquid peccatum subiecisset, id B. Pater per reuerentiam præcesserit, beneuolenti hominem miris caritate ad eum manifestationem alliciebat. Inferius, & maxime laborantibus praesertim adnot, quibus etiam omnia sacramenta ministrans, sepius beneficiis, diu opus esset propriis manibus exhibebat. Ita vt in quadam peste, 700. & ultra, defunctorum corpora, se tantum facere iunxerit sepeliret. Quapropter & miraculis ad huc viuentis clarus. Nam & poenitentiam discipulum suis precibus ad vitam renouavit, & deficientem symba, rapidissimum flumen, strato sub pedibus manello, vnde cum sacro saluissimè transiit. Eadem testatur Barczus quarta parte, chroni. minorum lib. 1. cap. 48. ad annum millesimum quingentesimum vigintiannū sexagesimū. Opinor autem eisdem esse cum B. Michaelè de Bares, cuius meminit Marcus Vlyssiponenf. tertia parte, sup. libro sexto, capite trigesimo quinto, ad annum 1478. eadem enim de illo testat, quem & Bzouius sequitur tom. 18. Annal. Eccles. ad annum millesimum quadringentesimum septuagesimum octauum, §. vigesimo primo. Daça, quarta parte chroni. minor. lib. 1. cap. 28. Petrus Caluus, in Defensorio lætæ. Relig. lib. 2.*

**B. Elisabethæ Pontiz, Viduæ, \*** Per aliquot annos, 9. antequam Iulius II. ad Summum Pontificatum assumere- tur, nobilis Matruia, B. Elisabethæ Pontiz, Viduæ ex viui morte relicta, cepit à Lorençii Senatus, sustinenti intra eius mensis fundo, domam in Monasterij formam, sub titulo sanctæ Annæ ibidem edificandam curauit, sumptuose simul cum BB. Francisca Pontia, atque Maria Sancta à Beocia sibi

filabus Tertiarum Sororum Franciscanarū habita , ad eō se in omni virtutum genere cum illis exercuit , vt maximam sanctitatis opinionē apud omnes acquisierit , & plures Virgines B. P. Francisci instituto mēcipandas ad se traxerit : Quo denique factum est vt prefata domus in monasterium euaserit , & ipsa Beata Elizabetha , cum filabus , sanctitatis norma Lorcanis facte sint : earūque Reliquie aliquot Dæmoniacas ab immanibus spiritibus , pluresq; inermes à diuersis languoribus liberauerint. Huius rei fidelissimus testis esse poterit , F. quidam Michael , Laicus Franciscanus , qui ad corporis prefate B. Elizabethæ Pontis contactum , dum aliò transferendum , honoris ac etiam deuotionis causā , exhumaretur ab heresia , cuius gradu pre-

mebatur , liber euasit. Hæc attestantur , Gonzaga 1. part. sup. in prædicto Monasterio ; quod est 15. Prouinc. Carthaginens. Barezzius sup. lib. 1. cap. 30. ad ann. 1520. Valerianus , De SS. Fœminis Ordinis minor. lib. 4. cap. 6.

B. Maria, Virgini Abbatisse, 4] Penitentia sic adiecta erat , vt Calicium à se nunquam deposuerit , tantoque orationi vacabat , quod noctes etiam in ea consumeret. Morti vicina vidit S. Velulam , Virginem & Martyrem , cum sociis iuuicantem se ad gloriam , & paulo post feliciter exspirantem. Vide Daçam , sup. lib. 4. cap. 5. viuebat circa ann. 1590. sepulta autem iacet in Monasterio Conceptionis B. Virgini Deiparæ , quod est 7. Prouinc. Angelor.





# M A I V S.

Kalendis Maij.



**M**N Hybernia, propè ciuitatem Aladensem, Beati <sup>a</sup> Felimei, Martyris, qui vnà cum socio gladius hæreticorum occubuit. Cęsar Augustę, in Hispania, Beati <sup>b</sup> Lupi-Agni, Marrochiorum Episcopi, & Confessoris: signis ac virtutibus gloriosi. Bononię, Beati <sup>c</sup> Nicolai de Pepulis, Confessoris: genere, & vitę perfectione illustrissimi: quemque copia miraculorum nunc vsque exornat. Columbarij in Tuscia; Beati <sup>d</sup> Philippi à Castella, Confessoris: humilitate, & cęlestium meditatione, ac profusę extatica oratione celebris: cuius corpus postea ad Montem icinum translatum est. Montaoeni, in Hethruria, Beati <sup>e</sup> Vbaldi, Tertiarij, Confessoris: mirę pœnitentię & sanctitatis viri. Marpurgi, in Germania, Translatio <sup>f</sup> Sanctę Elizabeth, viduę, Andręę Hungarorum Regis filię: tempore Gregorij Papę noni. Vsfuntione in Gallia, Beatę <sup>g</sup> Anonymę, viduę: genere, & vitę sanctitate celebris.

## MAII PRIMA DIES.

**B**EATI FELIMEI, Martyris. <sup>a</sup>] Laicus erat professus, B. Felimeus Haza, filius illustis Herois, Iosanis Haza, principalis sue nationis: qui martyrium hęc die habuit an. 1181. Iuxta Gonzagum part. 3. otig. seraph. R. ebg. an. prouinc. Hybernię ad finem: de socio nullam habens mentionem. At Wadinghus vtiq;que meminit: tom. 2. annal. minor. ad ann. 1191. §. 32. licet mihi subobscurus videatur: siue tempus & locum; siue personę & martyriam species: vult enim, quod apud Atmachanum deo illucit hiduo Frater Laici, Felimeus *Cœtera tenes, & Henricus Fremambald, &c.* Daça 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 71.

**B**EATI LUPi-Agni, Episcopi. <sup>b</sup>] Sciendum in primis; quod Sedes Episcopalis Marrochij in Africa vacauerit subsidio paltoris, per mortem B. Agnelli, ordin. minor. de quo sup. 14. Martij. Ad eandem ergò promotum Innocentius IV. an. 1246. virum sanctum, F. Lupum. Feoduanum Dain, eisdem œdiuis. Primus etenim omnium extitit, qui cum esset genere nobilis, acque dignitate canonicus, spretis humilimodi honoribus, Franciscanę religionis habitum Casaragultę suscepit, atque Fratrum minoribus adiunctus est. Hic denique à Multro eius Provinciali Romano, ad Gregorium IX. Summum Pont. ob quędam negotia religionis statum concernentia, missus: tanta apud ipsum Papam; tum quoque apud illustri. Cardinale, sanctitatis opinione polluit, vt ab omnibus maxima in veneratione, etiam habitus sit: et neq; Innocent. IV. Gregorij presul successor, in Episcopatum delegente.

<sup>c</sup>] Huiusmodi electio mox ultimata legitur ab eodem Pontifice Max. vniuersis Christi per Marrochian. Diocęsam constituit. Diploma incipit. *In ceteris*

*Speculo.* Sub dñx Lugduni 2. Kalend. Nouemb. Pontifici. an. 4. vbi inter alia sic eos alloquitur. *Quamquam Ordo Regularum minor. sive Ecclesię Romanę velle plantatis, quia virtutis opus militantem & transubstantem Ecclesię an. meritis proficit, & exemplis, & suscitauerit. legum ipsius habitus quodammodo quadam species paratissimi: de ipso archiepiscopi dñs est exceptis, Frater videlicet, Lupus, vbi vique deuotissimi, ingenij virtutibus, scientia decoratus, prouidus in temporalibus, & in spiritualibus circumsprensus: de cuius persona eidem Ecclesię, auctoritate Sedis Apostolicę, sanabiliter & vtiliter est pronisum, &c.* Eo igitur consecrato Marrochiorum Episcopo: pro conuersione Africanorum sollempnis pronus Franciscanorum missio instituta est eod. an. 1246. quare idem Summus Pontifex scripsit ad Regem Marrochiorum Sartacenum, eum ad veritatis lumen utatur, & pœnitentem Episcopum, ac comites minoritas, qui ad ministerium fidelium atque infidelium conuersionem destinabantur, ei imponere commendauit. Incipit littera Apostolica, *Gaudemus in Domino.* Sub datum Lugduni 2. Kalend. Nouemb. Pontifici. an. 4. litteras etiam idem Papa dedit ad Regem Tunisij, Cęptę, & Bugę: rogans, vt Franciscanos, quos ad eorum Regna mitteret presertim Episcopos, fouerent, & ob reuerentiam Sedis Apostolicę recipere, & sicut alijs conuincerent ibidem, libere permitterent conuersari.

<sup>d</sup>] Aliis interius commendauit similiter Innocentius omnibus fidelibus per oceanum maritimam Hispanię constituit: acque in remissionem peccatorum inuocet, quatenus eidem Episcopo ad Dei cultum amplificandum omni auxilio assisterent. In eundem modum scriptę est, Archiepiscopo, & cõsilio Tarracens. Archo-

episcopo & consilio Maioricar. Archiepiscopo & consilio Valentin. Archiepiscopo & consilio Narbon. Episcopo Basonien. & populo sibi commisso. Episcopo & consilio Barcinon. Archiepisc. Ianuen. & populo sibi commisso. Episcopo Massiniensi & populo sibi commisso. Episcopo Portagal. & consilio Episcopo S. Emeretij. Burgens. Diocesis: consilio S. Sebastiani, Pamplonens. Diocesis: consilio de Laredo, Burgens. Diocesis: consilio Castr. de *Ordiales* Burgens. Diocesis: Episcopo Vitioponens. & populo sibi commisso. Scripsit etiam eadem ad Reges Navarrae, Aragoniae, Castellae & Portugalliae. Item ad omnes Christi fideles per Africanos constitutos. Item ad Magistrum & FF. Ordinum militum S. Iacobi & Calatravens. Alias dedit ad vniuersum Ordinem Franciscan. vt praedictam missionem, Episcopum, ac socios, iuramentum, & omni consilio, ac favore promouerent.

Nonnulla etiam indulta & priuilegia eidem Episcopo concessit Innocentius IV. maxime vero eandem curam & potestatem super vniuersis Africae fideles ipsi B. Lupo Episcopo delegauit, qui gaudebat eius praedecessor B. Agnellus Episcopus. Insuper eidem B. Lupo Episcopo, de du. auctoritate, Indulgentias proficiscendis in Terram Sanctam concessas, elargiendis Laicis, qui ad obsequium Ecclesiae suae seculum remanere uellent, aut ad illum transfretare.

Porro B. Lupus, tunc S. Sedis Legatus in Africa, circa an. 1217. Romam uenit, iuramentum Pontificae de multis rebus promissae sibi commisit, & Christianorum commodo, qui in Africa commorabantur: de huius Hierosolymam profecturus, cum licentia Alexandri IV. mor in Occidentem reuertens, ea omnia compleuit quae de ipso referunt Gonzag. & Wading. actandem Hispaniam proficiscens, & apud Caesar-augustam moram trahens, sanctissimam vitam finit, tempore praefati Alexandri IV. Aegunt de ea Gonzag. 3. p. sup. in Consuet. Caesar-augustano, quae est 3. prouin. Arragon. Maneta lib. 17. hist. Eccl. SS. Hispan. c. 9. Wading. to. 1. sup. ad an. 1210. §. 4. 6. an. 1246. §. 9. 10. & seq. an. 1247. §. 27. item to. 2. ad an. 1257. §. 18. & an. 1278. §. 37. qui optime ostendit, quod, quomodo Gonzag. hoc errauerit, quod à Gregorio IX. refectat promotus B. Lupum, in Episcopum Romae, cum id contingeret Lugdani, ab Innocentio IV. an. 1246. Nominis etiam mutationem *Lupi* in *Agnum*, firmus ex Suma Pont. inbuitato aduersus hanc, haud ideo adstruit, cum ipsius litterae Innocentij IV. contrarium designent. Non negauerunt tamen (cum ipso Wading.) nomen *Lupi* in ceteris dictionibus ex claris uirtutibus, & moribus S. uin transfuisse: vel cum eam notionem appellationis uisus est Pontifici, licet aliam *Agni* commendari & inducere. *Lupi* lecturus tamen conuicio, eam nomen uallationem referendam ad B. P. *Agnellus* institutionem in Episcopum, factam à Gregor. IX. cum nomen & personae concederet: tam ignorauit Gonzaga, ideoque excusandus.

Sacrum eius corpus humatum est primo Caesar-augustae apud Cöuentum FF. minorum, (ubi diem claustrae extremum) atque honesto loco sepulchrum. Postea uero translatum est ad alium Conuentum S. Francisci ibidem de nouo extructum, (quem modo Fratres incolunt) an. 1289. in Festo Apoll. Philippi & Iacobi die 1. Maij. Maxima cum solemnitate, atque celebri processione: quam Deus, meritis ipsius B. Lupi, miraculis, honorare est dignatus.

Beati *Nicolai, Confessoris*, e] Nobilis Bononiensis fuit, & Iuris peritus eximius: qui B. Bernardum à *Quintanalle*, Bononiensem aduenientem, à puero, & inuoluntarium libertatem molestis, benignè ibi conuocantem

fouit, an. 1211. & consolaribus edes extruendas curauit an. 1213. & 1219. cum demum Franciscanum habitum sumpsit an. 1220. per manus Seraphici Patris S. Francisci, cuius & comes amantissimus extitit. Qui tandem per sanctaeque Deo spiritum reddidit, haec die, an. 1219. miraculis illustris. Sepultus est autem ad Monasterium S. Bernardi Claustrum, quod olim FF. Minorum primum fuit domicilium, sub inuocatione S. Mariae de *Philisus*. Eius Encomium refert Wadingus ex antiquo MS. cuiusdam F. Bonuati. an. 1306. extarato. Vide ipsius uadingham tom. 1. sup. ad an. 1211. §. 28. & 29. an. 1220. §. 9. & 10. & an. 1229. §. 27. et Pisano lib. 1. conformat. fruct. 8. & 12. part. 2. in prouin. Bononiens. Mariano lib. 1. c. 8. §. 2. Marc. o Vlyssipon. 2. part. chron. minor. lib. 6. c. 2. Toffinian. lib. 1. hist. or. seraph. Speculo S. Francisci c. 65. Sigonio lib. 5. hist. Bononiens. ad an. 1215. & 1218. item de Episcopo Bononiens. sub Henrico 3. *Fralla*, an. 1219. Leandro Alberto lib. 9. decad. 1. hist. Bononiens. Cherubino in hist. Bononiens. fol. 12 B. Picquet. in catal. uiror. illust. Franciscan. Gonzaga sup. part. 1. in BB. uir. uulgo ord. & part. 2. in praefato Monasterio, quod est 6. prouinc. Bononiens. ubi legitur hoc Epitaphium.

*Nicolai primus nomen,*

*Ceco lumen obtinuit:*

*Et mortis restituit*

*Vitam, deuotus precibus.*

Beati *Philippi, Confess.* d] Ex humilitate & uili de se concepta opinione, Philippinus dictus est, olim S. Antonij Patanaus iocundus, à Regno Castellae oriundus. Laicus erat, & 18. annorum adolefens: quando uia eum ipso B. Antonio Alifij interfuit Comicus generalis. Demumque S. Antonius ductus est an. 1211. in Romanoliam à F. Gratano Ministro Prouinciali, amandandus est haec B. Philippus in ciuitatem Castellae. Hinc uocatus alibi S. Franciscus moriens, an. 1216. eibusque fracta vulnera flens & dolens palpauit. Celebratis exequiis, se inuicè saluantes, B. Episcopus abiit Cortonum, B. Philippus Columbarum, ubi tanquam columbam continuo genuit & fletu uisum diuis sanctissimi: quam copiose refecit Pisanus sup. in prouin. Tuscig. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. lib. 1. Marianus lib. 1. c. 19. & lib. 3. c. 10. Marc. Vlyssipon. part. 2. chron. minor. lib. 2. c. 4. 6. & lib. 5. c. 19. Toffinianus lib. 1. sup. Gonzaga 1. part. sup. item part. 2. in Consuetu. Columbarum, qui est 3. prouinc. Tuscig. Algeria in Arbore Epologica totius ord. minor. Wading. tom. 1. sup. ad an. 1221. §. 12. & 19. item tom. 2. ad an. 1290. §. 12. &c. & tom. 4. ad an. 1399. §. 45. Picquetus in catal. uiror. illust. minor. Maneta. lib. 17. hist. Eccl. SS. Hispan. cap. 7.

Itaque post vitam sanctè & miraculosè transactam, in senectute bona, plenus dierum, annorum 87. in eodem Columbarum loco ad Dominum migravit an. 1290. hac die primo Maij. Cuius coepus postea delatum est, non sine miraculis ad Montem Iteum: in Monte Iteum (ait Pisanus) iacet Sanctus *Frater Philippus, Laicus: qui multa fecit miracula: & inter alia, cum de loco Columbarum, in quo decessit, corpore eius ad Montem Iteum de deceretur, inundante pluuia, nec uulgus affretum stetgit, nec fuit corporis portitores. Desilio sancti Fratris sic memoria celebrata in dicto castro, in Sanctuarij Philippi & Iacobi, Marcus eadè habet sup. lib. 5. huiusmodi autè Testimonio peracta est do S. Marci Euangelistae 15. April. ut quae sacrum corpus honorificè conditum in Ecclesia ipsius Sancti Marci FF. Minor. ad cuius uenerationem uarieta populi multo*

tudo

tudo, eo die, quotannis confluit cum ceteris & luminibus, afferens aramque in fabricam eius tunicam, quam gerebat in obitu, magno habent in pretio.

p. 77.

*Beatus Valdo, Confessorius.* [A loco S. Germiniani in Tuscia traxit originem: B. Bartholi 3. ordin. Franciscani discipulus, cum & servavit in sua sic diutina infirmitate, & cuius sanctis exhortationibus, misericordie patientie exemplis; mundum cum vanitatibus suis spreuit, & tertiarii habitum sumpsit. Hinc ad sui exemplum Didacali, patris, parentibusque derelictis, domicilium sibi elegit, in nemore rotundo apud *Camporenam*; vbi, propter Christi amorem, vite residuum consumpsit, in magna penitencia, continuas lacrymas & orationibus; extracta sibi exigua cala intra veteris cuiusdam castaneæ arboris caudicem: quo vix genuflexus poterat permanere. Transitus eius fuit admirabilis; nam eum hac die animam egisset, campanæ omnes Castr. *Montium*, per scapulas nullo mortalium traheente perfunerant. Extincto corpore eius Montionem eleatum, sub Altari maiori Ecclesie honorifice conditum est: vbi multis miraculis à Deo exornatur. Scribit de eo Mariagus libr. 3. cap. 15. Marcus Vlyssiponenfis 2. part. sup. lib. 6. cap. 25. Gonzaga part. 2. lapra in Conuentu 3r. provinc. Tulcæ. Wadingius tom. 2. sup. ad an. 1500. (quo decessit vitæ) §. 11. ex Legenda Ms. B. Bartholi: *Psalidum* illum appellans post Gonzagam. Toffinius in provinc. Tulcæ.

§. 12.

*Transitus Elizabethæ.* [Hæc celeberrima habita est: postquam ipse Sæc. Heroidis canonizatio completa est ann. 1235. per Gregor. X. Papam. Mox enim rei fama per Alemanniam divulgata, Siffridus Moguntinus Archiepiscopus, anno sequente; videlicet 1236. cum ingenti populorum gaudio, levandis è sepulchro sanctissimas ossibus diei 8. Maij constituit, citatis in simul altarum Ecclesiarum presbiteris. Quo die incredibile dictu est; quanta Marpurgum multitudinè conuenit: vtriusque sexus, ordinum, & statuum diversorum. Ex vasis tempore nationibus, populis & linguis, talis ac tanta ibi fuit multitudo collecta, qualis in Alemannicæ partibus vno in loco vix vniquam potuit, vel in futurum poterit congregari. Eam à diuodices cetera milita peruenisse fertur. Oblationam verò tam abundans & affluens copia erat, quæ non facile valuit

zelatari. Præfixibus igitur Frederico II. Imperatore, auream coronam sanctis Reliquis dicante; Henrico quoque Langegrano, illustri Thuringorum principe, vni cum fratre suo Conrado; & matre Domina Sophia: Hermanno item filio B. Elizabethæ, & Sophia eius filia, cum honorificentissimo inferiorum principum cœtu: Moguntino, Colonensi, Treuerensi, ac Bremensi Archiepiscopis, necnon aliis plurimis Tempulorum Cœnobiorumque presbiteribus, eflorido tumulo, lanthillima leuatur ossa. Neque verò concors, ceterorum eaduerum more, horrendi factoris exhalatio: sed tanquam reclusa pretiosissimorum aromatum theca, gratissimus odor egressus, omnia, quæ adiecit, & nares imbuit, & animos ingenti gaudio perfudit. Imposita mox capite plumbeæ, sigillis Episcoporum obligata, per medium populû, inenarrabili delictio prætolantis, magnificentiſſima pompa, circumferuntur. Postridè patefacta inſu Ancistum capâ, comperiuntur (visu mirabile) benignissimè miseratissis ossa, præter naturam, non parum olei esfadasso, guttatimque sub oculis omni ex parte eiectate: quo perlitis quotcumvis infirmorum artubus, optata pro voto sanatas tam velociter quàm felicitè conferebatur. Quare ad sacrum eius tumulum, tantam fieri peregrinationem pronuntiat omnium per circumitum ait ex *Alberico* chronicon magnum *Belgicum*, quanta ferè ad S. Iacobum Compostellæ. A dâ huic Translationis conme morat Theodoricus de Thuringia cap. 12. Surus, & alij in vit. S. Elizabethæ 19. N. osemb. infra. Marcus Vlyssiponenſis part. 1. chron. minor. lib. 9. cap. 17. Additiones ad Lambertum Schafnaburg. an. 1236. Trithemius in chron. Helueticis chronica compendiola, seu compilatio chronologica German. Siffridus epitom. histor. lib. 2. eod. an. historia Langrau. cap. 47. Kramerius lib. 7. metropol. cap. 48. Wading. tom. 2. sup. ad ann. 1235. §. 3. Ilzouius tom. 13. annual. ad an. 1236. §. 15.

*Beata Anonyma, Vidua.* [Comitissa erat Valentiniensis, habitumque religionis suscepit de manibus B. Coletæ Virginis, in monasterio Vesontino: vbi miris virtutibus refulsit. Ex Codice MS. fororis Perunæ fol. 30. & seq. Abbaillus Capucinus in histor. chronolog. B. Coletæ stat. 3. lib. 2. cap. 17.

§. 13

## SEXTO NONAS MAII.

**A**lexiani, iuxta Petricagianum Corsicæ insulæ oppidum, Beati <sup>a</sup> Anonymi Martyris; qui ab hæreticis, religionis Catholicæ causa, necatus est. Assiſij in Umbria, Beati <sup>b</sup> Ioannis, cognomento Simplicis, Confessoris: admirandæ humilitatis, paupertatis, & orationis viti: qui cum Seraphici Patris S. Francisci esset discipulus, tanta animi contentione, illius vestigia studuit imitari ad virtutem promerendam: vt etiam illum præcesserit ad coronam. Conegliani, in territorio Cenerensi Beati <sup>c</sup> Marci Hungari, Confessoris: multarum prærogatiua virtutum gloriaque signorum conspicui. Item Beati <sup>d</sup> Petri à Xerezio, Confessoris: qui Prouincialatus munere sanctè perfunctus, virtutibus & signis admirandis duxit. Asturicæ Augustæ in Hispania Tarraconensi, B. <sup>e</sup> Mariæ Alphonſi, Virg. quæ eius loci prima Abbatiſſa extitit, & post mortem multis miraculis emicuit. Florentiæ B. <sup>f</sup> Philippæ à Medicæ, Virginis, & Abbatiſſæ, quæ virtutum omnium exculturæ eximia efficta, signis etiam illustribus euasit. Apud oppidum Veaz in Hispania, Beate <sup>g</sup> Euphrasie Rodericæ, Virginis, Tertiariæ.

P ij

6. 1. **Beati Anonymi, Martyris.** \*] Memoratur à Gonzaga part. 2. orig. seraph. relig. in Consuetu Sancti Francisci Alexiani, qui est 10. provinc. Corsicæ. *Venerit* (inquunt) *anno Domini 1314. (ab eo hinc Managery antiquas respiciari valet) in bac insula in uenale pell' sera haret, quidam Frater Minor, cuius uocem prout ignoratur, ab eius sectatoribus, ob Catholicæ fidei custodiam, martyris coronatus, hocque in loco sepultus fuit.* Huic aduoluntur Wadinghus tom. 4. annal. minor. ad ann. 1354. §. 11.
5. 2. **B. Ioannis Simpleti, Confessoris.** b] De eo agens S. Antonius 3. part. hist. tit. 24. c. 7. ita describit. *Frater Ioannes à Sancto Francisco cognominatus Simplex, quem sequentem bonem, ut alterum Helianum, ad culturam Evangelicæ perfectionis adduxit. Qui tam in nocentia puritate epulabat, ut in omnibus sanctum orationem, adibus & gestibus corporibus uellet imitari. Et ideo duo sanctus orabat, ipsum aspiciebat continue & curis: ita quando Beatus Franciscus flebat uel lenabat genus, uel manus, uel oculos ad caluum: uel spuebat, uel suspirabat, uel offerebat: Frater Ioannes iste se ei consuebat, Et cum Sanctus de boni dote reprehenderet, respondit pater, ego promissus qua in factu: quare necesse habeo facere, que te uidere adimplere. Qui peruenit ad magnam sanctitatem, & ante Beatum Franciscum de hac uita migrans. Itaq; conuersus ad Dominum, Ordinem Minorum intravit. 1215. & paucos post annos emigravit ad Christum, non sine nota ceteris sanctitatis: cuius laudabilem consuetudinem sepius ut Sanctus, Pater Franciscus, referebat & extollebat, ita ut non Fratrem Ioannem, sed Sanctum Ioannem Simplem appellaret: tanta erat eius humilitas, paupertas, oratio, acque vite perfectio. Huius Sancti Fratris Laici corpus conditum iacet Alifis, in Consuetu Sanctæ Mariæ de Angelis: cuius meminerunt Beatus Bartholomæus Pilanus lib. 1. conformat. fruct. 8. & 11. part. 2. in fratrib. minor. sanctitate illustr. provinc. D. Francisci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Part. 1. d. Marianus lib. 1. cap. 11. §. 1. Toffimanus lib. 1. hist. seraphic. Marcus Vlyssiposensis part. 1. chron. minor. lib. 1. cap. 19. Gonzaga sup. part. 1. in B. B. uis huiusce ordinis & part. 2. in prædicto Consuetu, qui est 1. provinc. sancti Francisci. Picquetus in catalog. uis. illustr. Franciscan. Elzeuius lib. 2. sacri Mont. Olmet. cap. 10. Wadinghus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1215. §. 5. 6. & 7.*
5. 3. **Beati Marti, Confessoris.** c] Fuit uir mira sanctitate præditus, signisque clarus. Laicus erat professione, qui inter alias uirtutes, humilitatem summè excolebat. *Congregatus, alius Causiani, uel Corneliis,* (quod est Insulæ oppidum,) tumulatus est: tunc Pilano sup. in provinc. S. Antonij. Gonzaga part. 1. supra. Toffimano, Picqueto & Wadingho sup. tom. 1. ad an. 1249. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1372. §. 44.
5. 4. **B. Petri à Xercio, Confessoris.** d] Vitam duxerat Eremiticam in solitudine, cum habitu nostro Ordinis assumptum, mira resillie paupertate, suo in victu, siue in vestitu, cui etiam Deus nonnunquam in rebus necessariis visibiliter opitulabatur. Guardianus ac Diffruatoris uocem pluries sanctus est, tunc quoq; minister Provincialis provincie sancti Iosephi factus, idem semper extitit humilis in oculis suis. Patrus erat in sermone, sed largus in charitate. Monbus, incessu, oculis,

ac gestu religiosissimus ceterabatur. Præfentianque Dei sic intuebatur, ut iugiter in oratione ac meditatione rerum cælestium, maximè uerbis Passionis Domini, mortis & iudicij finalis, versaretur: sed in conuersatione totus erat affabilis, sincerus, suavis, & amabilis. Itet conficiens, focius inungebat, ne suis status personam cuiquam propalaret: uerum quantum plus sese occultabat, tanto magis diuulgabatur. Romanus ueniens, à Cardinalibus & Summo Pontifice, in honore est habitus. Vir regularis fuit zelantissimus, constitutionum atque statuum Ordinis simulator existens. Sæpius quidem in discipulos rebelles, & proteruos; sed maxima cum mansuetudine subiectis parcens, & humilibus. In directum seu coerciua sui officij administratione, passioe mutatur, ita uel odio ductum, quis unquam uidit fide patientia, sagacitate, & prudentia semper extortatus apparuit. Porro sibi nimis rigorosus fuit. Senepet Ducalceatus incessit: cælicium eius tandem asperum erat, ut inuentibus timorem incuteret, victus illius tenuis erat & pauper; pano, cepa, herbas, aut fructibus contentus. Per Aduentum & Quadragesimam solo pane & aqua uescebat: fuit etenim omnino abstemius. Lectus eius affert uel mara. Media nocte, Matutinus semper rocabat intus & extra Chorum: ceteratque diei Horas Canonicas suo tempore assignans, flexas genibus pefoluebat. Quotidie sacrum faciebat, necnon officia Desinantorum, & Beate Mariæ Virginis, cum omnibus orationibus & suffragiis in communitate affluetis, omni die, et si absens, dicere solebat. Silentij, solitudinis, & orationis percupidus, uerba fugiebat otiosa, & somnum longuissimum. Agens solpitate, aliisque omnes opem implorantibus, uaria contulit beneficia. E relatione Beati Antonij à Sancto Gregorio, exciatus, Martyriūque desiderio flagrans, in Philippinas & Iaponium iter direxit, cum licentia Beati Petri Alphari, Commissarij; sed cum nauis ascendisset, mareque traiceret, infirmitate grauat, sanctissimè obiit, cuius corpus sepulture accepit intra mare Hispanicam ad Aquilonem; antequam Mexico appulisset ann. 1577. Vide Ioannem à Sancta Maria 1. part. chron. provincie Sancti Iosephi lib. 1. cap. 21.

**Beata Maria Alphari, Virginis.** \*] Hæc prima fundatrix extitit: seu discipula regularis magistra, à discipulis Sanctæ Clare instructa: quæ obiit ann. 1347. & sepulta est in claustrum. Corpus magna ueneratione prosequuntur moniales, ob pieraque miracula illius inter cessione patrata. Ita Wadinghus to. 3. annal. minor. ad ann. 1328. §. 31. post Monumenta MS. provincie S. Iacobi, cuius Monasterium A thuricense extat. 8.

**Beata Philippa à Medicea, Virginis.** \*] Sui Monasterij pæfecta fuit annos uidecim: silentij, ceterarumque uirtutum amantissima, quæ cum anni. 34. in monastica Obseruantia exsisset, spiritum Deo reddidit, ætatis suæ an. 61. Christi uero 1435. Agit de ea Toffimanus sup. lib. 1. in ca.

**Beata Euphrasia, Virg. Tertiaris.** \*] Eius gesta pietate refuldantia, referunt Blasius Laguna, in suo Memoriali, & Maranus lib. 6. chron. Arithor. obseruant. Reformat. cap. 16. Floruit sanctitate circa ann. 1560. in Monasterio immaculatæ Conceptionis Vemsi, quod est 10. provinc. Carthaginens.

## QVINTO NONAS M A I I.

**I**N territorio Tullensi, propè Pagum Bauonum, ad radices Montis Vosagi; Beati <sup>a</sup> Claudij Roleti, Martyris: qui ab hæreticis, post ludibria atque tormenta perpeffa, ob defensionem Catholicæ fidei, necatus est. Lucæ in Tuscia, Beati <sup>b</sup> Hieronymi Galli, Confessoris: paupertate, vitæque sanctimonia, conspicui. Auenione, Beati <sup>c</sup> Petri Martini, Confessoris: qui humilitate & simplicitate clarus, gloria miraculorum nunc vsque exornatur. In territorio Toletano, iuxta Cubam Pagum, Beate <sup>d</sup> Ioannæ à Cruce, Virginis, Tertiariæ: quæ ob miras eius virtutes Abbatissa electa, oratione, patientia, paupertate, ac vitæ austeritate maximè floruit: quam Dominus spiritu prophetico; dono linguarum, & gratia miraculorum, in vita, ac post obitum, copiosissimè exornauit. In Apulia, BB. <sup>e</sup> Ioannæ & Catharinæ à Vino, Tertiariarû, ingentis sanctitatis Fœminarum.

## M A I I I I I.

5. 1. **B**eati *Claudij Roleti, Mart. <sup>a</sup>* De eo scribit Bæzæus part. 4. chron. min. lib. 7. c. 12. Daça ibid. lib. 3. cap. 38. ad ann. 1567. post Gonzagam part. 3. orig. seraphic. relig. in Conuentu mupor. S. Marthæ, propè Vosagum Montem, qui est 12. proximi. Franc. Parisiens. ita dicentem. *Cum demissimus R. P. Claudius Roletus, Sacerdos, huiusque carissimi alumnus, à visitandis D. Quirino leminibus rediit, ipso die Inuentus: S. C. n. 111. ann. Dominii 1573. in Caluissias hæreticos incidit; à quibus tandem post plura ludibria atque tormenta perpeffa, illis die Martij 10. pro Catholici & fidei confessione, coronatus est.*

5. 2. **B**eati *Hieronymi Galli, Confessoris. <sup>b</sup>* Pientissimus Sacerdos extitit, atque veræ religionis, paupertatis, necnon & reliquarum virtutum sedator, qui mortem obitus temporalem, cum catholici beati, ab illis populis creditur. laetæ in Conuentu S. Francisci Lucensis, qui est 16. proxime. Tulicæ. Floruit ann. 1523. Arguit de eo Gonzaga part. 2. sup. in hoc Conuentu. Bæzæus item sup. lib. 3. cap. 65. ad ann. 1526. Wædinghus to. 2. anal. min. ad ann. 1289. §. 43. ex Francisco lib. de Reb. Lucensib. Alium esse puto, à Hieronymo à *Pyfforio* propè Lucam, Parisiensis Theologo, postea Capucino, de quo Manipulus min. in c. 7. reg. Fracis. & Hyllæus lët. Fere §. in passione post med.

5. 3. **B**eati *Petri Martini, Confessoris. <sup>c</sup>* Pictanus erat, oriundus ex Lucensi territorio, qui cum in Phocensem provinciam profectus esset, Auenione, inter Patres Observantes, minorum habitum sumpsit, ann. 1598. vbi vero Reformatio introducta est anno 1602. & ipse, licet laicus, eam magno cum animi gaudio, prout omnium exceperat. Ingenti humilitate, ac simplicitate Evangelicæ cœnitatis, vitæ perfectione, & prophetæ dono multùm emicuit: quo & infirmis futuræ precebat, & cuiuscùmque vitæ parebant. Ad elemosinam (quoad vixit) petendam, huc constantem in Domino, non sine proximo emendatione, quibus nonnunquam monita saluta dabat. Sanctissimè obiit anno 1622. die 3. Maij, hora nona ferotina, Dominica in *Abstergeus* exequiis interitur concursu populi propè infinitus: tantæque miracula in vita & post mortem operatus est, vt vix credibile sit effectus. Illius incertum Galtenus, in Tabula Chronographica, læcul. 17. in SS. & illustrib. viti: nautique adhuc profestant oculant testes, & voca à sepulchrum eius appendit, in Conuentu nostro Auenionensi, qui est 1. pro-

uinciz sancti Bernardini Recollector. Gallis.

*Beata Ioanna à Sancta Cruce, Virginit. <sup>d</sup>* Nascitur 5. 4. anno 1481. in Diocesi Toletana, ex parentibus honestis ac Christianis. A iuuentute, eximia pulchritudine decorata est: sed virtute venustior erat: nam postula fugiens ztatis: Christo sponso iam placere satagebat. Annos septem nata, matre orbatæ est: tuncque ipsa caput penitentis operibus operam dare: abluentis erat non vulgaris semel tantum in die comedebat: in pane & aqua icinita obseruabat: mœ, duobus aut tribus diebus etiam à cibo omnino abstinerebat. Ciliçium deserebat ad carnem: discipulum, vsque ad sanguinis effusionem, corpusculum edomabat, summi cupiens monasticam vitam proficere. Cum igitur 15. annum attigisset, ad Monasteriũ Tertiariarum S. Marthæ de Cruce, 500. passibus à Pago *Cuba*, Toletana Diocesis situm, (illi enim facta Despara fuisset, vt se illuc Deo in postero famulatura conferret) profecta est: forsoreque cum lachrymis rogare cepit, vt se in eorum consortium admittere vellent. Quæ tandem ab illis recepta, totius sanctitatis forma omnibus facta est: adeoque in omni virtutum genere profect, vt facillimè iux vocacionis auctricem prodiderit.

Mira fuit eius penitentia, vitæque austeritas ac penitentia: orationi maximè addicta erat, sed cruce ac passionis Christi mysteriis supra modum delectabatur: ita vt sæpè in extasim raperetur: quo tempore secreta diuina pandebat, & abscondita cordum referebat: linguisque diuersis loquebatur: hunc miraculis ingentibus à Domino illustrabatur. Ea propter ad regendam Abbatiam eligitur: quo munere accepto, fortibus ex tempore suscit, vt totius rei domesticæ cogitatum in Domino iactantes, seque omnino illi credentes, egrediendi libertati, quo gaudebant, ex follemni voto renuntiant: quatenus diuinarum contemplationi mysteriorum plenius vacare possent. Cuius denique opera facti est, vt ab eo tempore, quantum quoque voti, huius loci Religiosæ emierint, inuolabilis scilicet clausuræ. Tunc nomen huius sanctissimæ virginis per vniuersam Hispaniam celeberrimam euasit: quansobrem ex diuersis partibus, nobilissimi quoque vni ad eam confluebant, seque, atque eorum grauissima negotia ab ea omnipotenti Deo commendari maximè exoptabant. Inter hos fuisse, Germanicum Imperator, Carolus V. Magnus ille Capitanus, Gonçaluis *Fernandez* à *Conluba*: Franciscus *Ximenius*,



4. 6.

Toletanus Archiepiscopus S. R. E. Cardinalis, &amp;c.

Multa etiam, iniuste licet calumniata, patientissime tulit aduersa: sæpè à Dæmonibus vexata, & pugnis lacessita, æquo animo sustinebat. Quid de magnis, acerbisque illis infirmitatibus? ea omnia pro Christo libentissime tolerabat. Tandem omnibus Sacramentis debite susceptis, forsiter obdormiuit in Domino: an. 1514. ætatis suæ 53. Maij 3. Dominica die, hora 6. pomeridiana. Cuius sacræ corporis, diebus quinque mansit insepultum, ob contactum populorum illud deuotè visitatum: quibus exiens tumulatum est in claustrum monialium. Verum præsertim sua fidelium deuotione, extendè translatum est in chorum Ecclesiæ Abbatis, propè summum Altare, à cornu Essan-geli, & in honorificentiori sepulchro collocatum: vbi maxima ueneratione colitur: ob præclara, quæ Deus illic operatur miracula. Egregia eius facta, gestaque procius admiranda plures descriptere. In his Gonzaga 1. part. sup. in BB. ferimus 2. & 3. ordinis minorum, item part. 3. in præfato Monasterio de Cruce, quod est 12. prouinc. Castellæ. Batezzus sup. lib. 2. c.

23. & 28. vique ad 36. Galerius in Tabula Cosinograph. fecul. 16. in sanctis & illustrib. viuis ex vita eius eius Lugduni edita an. 1621. Algerius in Tab. Epilogica totius ordinis Franciscan. Poterius tract. 3. in-  
plic. coton. Virg. cap. 4. 5. 4. numer. 7. Mariana lib. 19. histos. Eccles. SS. Hispan. cap. 20. 21. Mananus lib. 5. cap. 11. Elzeuius lib. 3. cap. 4. sacri mont Ob-  
uet. Daga sup. Valerianus de SS. Fermin. ord. minor. lib. 4. cap. 20. 21. 22. & 7. De Sillis in cap. 1. regul. tertij ordinis.

*Beatæ Mariæ leuani & Catharinæ à Vino, &c. e.]* Ag. 9. 7. deus Gonzaga 1. part. sup. in Conuento B. Mariæ de Valle Alpæ ad Teflam, (qui est 4. prouinc. sancti Angeli) vbi sepelitur sunt. *locuti* (inquit) *hæc in ipsa loca sunt leuana, sicutque Catharina de Vino, amba Tertiarie, ambæque sanctissima femina: quarum utraq. cum per integrum annum, hæsum ex vase olei, fratribus summa liberalitate, & ad incensæ venerabili Eucharistia Sacramento conferendam, & alia videri necessaria, ministrasset, classem totius anni curricula, in exhaustam vas, omninoque redoundens vniuit.*

### QUARTO NONAS MAIL.

**A** Pad Sulmonem in Pelignis, Beati <sup>a</sup> Philippi Aquilani, Confessoris: qui acerrimus vitiorum persequutor, & meliorum charismatum diligentissimus lectator factus; virtutis ac religionis speciem dedit: miraculique conuersiuit. Florentiæ, Beati <sup>b</sup> Balthasaris à Florentia, Confessoris: incredibilis abstinentiæ viri; qui & prophetiæ dono claruit. In Castellonenfi Salu, propè Hornacuolos oppidum: Beati <sup>c</sup> Bernardini à Castro-viridi; Confessoris: oratione & pœnitentiæ operibus spectabilis. In Goana Indiæ Orientalis prouincia, B. <sup>d</sup> Iacobi Borboni, Confessoris, & concionatoris eximij: qui Indorum conuersionem iugiter vacans, innumerablem animarum lucratus est tunnam. Fani, in Piceno, Beati <sup>e</sup> Hicronymij à Pedona, Confessoris: virtutibus atque signis gloriosi.

### MAIL IV.

3. 1.

**B**eati Philippi de Aquila, Confessoris. <sup>a</sup>] A pueri-tua virtutum est amplexatus, & factus Frater minor, perfectioni maximè incubat: vite austeritate, & abstinentia pollebat: ieiunijs, vigilijs ac disciplinæ carnis odombus exercitia corporalia quantò valia & abieciota, tanto citius ea re querebat, operabaturque: diuinum officium magna cum attentione perfoluebat Missas quotidie deuotissimè andebat. Sæpè tentatus à Dæmone; toties ex eo victoriam reportauit. Cibum iugiter ferebat: super lectum nunquam dormiebat: sed se tens in cathedra; cui hænti cubabat: accediam suum operè fugiebat: paupertatem diligebat; & solitudinem. Ad præclarus Ordo, licet inuitus, assumptus, mira prudentia, & zelo subditos rexit: sicque sanctissimè obiit anno 1436. sui ingens desiderium fratribus ac seculanibus relinquens: qui eius funeri ac exequijs maxima cum ueneratione interfuerunt. Sepultus est intra ierua Capellam Ecclesiæ Conuentus Sancti Nicolai Sulmonis, (qui est 8. prouinc. S. Bernardini) ad cuius maiusculum, illius meritis, diuina operante virtute, plurima contingunt miracula. Aguit de eo Gonzaga 2. part. origin. Ieraphic. relig. in eo Conuento. Marcus Vlyssiponenfis 3. part. chron. minor. lib. 3. cap. 61. Toffianus lib. 1. histos. Ieraphic.

*Beati Balthasaris à Florentia, Confessoris. b]* Vir fuit 9. 2. mira abstinentia præditus; qui anno Domini 1493. tempore generalis Capituli in Conuento Sancti Saluatoris Florentiæ celebrato, diem clausis extremum; multaque spiritu prophetico futura, nempe, bella, famem, pelles, Monarchiarumque subuersiones certissimè prædixit. Memoratur à Gonzaga 2. part. sup. in hoc Conuento, qui est 9. prouinc. Tuscæ. & Batezzo part. 4. chron. minor. lib. 1. cap. 51.

*Beati Bernardini à Castro-viridi, Confessoris. c]* Religiosissimus hic erat; qui & integros dies integris quoque noctibus orationi tantum intentus coningeret assueuerat; quosque parauerat ergò à vino & carnibus perpetuò abstinuit, ac omnes virtutes quam diligentissimè coluit: quibus Deo gratus; felici vultu curia peractò, ad celestia gaudia euoluit. Floruit curia ann. 1540. Illum commemorat Gonzaga part. 3. sup. in Conuento Sanctæ Mariæ de Angelis, qui est 1. prouinc. Angelorum, & Batezzus sup. part. 4. lib. 3. cap. 39. ad ann. 1541. Rapinius histos. general. orig. Recollector. decal. 1. part. 1. §. 6.

*Beati Iacobi, Confessoris. d]* Duo insinuat videtur 9. 4. Maissus: vnum, curia ordinem nostrum trinitariorum; quem ex indulta maximè peroptaret remouere ab Indorum conuersione: cum tamen vult ipsi sola nostra

nostra Recollect. Reformatio plus eo in opere egerit, quam totius Massici sodalitas. *E Franciscana familia Fratres* (inquit ipse lib. 12. hist. Induc. sub ult.) *Cum dominium in India pridem constitutum haberent, esseque amplificanda religio Christiana precupidi; tamen quosdam psalmodia, functionibusque & ceteris divinis partibus ac militaris ceremoniis impeditis, satis ac nequam suppeditare poterant, peregrinationis, catervisimo, aliisque maneribus, quae ad eorum gentium, & curatorem & cultum, hand dubie requiruntur.* Quasi soli Massici consolidae id opus omnino assumpsissent. At, quod hocce nostro ordine Seraphico mirabilis i qui cum totis us exterius detineretur et cetero, nihilominus, tanto cum spiritus ardore, Indominum consensum sic addidit fuerit, ut Massici alumnos, eo in labore, longè antecellerent: qua de re infra ad 31. August. & alibi passim. Alterum etiam dè consurgit; quod idem Massivus conat, licet frustra, nostris Franciscanos, nobis ipsis tactus adionere. Loquens etenim de Gueça Noronia, Indici Orientalis pietate, N omnij successore: huc subdit, lib. 11. sup. post med. *Præter militages ante capias, Episcopo Fer-*

*uando iam vita sua. To, vicium expugnans, qui cō multo suo recte fecim Garcia adduxerat, Ioannem Albuquerquem, & Franciscana familia, Castellonem: eiusque Comitesque adores, Vincentium ex eadem familia, ceterisq; Clericum quendam, nomine Iacobum, ex episcopo Lusitania Barba, ut a facienda et cetero. Harum verò, cum in Episcopatu administrans, tum in excedendis acque ad Christum allicendis hominibus, fructus pietatis & industria constat. Porro, de præfatis B. B. Ioanne Alburquerque, Episcopo, & Vincentio, infra ad 11. & 16. Iunij. De nostro autem Beato Iacobo Borbon, ubique eum mirificè laudat Massici quasi non ninotam; tum hoc loco, tum lib. 12. sub ult. At, hunc ordinis nostri Franciscani alumnum fatetur fuisse Turcellanum lib. 2. vit. S. Francisci Xaverij cap. 1. 4. 5. 10. post nostras omnes.*

*Beati Hieronymi, Confessoris.* Cum ex familia Obsecrantium ad Capucinos accessisset, tanta virtutum laude, ac vitz sanctimonia inclinat: ut omnibus perfectionis specimen elicit. Vide Bouerium tom. 1. annual Capucinos. ad an. 1576. §. 35. &c. quo obiit. ex MS. provincie Marchie.

§. 5

TERTIO NONAS MAII

**A**ssisij in Vmbria, Beati <sup>a</sup> Illuminati, Confessoris, Seraphici Patris Sancti Francisci Discipuli: eximie virtutis ac perfectionis viri. Apud Montem-Calerum in Pedemontano, Beati <sup>b</sup> Gabrielis à Iaueno, Confessoris. Guatemalæ in India Occidentali, Beati <sup>c</sup> Gonsalvi Mendezij, Confessoris: indyti Guatemalicæ provincie fundatoris, qui oratione, vitæ austeritate, & zelo salutis animarum iugiter emicuit. Madriti in Castella, Beati <sup>d</sup> Antonij à Secura, Confessoris: charitate, misericordia, vitzque puritate conspicui. Palentiz, Beati <sup>e</sup> Blanchæ Henriquez, Virginis: quæ quantò magis, generis nobilitate, alias confocias moniales superaret, tantò profundiore humilitate atque sanctitate eas longè anteciret

M A I I V .

**B**eati Illuminati, Confessoris. <sup>a</sup> Hic Reatinus fuit, vir luminis & virtutis, ac focus Beati Patris Francisci, quando ad soldanum accessit; & dum Christianis, ne prebarentur cum Saracenis, casum prædixit ann. 1219. tunc Seraphicus Pater cum Beato Illuminato, multa gratia passus est à Saracenis: nam extemplo eos impie verberantes, & penè trucidantes de suis civitatibus expulerunt. Hic ab eodem Seraphico Patre accepit, quo modo Stigmata in eius carne à Christo fuerant sibi impressa: illucque ex gratia singulari, ostendit. Ita Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. in fratrib. musor. sanctitat. illustr. apud provinc. S. Francisci. Beatus Bartholomæus Pitanus ibid. lib. 2. conformit. fruct. 8. part. 2. item lib. 2. fruct. 5. part. 2. & lib. 3. fruct. 3. part. 2. Iacobus Victoriacus histoe. orientis lib. 3. S. Antonij. 3. part. histoe. titul. 12. cap. 2. §. 5. & cap. 7. §. 1. Marcus Vlyssipponensis 1. part. chron. lib. 1. cap. 70. & lib. 2. cap. 56. Gonzaga orig. seraphic. relig. part. 1. in BB. vitz huiusce ordi. Tostianus lib. 1. histoe. seraph. item vbi de ea. Wadinghus tom. 1. annual. minor. ad an. 1210. §. 18. 1219. §. 54. 58. Dantes Algericus, cantu de paradisi: & eius commentar. Christophorus Landinus ibid. S. Bonaventura cap. 9. in vita S. Francisci.

*Beati Gabrielis, Confessoris. b* Ex Conventualium

cœtu, ad Capucinos transit ann. 1540. Vbi eor vitz virtutibus emicuit: ut caelesta quoddam vitz genus inter homines referret: teste Boueno tom. 1. annual. Capucinos. ad ann. 1570. (quo obiit) §. 9. & 10. ex Salodiensi, & MS. provincie Genensis.

*Beati Gonsalvi Mendezij, Confessoris. c* Huius sancti vin eulogium illusterrimum Gonzaga describit, cum illius egregia recenset opera part. 4. sup. in Conventu Sancti Francisci Guatemalæ, qui est. provinc. Notatus Iesu Guatemalensis: his verbis. *Secundus vero Præter videlicet Gonsalvus Mendez, qui ex sancti Iacobi provincia, ad hanc inter primos eius fundatores transit, Provincialis atque monite simul aique secundus, in illa laudabiliter sanctus est; ad id sui professionis, sui que status zelator exiit, ut nunquam vel sivo consilij; vel laboribus astrinis, aliud à nudo asserit, & legio et cetera in Iesu admittit, vel inter asserimus monites, aut excogendis monitis, aut prædicandis ergo meritas, equitate voluerit: vel tantillum aut à sacra lectio, aut ab oratione, aut etiam ab Iudicium se hie in fructu, dempto parvisimo tempore, quo summo cogitans, omnino indolgebat, resistauerit. Iis igitur & alis de ceteris à Guatemalæ, quibus monitis maxime suis desiderium reliquit, non fecit ad Deo carissimus habetur piensissimus P. Gonsalvus Mendez, qui P. Maij,*

§. 7

P. Iij

anno à Nativitate Domini 1582. prout profuso Patri Iovanni Calera predicto, et vniuersi excessit, ad eosque cum Sacerdotibus & Electis Dei annumerandus, euasit. Eadem testatur Barezus 4. part. chronice. minor. lib. 4. cap. 21. Daça iij. lib. 2. cap. 15. & 16. Rapi-nzus in hitor. general. org. Recollector. decad. 5. part. 1. §. 11. Marianus lib. 2. cap. 44. ehtonic. Re-formac.

§ 3. *Beati Antonij à Secura Confessoris. d. ]* Sacerdos erat, cuius mirabilis charitas, atque compassiua ad omnes, præcipue verò ad pauperes tenentudo, vix exprimi possent. Cui Dæmon ob eius vitæ puritatem summo pectè insidens; innumeris terentis laqueos, misisque portentis tantorem incutebat tantum: à quibus tamen omnibus, diuina sibi aspirante aita, immunis omnino, atque illiszius euasit. Obiit ann. 1573. De eo agunt Gonzaga sup. part. 3. in Conuentu Sancti Betuardini Madem, qui est 9. prouinc. Sancti Iose-

phi. & Barezus sup. lib. 5. cap. 21. Rapinuz supra Decad. 8. part. 1. §. 11. Grauius in *vite Turonis* part. cap. 24. Ioannes à Sancta Maria part. 1. ehtonic. per-fux prouinc. lib. 2. cap. 15. & 16.

*Beata Blanca Henricqz, Virginis. e. ]* Vixit 5. 4. apud Monasterium S. Clarae Palentinæ ciuitatis, quod est 5. prouinc. Conceptionis, in Hispania, in quo supra modum entuit. Fueraf namque foror veterina Al-phonfi Henricqz, Castellæ Ammirantis, huic celo-ci fundatoris; atque Ferdinandi V. Castellæ Regis Auit; que vilioza Conuentus obsequia, licet tantis ortu insalibus, aded coluit, vt quantumque altam eorreligioum, humilitate longe superauerit. Obiit cir-cu annum 1544. Scribunt de ea Gonzaga part. 3. sup. in eo Monasterio, & Barezus supra lib. 3. cap. 42. Wasingham tom. 4. sup. ad ann. 1573. §. 33. Valerianus de Sanctis Formis ordinis minorum libro quat-to capite trigelimo sexto.

## PRIDIE NONAS MAII.

**C**luitatuz, in Minoria Balearum insula, passio Beatorum a Martyrum Bartholomæi Genetaris, Francisci Colis, & Amarellæ, Monialis Clariffæ, à furentibus Turcis interfectorum. Apud Montem-Politianum, in Hethuria, Beati b Bartholomei Puccij-Francisci, Confessoris: vita exemplari, ac miraculis illustri. Neapoli in Campania, Beati c Venantij à Fabriano, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Burgis, in Hispania Tarraconensî, Beate d Elizabeth à Turri, Vir-ginis: pietate, admirandaque religione insignis: quæ plurimis exornata charisma-tibus, eo die, migravit in cœlum, quo sibi à Domino fuerat antea reuelatum.

## MAII VL

§ 1. *Beatorum Bartholomæi, &c. Martyrum. a. ]* Legi-mus, Cunitatem oppidum vna cum Conuentu Sancti Francisci (qui est tertius prouincie Maiorica-rum) & Clarissimum Monasterio, (quod est tertium eiusdem prouincie) à trucidantissimis expugnatum esse, ductum, atque exustum, ann. 1558. tumque ab ipsis Martyrio coronatos fuisse Beatum Bartholomæum Genetæ, Chonitam: & Beatum Franciscum, religio-sum Ilicum: atque Beatum Amarellam, Sancti-moualem. Ita Gonzaga de origin. seraphic. relig. part. 3. in præfata prouincia. Daça 4. part. ehtonic. minor. lib. 3. cap. 49. ex processu authentico.

§ 2. *Beati Bartholomæi Puccij, Confessor. b. ]* Tanto amo-re Christi est inflammatus, vt propter eum, viotem, liberos, cateraque temporalia bona dimittens; pau-peribus Franciscanis, eorum habitu indutus, adiungi voluente. Deuotissimus fuit, virtutisque exemplar ce-teris fuit. Aded autem profecit, vt post mortem mi-raculis claruerit. Vixit circa ann. 1520. sepultusque est in Monte-Politiano, vbi magna veneratione coluit. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformac. fruct. 8. part. 2. in fratib. minor. sancti. illust. prouinc. Tulfic. Codex MS. Abbat. S. V. Ros. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssipontis, part. 2. chron. minor. lib. 7. cap. 34. §. 1. sub ann. 1519. Gonzaga org. seraph. relig. part. 1. sub ann. 1519. Gonzaga item 2. part. in præfatu Conuentu S. Martz de Fon-te Castello, propè Montem-Politianum, qui est 17. prouinc. Tulfic. Toffmannus lib. 1. illust. cap. 11. in eo.

Wasingham tom. 2. annal. minor. ad ann. 1590. §. 26. Piquetus in catalog. viroz. illust. Francicæ. qui mendosè aut iacere Montis-Pessuli. Daça 4. part. ehtonic. minor. lib. 1. cap. 28.

*Beati Venantij, Confessoris. c. ]* Socius fuit Beati Iacobi à Margha, qui ob præclaras eius virtutes, ab eo singulari dilectione prosequeretur: nam pietate, cha-ritate, obedientiaque entuit. Obiit apud Neapolim, an. 1506. sepultus in Conuentu S. Martz Nouz, qui est 1. prouinc. Terra-Laboris. Deo eo agunt Marcus Vlyssipontis part. 3. sup. lib. 8. cap. 26. Gonzaga sup. part. 2. in Conuentu Annotatissimis Virg. Faberius, qui est 55. prouincie Marchie. Algezira in Arbore Epiloga totius ord. Femenicæ.

*Beata Elizabeth à Turri, Virginis. d. ]* Floruit circa ann. 1510. apud Monasterium Sanctæ Clarae Burgen-sis: quod est 1. prouinc. Burgens. de qua Gonzaga ibid. parte 3. id referit. In hunc deinceps eloro, diuifis-sima, atque admirandæ religiois foror Elizabeth à Tur-ri, huicse recandit summi. Ha: signidem cum huns-tilitatem, paupertatem, chastitatem, atque ceteras virtu-tes, quàm diligentissimè excoleret, atque die quadam Dominica, circa correligiosam infernam interfus occu-pata, & sacramentali Confessione, & sacra Communione, atque etiam sacra penitentia iussis; anxiosque eorum venerabilis Sacramento processunderet, sibi que culpam, si quam ferè incurrisset, supplicem condonari peteret, ab-icit ex inferno, religiosam quadam inuicita, quo & sibi vniuersaque sacramenta ministrans, & rem diu-nam coram se sicie. Præterea plurimis charitatibus ornata

enarrata, certum sui obitus diem, Deo sibi revelante, praeostentemus, sanctique obit. Eadem testantur Barthezuz 4. part. chronie. minor. lib. 2. cap. 14. sub an.

1514. Wadinghus tom. 1. supra ad ann. 1218. §. 13. Valerianus de SS. Formis ordinis minorum lib. 4. cap. 17.

N O N I S M A I I .

**M**Anderburgij, in Prouincia Saxoniz, Beati a Lucolphi, Confessoris: vita sanctitate, & gratia miraculorum conspicui. In Corsica insula, Beati b Ioannis de Taglia, Confessoris: meritis ac virtutibus celeberrimi. Apud Sacapum, Mechioacanicum Indiz Occiduz oppidum, Beati c Antonij Betetz, Confessoris; qui paupertate, charitate, & pietate pollens: tanto spiritus feruore, & zelo salutis animarum est accensus: vt conuersioni Indorum Infidelium, operam maximè dederit: & post multos exanthlato labores, sancto fine quieuerit. Charretiz in territorio Viennensi, Beati d Claudij Cirardi, Confessoris. Item, Beati e Antonij de Barriales, Confessoris: vita & Regulari Obseruantia insignis.

M A I I V I I .

§. 1. **B**eati Lucolphi, Confessoris. a ] Summa honestate, & morum gravitate, ac sanctitate fuit praeditus: itant lotura pedum suorum in firmis cura oriet, & mutacula alia non pauca edidit: quae enarrat Beatus Bartholomaeus Pfanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 3. in fratribus minoribus prouinciae Saxonie sanctat. illustrib. Codex MS. Abbas. S. Victor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssiponenfis part. 2. chronie. minor. lib. 9. cap. 29. §. 3. ad ann. Christi 1369. Toffinianus lib. 1. hiltor. seraphic. Gonzaga 1. part. orig. seraphic. relig. in BB. vriti busuface ordinis: qui ait iacere *Manderburgij*. Wadinghus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1249. §. 9. dicitur *Landulphus*, Marporgi sepultus. Picquetus verò in catal. viros. illustri. Franciscan. *Magedburgi* quiescere.

§. 2. **B**eati Ioannis de Taglia, Confessoris. b ] Prouinciae Sancti Bernardini fuit alumnus; concionator celebrissimus: qui exinde in Corsicam insulam mare transiens: illic claruit singulari sanctitate ann. 1460. & sepultus magna in veneratione, apud illos populos habetur. Vt testantur Marcus Vlyssiponenfis part. 3. sup. lib. 5. cap. 29. ad ann. 1464. Toffinianus lib. 2. in Vicaria Corsica. Cognominatur de *Tagliacotta*.

§. 3. **B**eati Antonij Betetz, Confessoris. c ] Hic professionem emulit in prouincia Conceptionis: qui postquam per multos annos in Tribulensi ( vulgò *Del Abrojo* ) illius prouinciae Conuentu, magistrum iuuenum ac novitiorum officio fundus esset, illustrandorum quoque in Catholica fide Indorum ergo, ad has partes est profectus: vbi Indicum idioma non absque maximo labore didicit; ac tantopere in eo profectus, vt apud ipsos Indos natus videretur. Cum elica perterea Euangelicæ paupertatis amantissimus, siueque status zelantissimus, ac omnium denique virtutum eximius cultor; tante fuit apud Neophytos hos populos auctoritatis, tantæque zelum, vt quicquid vellet, illis facilitate suggereret. Eoque demùm factum est, vt plurimum incrementum Ecclesie Indicæ accesserit. Obiit

circa an. 1535. Postquam sepe sepe Hymnum; *Te Drum Landama*, &c. summa cum pietate, humilitateque decantasset, ea ipsa hora, qua se ex hac vita migraturum praedixerat. Sepultus est autem in Conuentu Sancti Anax Sacapi, qui est duodecimo prouinciae Sanctiorum Petri & Pauli apud Indiam Occidentem. Hæc ex Gonzaga quarta parte sup. in praefato Conuentu, & Barezuz quarta parte chronie. minor. lib. 5. cap. 29. sub. ann. 1535. Rapineo in histor. general. orig. Recollector. decad. 7. part. 1. §. 1. pag. 371. Mariano lib. 2. cap. 30. chronie. strictior. Obseruant Reformator.

**B**eati Claudij Cirardi, Confessoris. d ] Agit copiosè de eo Federetus, in descriptione prouinciae Burgundicæ: vbi de Conuentu Charretiarum. Obiit ann. 1565.

§. 5. **B**eati Antonij, Confessoris. e ] Vir fuit eximie orationis, & altez contemplationis maximè circa mortem passionemque Domini: in qua totus in lachrymas distulabat, diuinam praesentiam sibi semper coram obuolucbat. Hominiisque nouissima frequenter recogitabat. Pessimus erat in Missæ sacrificio peragendo: vana otiosaque verba magnopere exhorcebat: cum esset silensij amantissimus. Grauitate, totiusque corporis compositione, & honestate, sic exornabatur, vt iuuentis alliceret ad virtutem: tantoque mulierum fugiebat consortia, vt nec eas quidem aspiciere vellet. Continuis, rigidisque poenitentis ac disciplinis carnem edomans, in summa paupertate, & abstinentia, domino inserviebat. Erat tunc Guardianus Conuentus Alaej ( vulgò *Alatius* ) qui est decimus tertius prouinciae S. Iosephi, quando vna cum B. Petro *Xerxes* ( de quo sup. 1. Mai ) Conuentus Pennerandæ Guardiano, mare ascendit, traiecitque in Indiam: simulque cum ipso, eadem zgritudine laborans, sanctissime obiit; cuius corpus è nati in mare proiecitur, illic sepulturam accepit. Teste Ioanne à sancta Maria 1. part. chronie. prouinciae Sancti Iosephi. lib. 2. cap. 21. ex Monumentis eiusdem prouinc.

## OCTAVO IDVS MAII.

**L**ucerii in Apulia, Beati <sup>a</sup> Ioannis à Stronconio, Confessoris; qui zelo altissimæ paupertatis, atque Seraphici Ordinis pristini splendoris æstuans, regularis Observantiz familiar, vnus ex præcipuis fautoribus extitit, quam & sanctissimè texit, & multis perfunctus laboribus, clarus meritis, spiritum Deo reddidit. Malegnani in Infubria, Beati <sup>b</sup> Bernardini de Buisi, Confessoris, ac conuentionis celeberrimi: qui doctrina, religione, vitæque sanctitate floruit. Antichere, iuxta Cordubam urbem, Beati <sup>c</sup> Francisci de Villar, Confessoris: qui cum illustrissima exortus esset profapia; contempta Ducali dignitate; humilitatem, paupertatem, spontaneam obedientiam, arque instantem orationem amplexatus est: & vsque ad finem vitæ incognitus permanfit. Surrigij in Burgundia, Beate <sup>d</sup> Mariz à Corbya, Virginis: eiusdem loci primæ Abbatiss: vitæ sanctitate insignis.

## MAII VIII.

- §. 1. **B**eati Ioannis à Stronconio, Confessoris. <sup>a</sup>] Prouinciz sancti Francisci erat alumnus, cum reformationem Observantiz regularis suscepit; pius ac deuotus admodum extitit, doctrina pollens, & ingentibus virtutibus præditus: sanctissimè paupertatis zelantissimus erat, & sui instituti amantissimus. Cum igitur Beatus Paulus à Trincis, sermo, austeritateque vitæ, confectus esset, coactus est sibi coadiutorem (suscipere) & postquam Beatum Ioannem à Stronconio diligens, Communitatem ac Visitatorem omnium Conuentuum, qui sub iurisdictione sua erant, instituit, atque Florentiam protinus misit. Quæ miræ virtutis exemplo, ac optima gubernatione, famulatum Observantiarum valde accrevit; & suis feruentissimis concionibus, ac sancta conuersatione, populorum sibi conciliauit amicitiam: plures nouitios (viros probate vitæ, perfecteque integritatis) recepit ad ordinem: numerum Conuentuum adaugebat: alique reformationem intro mitterebat ann. 1390. sicque vigilantissimè, sanctissimèque persequitur vsque ad ann. 1410. nam eo in officio confirmatus est, imò potius denud institutus; dum à Reuerendissimo Ministro Generali Antonio Pyrette, eius Comensarius Generalis supra omnes Observantiarum in Italia fratres delectus est. Tandem virtutibus, miraculis, & spiritu prophætico clarus, multos per sanctos laboribus, & cecellit. Luceriz Sacerdotum in Sancti Angeli provincia, an. 1415. cen. 1418. De eo agunt Marcus Vlyssiponenfis part. 3. chronice. minor. lib. 1. cap. 7. & 16. 28. 33. & lib. 5. cap. 30. Gonzaga part. 1. orig. seraphic. relig. vbi de Observantiz regularis exordio apud Italos: deque schismate, tum in Ecclesia, tum in Ordine Seraphico oborto. Item part. 2. in Conuentu sancti Francisci, Montis Felsularum, qui est 1. prouincie Tusciz item in 8. Conuentu eiusdem prouincie. Necnon Conuentu 2. 3. 4. prouincie Sancti Bernardini. Item in prouincia S. Angeli; & in eisdem Conuent. 1. Tolstantus lib. 1. hist. seraphic. Wadinghus tom. 4. anal. minor. ad ann. 1390. §. 4. & 1399. §. 65. Ioannes à Sancta Maria 1. part. chronice. S. Iosephi lib. 1. cap. 4. Jacobillus de SS. Fulgiantibus in B. Paulo seu Paulato de Trincis.
- §. 2. **B**eati Bernardini de Buisi, Confessoris. <sup>b</sup>] Mediolanensis prouincie cura precepit. Quo cum esset Philosophicis disciplinis ad nauicam vsque instructus, iuris

utriusque etiam peritiam consequutus, ac ne quid desideraretur, summus Theologos coarquet; talia edidit opera, quæ ingenij sui vni, apud omnes prædicant. Vulgata, & iam læpius orbem peruagata sunt, ac paucis ab hunc annis steuam Venetis prodierunt terribilissimè illos lucubraciones. Hic verè Religiosissimus fuit, & vitæ sanctitate insignis. Claruit ann. 1480. obiitque Malegnani. Memoratur à Marco Vlyssiponenfi sup. lib. 6. cap. 40. Gonzaga part. 1. sup. in vitis ord. seraphic. doctrina illustr. item part. 2. in Conuentibus, S. Angeli Mediolani, & B. Mariz de Misericordiz Malegnani, qui sunt 1. & 19. prouinc. Mediolanens. Willoto Athenar. orthodoxar. Franciscan. littera B. & apud Beatum Bartholomæum Pisanum hb. 1. conformat. fruct. 8. part. 2. in vitis sciencia illustr. ord. min. vivebat adhuc an. 1492. vt patet part. 2. sus Marialis ferm. 9. part. 3. Similiter in epitom. Biblioth. Gnesner. Sedulius in c. 3. vit. S. Francisc. §. 8.

**B**eati Francisci de Villar, Confessoris. <sup>c</sup>] Hic cum esset Ducis Segobiticensis primogenitus, aleturque in Regia Caroli V. Imperatoris atque Hispaniarum Regis, simul cum eius filio Philippo II. Principe, accidit, vt inter colludendum puenli quadam bile (non dum enim quisquam illorum 11. Christi annum attingeret) liberis insolentibusque in principum insurgeret, quapropter ab eius morum magistro acutus pro tanti principis reuerentia correptus, rodarguuntque est: in verbis summoperè timens, & Regiam deseruit, atque incognitus in pauperum cuiusdam felici famularum transiit. Cui chin vili obsequio, per 5. annos continuo, non absque maxima penuria, inseruisset, accepta ab ipso vna, Franciscanum Hospitalium Conuentum petiit, vbi sub pauperum rubricæ ipse, proprio semper nomine atque prospicio oculis, minotium habitum induit. In quo tantopere profecit, vt omnibus admirationis causa esset. Tandem deuentus ad 33. sue ætatis annum, cum in S. Zoili Anticheze Conuentu moraretur, foret à patris mendicatione rediret, antiquum morum magistrum, qui ex Imperatoris mandato eum vixque perquirebat, in Conuentus vestibulo offendit, à quo & agnitus fuit. Cùmque ille iuxta Regis præceptum, ipsum Regem restitueret contemderet, rogauit humillimè Pater, ne id inconsulto Prouinciali Ministro, qui 40. tantum miliaribus iuncè distabat, fieret. Dùmque

cutior,

carfax, qui nullus fuerat reuocatur, ipse B. Franciscus in acutissimam incidit febrem, ex qua tandem intra sex-  
 qui dies spiritum occubuit. Quod non absque specta-  
 lissima Dei providentia factum existimari debet; nam  
 is (vt scriptum ab aliis fratribus observatum fuit) inter  
 oceanum Deum instansus interpellabat, ne se aliquan-  
 do agnoscere permitteret, nec suum genus, atque pa-  
 teres proderet. Eius igitur obitu divulgato, tota festè  
 ciuitas ad eius funus, atque exequias confluit; magna-  
 que admiratione exstantibus quasi que contendit, vt vel  
 haberes, vel choræ particulam acciperet. Nec im-  
 mersedò quadam, cum per 17. annos, quibus in religio-

ne fuit, caelestem potus atque Angelicam quàm hu-  
 manam vitam duxit. Obiit an. Christi 1345. De eo scri-  
 bunt Gonzaga part. 3. sup. in prefato Conuentu An-  
 ticherens. in lubrvbis Coudubæ vrbis, qui est 16. pro-  
 uinc. Baxicæ. Barezus 4. part. chron. minor. lib. 3. c. 45.

*Beata Maria de Corbya, Virg. d*] Prima exiit Abba-  
 tiſſa, Monasterij Sarrigienſ. exstructi circa an. 1425. per  
 B. Colettam Virginem: cuius fuerat comes ac socia in-  
 diuidua. Teste Fodereto in descriptione ipsius, atque  
 Molinensis Monasterij, & Abbavillæ Capucino in  
 biflora chronolog. B. Colette 3. itaru lib. 3. cap. 11.  
 & 14.

## SEPTIMO IDVS MAII.

**A** Pud Sanctam Illuminatam, in Agro Tudertino, Beati <sup>a</sup> Ioannis Tentia-  
 benæ, Confessoris: qui signo Crucis multis ægrotis, sanitatem contulit:  
 & post mortem gloria miraculorum coruscet. Auximii in Piceno, Beati <sup>b</sup> Philippi  
 Afulani, Confessoris: humilitate, charitate, & signis admirandis, conspicui. In  
 Hispania, propè Villam-Nouam de Scapha fracta: Beati <sup>c</sup> Roderici à Beluisio,  
 Confessoris: qui mira vitæ puritate & innocentia emicuit, & sancto sine quieuit.  
 Cæsaraugustæ, Beate <sup>d</sup> Mariæ Lopetiz à Viel, Virginis: prophetæ dono insi-  
 gnis. Ripæ-Limosani, in Apulia, Beate <sup>e</sup> Franciscæ, Tertiariæ: quæ honestate  
 ac Religione decorata, Dæmonibus etiam summè formidabilis extitit. In Hispania,  
 Beate <sup>f</sup> Olaliæ Gomeziz, viduæ Tertiariæ: quæ patientia, Christi que mor-  
 tificatione, & signorum gloria emicuit.

## M A I I X.

5. 1. *Beati Ioannis Tentiabena, Confessoris. a*] Socius  
 atque discipulus extitit Beati Iuniperi, obiit ann.  
 1313. a post occum Sanctæ Illuminatæ in Agro Tuder-  
 tino: vbi & sepultus est, miraculis ante & post mor-  
 tem coruscans: quorum mōnerunt Marcus Vlyſſi-  
 ponensis secunda part. chronic. minor. lib. 7. caput.  
 25. ad ann. 1311. Beatus Bartholomæus Pisanus lib.  
 1. conformitat. fruâ. 8. & 11. part. 2. in Fratris  
 minoribus sanctitate illustribus Prouinc. Sancti Fran-  
 cisca. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Parisiens.  
 ibidem. Gonzaga 1. part. origin. seraphic. religion. in  
 Beatis virtus humilce ordinis. Tostianus lib. 1. hist. or.  
 seraphic. Picquetus in catalog. viror. illustr. ordin.  
 minor. Wodughus tom. 1. ad ann. 1332. §. 24. &  
 25. & tom. 2. annual. minor. ad ann. 1291. §. 31. &  
 tom. 3. ann. 1313. §. 10. ex Manano cap. 7. Dometrus  
 Tudertinus eius facta recensuit.

5. 2. *Beati Philippi Afulani, Confessoris. b*] Præ dono-  
 tione & humilitate coquarij officinam diligentissi-  
 mè expleuit: ob præclaras eius virtutes spectabilis  
 omnibus fuit: ad cuius egregia merita, Deus quan-  
 plurimum operatus est miracula, ante & post illius obitum.  
 Floruit ann. 1460. obiit que apud Conuentum  
 Auximianum, in quo & sepultus natus est, ann.  
 1306. Arguit de eo Marcus Vlyſſiponensis parte  
 tercia supra libro quarto, capite trigesimo secundo,  
 sub annum milleſimum quadringentesimum sexage-  
 ſimum primum, & libro septimo, capite sexagesimo-  
 quarto ad annum milleſimum quingentesimum sex-  
 tum.

5. 3. *Beati Roderici à Beluisio, Confessoris. c*] Iuuenis  
 religionem intravit, & consummatus in breui) de-  
 cessit: siquidem in florida ætate expleuit tempora mul-

ta. Cùm enim placita esset Deo anima illius; propter  
 hoc pro operant Dominus educere illum de medio in-  
 quitatis, sibi que certam suæ mortis horam significare  
 dignatus est. Nam ex hac vita migrauit absque quo  
 vilius peccati mortiferi læbe in inquinatum vnquam  
 senserat. Ingenti gaudio exultabat, dum vltimus dies  
 finis sui appropinquabat; laudes Christo, ac Deipæ-  
 tæ decantans, pro animum suæ consolatione. Magna  
 penitentia actibus exercebat, quamvis infir-  
 mus, disciplinæ, vique ad sanguinis effusionem, cor-  
 pus assidue edomabat: ita vt tunica sanguine con-  
 spersa esset, & plagas curare necesse fuerit. Hora octa-  
 ua, capiebat (vt sibi coelitus reuelatum erat) emori  
 in Christo; propæta quendam ex fratris supplex  
 exorauit vt horologium obseruaret: quo palato,  
 protinus spiritum emisit: in Conuentu Deipææ, vul-  
 gò, Domus nostræ de Rupe-Amatois, (qui est  
 11. prouincia Sancti Gabrielis) sub annum milleſimum  
 quingentesimum trigésimum nonum. Hæc ex Gon-  
 zaga parte tercia supra in prefato Conuentu: Barezus  
 parte quarta chronic. minor. libro tercio, capite de-  
 cimotertio. Ioanne Bapista Molez, in Memorialis  
 prouincia Sancti Gabrielis Rapinæ in biflor. general.  
 origin. Recoll. dioc. decad. 4. part. 2. §. 2. & de-  
 cad. 8. part. 1. §. 8.

*Beata Maria Lopetia à Viel, Virginis. d*] Floruit 5. 4.  
 ann. 1330. quæ ob vitæ sanctimoniam, multa, spiritu  
 prophætico, prænosse meruit. Obiit Cæsaraugustæ,  
 in Monasterio Sanctæ Catharinæ; quod est 11. pro-  
 uincie Arragonis. Arguit de ea Gonzaga supra in  
 prædicto Monasterio: Barezus item sup. lib. 2. cap.  
 25. ad ann. Christi 1332. Valerianus de SS. Fortunis  
 ordin. minor. lib. 4. cap. 47.

- §. 3. *Beata Francisca, Tertiaria.* \* ] Eodem tempore vixit in Italia fama sanctitatis celebris: quæ multis virtutibus coronata, morte interveniente, currebat ad sponsum, cuius sacrum corpus tumulatum est in Conventu Sancti Petri Cœlestini Fratrum Minorum, Ripæ - Luvolani. De quo ait Gonzaga supra parte secunda in eodem Conventu, qui est decimus quintus provincie S. Angelici: quod tunc de coratur, *Honestissima patrisque religiosissima sororis Francisca, tertij Ordinis Franciscani alim almona; quæ innumeris lacrimis et fidei declinavit, et gloria de monico sabana trophaea sapinis retulit, quapropter illi summè sermonebatur fuit.* Eadem confirmat Barezus supra libro secundo, capro quinquagesimo quinto, ad annum millesimum quingentesimum trigentesimum quartum: & Valerianus supra cap. 31.
- §. 6. *Beata Oliva Genesina, Vidua, Tertiaria.* † ] Floruit anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio, cuius heretica facta habent Blasius *Lagnos*, in suo me-

monial: & Marianus libro sexto chronic. strictior. Observant. Reformat. cap. 26. Viduata etenim marito, penitentiam culmen illico desiderans, communibus ferventiorum asperitatibus non acquievit, sed alia mortificationis genera adinveniebat. Quadragesimas Ecclesie, & sui ordinis, necnon Virginitatis Deiparæ vigiliis, victu panis & aquæ decurabat. Ad hæc, discipulis in se, de hebdomada, terras victibus, deservens, copiosum sanguinem eliciebat. Humilitatem & paupertatem sic excolebat, ut in omnibus, se omnium servam faceret; passionem Dominicam iugiter, sed non sine lachrymis, pectore meduabatur. Graeva hydropis incurabili, cum esset ferme octogeneria, patientissimè morbum tulit. Mirum autem, quam feliciter & sanctè in Domino quiescenti eius gloriæ participes etiam existeret, particule & vestium eius ore: quibus fortes postmodum multa morborum genera ab infirmis populere.

## SEXTO IDVS MAII.

**N** Vrsiz, in Umbria, Beati <sup>a</sup> Antonij, Confessoris: vita & miraculis celebris. Florentiæ, Beati <sup>b</sup> Andræ de Collo, Confessoris: eximie abstinentiæ, orationis atque contemperationis viri: qui & primus ex patribus Observantinis Guardianatus officio functus est apud sacrum Aluerniz Montem: & sanctitate virz conspicuus obdormiuit in Domino. In Mexico, Beati <sup>c</sup> Ioannis à Granata, Confessoris: qui Commissarius Generalis Indiarum electus; religione, ac paupertate, pietateque claruit, & sanctè vitam finiuit. Maioritæ Balearium Insulæ, Beati <sup>d</sup> Petri-Ioannis Calafari, Confessoris, & concionatoris eximij: doctrina, pietate, & dono orationis sublimis. Scalonz in Castella, Beati <sup>e</sup> Antoniz Pachicæ, Virginis: quæ illustrissimo nata sanguine, Christo sponso, in humilitate spiritus, ac sæculi proflus abnegatione, famulari maluit in terris, ut cum eo regnaret in cælis.

## M A I I X.

- §. 1. *Beati Antonij, Confessoris.* \* ] Viuebat 1530. **B** pulsus est Nurliz, hic Beatus Laicus: ubi nunc vivit miraculis fulget. Memoratur à Beato Bartholomæo Pisano, lib. 1. confirmat. fruct. 8. & 11. in fractibus mionibus sanctitate illustribus provincie Sancti Francisca. Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. ibidem. Marco Vhsipontensi 2. part. chronic. minor. lib. 8. cap. 33. §. 2. sub ann. 1534. Gonzaga part. 1. origin. seraphic. Religion. in BB. vita huicce ordinis. Toffinsiano lib. 1. histo. seraphic. in eo. Wadding tom. 2. anal. minor. ad ann. 1263. §. 19. & an. 1270. §. 27.
- §. 2. *Beati Andræ, de Collo, Confessoris.* b ] Oratori etat adidicissimus, in qua & varia cœteris accepit beneficia. Altissima contemplatione fruebatur, magnaque abstinentia delectabatur: ob cuius raras virtutes, vitæque perfectiorem; primum sacri Montis Aluerniz Guardianum egit, quem summa prudentia ac pietate rexit. Quo officio expleto, ad Conventum Sancti Saluatoris Florentiæ se contulit, ubi cum maxima sanctitatis opinione, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, obdormiuit in Domino. Eius memur Gonzaga supra parte secunda in eo Conventu Florentino, qui est nonus provincie
- Tulciz. Item Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 48.
- Beati Ioannis à Granata, Confessoris.* c ] Hic Granatensis civitate Bartzæ tunc provincie natus, vir fuit perfectè religiosus & virtutis, in paupertate excellens. Secundus Generalis Commillarius novæ Hispaniæ, post venerabilem Patrem, Beatum Alphonsium de *Rozas*; iterumque postea Generalis Commillarius substitutus est pro Reverendissimo Patre, Francisco de *Offens*; qui in generali Capitulo ann. 1535. Generalis Commillarius Indiarum electus, minus illud, gratissimis de causis, excusare non potuit. Visitavit semper hic Beatus Ioannes provincie Conventus nudis pedibus, ut semper aliis incedere solebat, iter faciens; atque ita cum sanctissimè vixisset, migravit ad Dominum ann. 1540. Sepultus est in Conventu Mexicano; qui est primus provincie Sancti Euangely. Gonzaga ibidem parte quarta supra. Barezus sup. lib. 3. cap. 13. & 45. Marianus lib. 2. capite 16. chronic. strictior. Observant. Reformat.
- Beati Petri-Ioannis, Confessoris.* d ] Maioritatis natione, illic Seraphicæ Religionis habitum sumpta. Inde in Hispaniam transiens, ad Universitatem Salamanticensis

sup. lib. 3. cap. 13. & 45. Martinus lib. 2. cap. 16. chronic. Antioch. Obliuiscunt. Reformatur.

3. 3. *E. Petri Iuan. Confess. d*] Maioribus ratione, illic Seraphice Religionis habitum sumpsit. Inde in Hispaniam traiecit, ad vniuersitatem Salmanticensem se contulit, vbi & Doctorem grado est potitus: & in suam Prouinciam reuertens, Theologiam summa cum laude docuit. Magnus etiam concionator extitit euasific, quod licetis pietatem addidit. Exemplar enim vite sancte in se præfuit: profundissima humilitate, aliisque virtutibus cum effecte apprimè exornatus, maxime in eo charitas lucebat, erga egenos, xgrolosque fratres iacentes: quibus omnia charitatis munia, ex animo, suppeditabat: quo spiritu ductus, viliora quoque Conuentus officia libentissimè explebat: absque quo Lectiones Theologicas intermitteret, aut à Concionibus Festiuis & Dominicis, vel tantillum desisteret: aut ab oratione, retardaret, cui diu vacabat, in eaque plurima orationis libi conferebantur beneficia. Corpus suum disciplinæ sic aspersit castigabat, vt eum ceteros san guinem spargeret. Concionabatur tanto cum spiritus feruore, & talique zelo saluti animarum, quasi esset alter Apostolus. Cum vltimam ageret quadragesimam apud Maioricam insulam, quotidieque prædicaret, ieiunium in pane & aqua seruaret, haud
3. 4. *B. Angelici, Confess. b*] Huius meminit Marcus Vlyssiponensis. sup. lib. 4. cap. 7. iuan. 1281. ob eius sanctitatem, vicinque Angehcam, cognominatus est *F. Angelicus*: sepultus hæc in Conuentu Partheniensi, sic & Wadinghustom. a. Annual. minor. ad ann. 1283. §. 7.
3. 3. *Beatorum Hugolini & Iacobi, Confess. c*] Inter pios viros, qui in Conuentu Fabrianiensi, doctrina & lau-

dentibus est, sed tribus, vel etiam quatuor diebus in hebdomada, à cibo abstinencebat. Præterea sic ingens eius orationis feruor, vt sæpe gemellus in occasu solis, immobilis permaneret ibidem, velut S. Antonius ad visum et ortum euadens Aethi. Deinde tantorum laborum ac bonorum fructum percepturus à Domino, diem sui obitus præfuit, qui fuit 10. Maij. ann. 1373. cum passus sacramentum cum lacrymis ac deuotione receperit. Eodem mortuo, corpus eius repertum est cathena ferrea circumdum, sanguine crenata per totum, caro vero liuida, at veluti discissa & sanguinolenta. Ita Monumenta præfata Prouinciæ Maioricæ. Daça 4. part. chronic. minor. lib. 3. cap. 75.

*B. Antonia Fabricea, virg. c*] Hæc pia heroina, Didaci Fabrice, Villenici Marchionis fuit filia, quæ cuncta pro Christo contempsit, monasterium Concepcionis B. Mariæ Scalone ingressa est: vbi ultra ceteri humilitatis fundamenta, & preteritis virtutibus enotata, sanctissimè in Christo obdormiuit: ibique sepulta est Florentiann. 1525. De ea Agnus Gonzaga sup. part. 3. in præfato Monasterio, quod est 28. Prouinc. Castellæ, & Barexus, sup. lib. 2. cap. 34. ad ann. 1517. Valerianus, de SS. Fæminis Ordini. minor. lib. 4. cap. 11.

QVINTO IDVS MAII.

**A** pud Cereth in Valachia Minori, Beatorum Duorum Fratrum Martij, qui ab infidelibus arbores adorantibus, sunt, ob Christi fidem, iugulati. Lutetia Parisiorum, Beati Angelici, Confessoris: vita cælica conspicui Fabriani, in Piceno, Beatorum Hugolini & Iacobi, Confessorum. Mexici in India Occidentali, Beati Iacobi à Monte, Cofessoris; qui Guardianatus ac Diffinitoriatu munis perfunctus; mira simplicitate. paupertate, atque patientia eluxit. Petrochij in Hispania, Beati Francisci à Zamorra, Confessoris: oratione, Prophetie dono, & signis admirandis prædari. Manilæ in insulis Philippinis, Beati Ioannis Clementis, Confessoris: qui humilitate, & charitate plenus, tanto spiritus feruore salutis Indorum operam dedit; vt & multos ad fidem conuerterit; aliique viam perfectionis complanauerit: & fundator Manilensis Xenodochij pro omnium indigentium, & infirmorum subleuatione extiterit: vbi ipse, vsque ad finem vite inseruiens, migravit in cælum, coronam percepturus à Domino.

MAII XI.

3. 1. *Beatorum Duorum Fratrum Martij. a*] Hi Martyrii Coronati sunt ann. 1377. secundum Marcum Vlyssiponensis. 2. part. chronic. Minorum lib. 9. cap. 33. Ad iuxta B. Bartholomæom Pisanum lib. 1. Confortitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. minor. sanctis. illust. in Vicarij Russiæ: circa ann. Domini 1378. quod confirmat Wadinghustom. 4. eod. anno §. 12. Aliorum quoque martyrum ibid. occisum, circa ann. 1341. neminit idem Wadinghustom. 3. eo anno §. 14. ex Pisano sup.
3. 2. *B. Angelici, Confess. b*] Huius meminit Marcus Vlyssiponensis. sup. lib. 4. cap. 7. iuan. 1281. ob eius sanctitatem, vicinque Angehcam, cognominatus est *F. Angelicus*: sepultus hæc in Conuentu Partheniensi, sic & Wadinghustom. a. Annual. minor. ad ann. 1283. §. 7.
3. 3. *Beatorum Hugolini & Iacobi, Confess. c*] Inter pios viros, qui in Conuentu Fabrianiensi, doctrina & lau-

ditate claruerunt, hi præcipui fuere: Fratres germani, Fabrianienses, genere nobiles, Videatur chronicon Fabrianiense à B. Francisco Fabrianiensi conscriptum; & Wadinghustom. 2. sup. ad an. 1288. §. 3.

*B. Iacobi, Confess. d*] Ex D. Gabrielis Prouinc. nouam Hispaniam cum his Religionis venit, qui secundo ob profecti sunt. Vt erat eximie simplicitatis, perfectionis, orationis, paupertatis & patientie amantissimus in omnibus suis laboribus, & infirmitatibus, Quod vultum ipse exercere in Prouinc. S. Euangelij: ac Diffinitoriatu officio sancto, sanctissimè obit, sepultus in Conuentu Mencano, qui est 1. iust. Prouinc. S. Euangelij. Florebat circa an. 1550. memoratus à Gonzaga, 4. part. Ong. Seraph. Reliq. in eo Conuentu. Batezco 4. part. chronic. minor. lib. 4. cap. 34. Rapinzo, in hist. gener. Orig. Recollector. Decid. 7. part. §. 5. 21. Martij lib. 1. cap. 4. chronic. Antioch. Obseruant. Reformatur.



4. 3. *B. Francisci, Confess. e* Laicus erat, vitæ simplex & humilis, caritative pauperentis, vt se mper aspero cilio vltis sit ad carnem, sine laborando, sine dormiendo. Fe: u. ut illius cum esset, maiorem noctis partem in oratione consumebat: in qua & complures celsitius reuelationes accipit, & spiritus Prophetice extitit adnotatus. Ingentes colluctationes cum Demono visibiliter apparente habuit, quem motus strenuè superauit, de coque victosus hauri molissus. extulit. Viuens nonnulla edidit miracula: & post mortem corpus eius celsitatem quendam exhalabat odorem, magnamque de se mirabat splendorem: nec mirum, cum & ipse sanctitatis velut prodigium extiterit. Iacet in Conuentu S. Marce de Succurru, Petrocbij: qui est 11. Prouincie Angelorum: vbi insignia habetur in veneratione: Teste Daça, part. 4. chronic. inuot. lib. 1. cap. 42. & lib. 3. cap. 75 ex Monumentis præfatæ Prouinc. ad ann. 1570. quo floruit.

6. *B. Iohannis Clementis, Confess. f* Cùm B. Petrus Alpharus (de quo 2. April sup.) Cultus Fratrum minorum discalceatorum eiusdem S. Gregorij insularum Philippinatum, ad has partes traiecit, locum habuit, hunc B. Iohannem Clementem, Religiosum Laicum, humilitate, charitate, & zelo conuersionis anamurum pollutentem. Ceteris autem se ad eum effectum fore inuicem, quandoquidum nec legere, nec iustitia illius Regionis possit addiscere: viliorum officiorum Conuentus curam in se assumpit, iisque omnibus, tanta cum charitate & integritate vacabat, quasi vnico esset occupatus. Tanta erat eius commiseratio erga pauperes, & infirmos: dùm Ostarj munus ageret, vt illis abundanter succurreret, us verò mederetur incundanter, non solum pharmacorum vi remedium, sed & sola sanctissimi nominis Iesu inuocatione. Cuius rei fama vbi que locorum peruolante, Indorum turba tantopere exteuit, vt sanus Christi tunc cognouerit de

conuersionis Hospitali prope Conuentum, pas eius vocis fuit Diuina maclus: nam & fabrica completa est, sub an. 1580. & tot supelletilium copias instructa, vt non solum pauperum & infirmorum: sed diuitem etiam atque nobilitatem officina euaserit. Vocatum vulgarilingua, *Xeudochium nostrorum Fratrum Discalceatorum*: quod illis maxime displicuit, quippe qui dominij aut patronatus, vel solum non timentes, vti Fratres decet minores, res proprias non timentes retereant? Quare illud deinceps appellatur *Xeudochium S. Anna*: cuius amplexu, ac privilegia describit Gonzaga, 4. part. sup. in Prouincia S. Gregorij nouæ Hispaniæ.

Porro, B. Iohannes, non tantum corporibus, sed & 9. 7. modebar mentibus. Nam multos infidelium Indorum conuertit ad Christum: & complures Christianos ad meliorem vitæ frugem reduxit. Tum demum plenus dierum & honorum operum, in seipsum incidit: qui cùm cerneret se morti appropinquare, summe exoptabat illic inter ægros ac pauperes, vbi patri misericordiarum licet corde famulatus erat. At voci sui Superioris obtemperans, ex Hospitali in Infirmary Conuentus adductus est, & assistentibus fratribus, sacramenta Ecclesiastica, admiranda pietate suscepit: sanctissimè que spiritum exhalauit. Ad cuius exequias tota pene ciuitas Manilensis currit. Illis namque interturbis Archiepiscopi, Canonici, cum Clero, & cunctis Ordines Regulares: Prorex, cum Curia: Duces & præsidij milites: nobiles, & commune vulgus, cum infinita Indorum multitudine, pedes eius osculari & manus certatim propullabant: habebat prælegmina sic audè pro Reliquis captabant, vt ter in spoliarent, nondumque corpus reliquerint. Vide Iohannem à San. Maria part. 2. chronic. Prouincie S. Iosephi lib. 2. cap. 42. ex Antiq. Monumentis Ordin.

#### QUARTO IDVS MAII.

**S**xtenti in Picceno, Beati<sup>2</sup> Cherubini à Ciuitella, Martyris: qui Turcarū furori xpositus, iugulum pro Christo præbuit. In Florida Americæ Prouincia passio Beatorum b Balthasaris, & Petri, martyrum: qui ob fidei prædicationem à Barbaris Caçacolonis comprehensi, & in ignem proiecti, transierunt in refrigerium: Ciuitatis nouæ. In Territorio Firmano, Beati c Iacobi à Monte-sancto, Confessoris; celestium rerum contemplatione & miraculis clari Romæ, Beati d Bernardini Astensis, Confessoris, scientia, & eloquentia ac pietate insignis: qui ob egregias eius virtutes, Vicarius Generalis Congregationis Capucinatorum electus, familiam sibi creditam, summa humilitate, prudentia, & charitate rexit, miraculifque clarus excellit è vita. Mirilli in Lusitania, Beati e Antonij à S. Vincentio, Confessoris, morum probitate, & vitæ integritate conspicui: qui primus Prouincialis factus Prouincie S. Antonij Portugallie, Religione & sanctitate plurimum emicuit. Plici in Hispania, Beati f Sebastiani à Casis, Confessoris: eximie humilitatis & paupertatis viri. Valentie item in Hispania, Beati g Barbaræ Trauerie virginis, vitæ perfectione ac spiritu Prophetico spectabilis. Villæ-nouæ-Archiepiscopi in Territorio Giennensi, Beati h Marie Gomezie, virginis Tertiarie.

1. **B. Zati Cheronisi Martyr.** \*] Doctissimus erat, Provincieque S. Bernardini alumnus: cum ann. 1556. à Turcis captus, eradeli morte, pro Christo, necatus est, illius meminerunt Monumenta eiusdem Provincie: & Daça, 4. part. chronac. minor. lib. 3. cap. 49.
2. **Beatorum Balbazer. & fr. Martyr. b]** Pripr, Provincie Burgensis filius erat, alter verò Provincie Castellæ: qui simul Flondam proficiscentes, cum illuc tandem peruenissent, verbumque Dei disseminassent, ab effrenis gentibus de Caçacolo, tenti, igne combusti sunt, ann. 1587. vide Daçam. sup. lib. 2. cap. 51. **B. Lacaçi, Confess. c]** Floruit in Consensu civitatis novæ (qui est x. Provincie Marchæ) circa ann. 1270. Laicus professione, qui orans (spem numero rapiebatur, signisque emicuit: sepultus est in æde Parochiali. Scribunt de eo Toffinianus lib. 2. histot. Senaphic. in Provincia Marchæ, vbi de custodia Carne-rini: Wadinghus Tom. 4. Annal. minor. ibid. ad ann. 1329. §. 30.
3. **B. Bernardini, Confess. d]** Vir admodum truditus erat, eloquentia eximia præditus, deuotissimus, & rerum celestium assidue contemplationi addictus. Qui etiam aliquando ex Observantia Familia ad Patres Capucinos transfugisset: electus fuit secundus Generalis, Congregationis Capucinorum moderatior, an. 1535. in Capitulo Generali Romæ habitò: iterumque ibidem ann. 1546. quo in itinere, hanc familiam pluribus annis prudentissimè rexit quippe qui eximia humilitate, charitate, & vrbantate in omnes sibi subditos exandauerit. Inter alia autem miracula ab eo edita, aquam in vinum conuertit: sepeque in extasim captus, visus est à terra subleuatus in aere. Memoratur à Marcò Vlyssipponensi part. 3. chronie. minor. lib. 9. cap. 25. qui tamen hallucinatus, ait ipsum fuisse primum Generalem Capucinorum. Item à Toffiniano sup. lib. 2. vbi de Capucinis: Barezzo 4. part. chronie. minor. lib. 2. cap. 57. Manipulo fratrum minorum, in cap. 7. Regul. Franciscan. Appendice ad Galliam Christianam in Generalibus Capucinor. Ioanne Baptista i Perusio, in præludio ad vitam B. Felicitis à **Conalicia**: Bonetio Tom. 1. Annal. Capucinor. ad an. 1554. quo obiit.
3. **B. Antonij, Confess. e]** Felix faustumque omen ibi, quod sicut Fratres nostri Recollecti, & discalceati in Lusitania, provinciam exerecior, sub titulo S. Antonij Portugalie ann. 1568. Ita eiusdem Provincie primus Provincialis creatus extiterit hie B. Antonius à S. Vincentio, qui proxime celsior primus etiam munus oboratur ann. 1565. vir non admodum litteris excultus, religione verò, virtute, & sanctitate præclarus. Is per septem continuos annos summa pace, & tranquillitate, in gubernatione fuit. Cumque sexagesimum annum excederet, Provinciam semper pedibus instruit: quatuorque Consensus in oppidis maximè opportunis oblatos accepit, quos ipse redidit, perli-

cique iussit. **Qua de re Gonzaga, de origine Senaphic. Relig. part. 3. in præfata Provincia, subintio: qui de testatur diem clausisse extremum, apud Consensum S. Francisci Mirilli, quod oppidum nunc Vianna appellatur: Heciam (inquit) cum Guardianis munit obiter, à vita cessit, humatusque est in peristylia prima Provinciali huius Provincia: de cuius præbitate, & sancti moribus, breuiter quidem est allam, qualem pro magnitudine præstantissimarum virtutum, in quibus mirabiliter semper floruit, oportuerat. Hæc ille in eo Consensu, qui est 3. ipsius Provincie. Eadem confirmat Wadinghus, sup. ad ann. 1322. §. 20.**

**B. Sebastiani, Confess. f]** Humilitatis plurimùm studuit hic B. Laicus, Sebastianus à **Caspi**, Vulgò **De las Casillas**: tantoque fervore exereuit paupertatem, ut habitum vnicum, ipsiisque veteratum, lacerum, acque penè discissum tulerit. Escalceatus semper incesit: seipsum despiciens, cupiensque ab aliis contemnis; eo quod vinctus minus valeret, naturaque debilis esset. Propterea, optabat; si licuisset, incognitus per orbem discurreret, hospitalia semper frequentare, inter pauperes commorari, pedibusque aliorum conculcari, veluti omnium persipema. Exptè à Dæmonis exagitatus, sepius de illis triumphavit, quibus tandem formidabilis euasit. Hæc ex Ioanne à sancta Maria part. 2. chronie. Provincie S. Iosephi, lib. 4. cap. 25. flocebat ann. 1590.

**B. Barbara, Virg. g]** Hæc optimis moribus exorata, ad virtutis brauium, miro perfectioris exercitio; se accensit. Multa corlicus præuidit futura. Obiit Vallicie in monasterio Conceptionis B. Mariæ, quod est 1. Provincie Valentie: vbi Gonzaga part. 3. sup. sic eius meminit. **Floris denique sacra hæc domus sanctissimis mentalibus, iisque plurimis: nempe ferre Barbara Traversa, qua Christum Dæmonem inuenit infidelium, eo ipso modo, quo Hierosolymam; applaudente turba, atque Hebraeorum patris in Lactere emilantibus Osanna filio David, ingressus est, dum reliqua ferres Dominum in tamis Palmærum, processionaliter succedens, videre meruit: quaque plurima futura per diuinam scelationem præuidit. Eadem refert Barezzo sup. lib. 2. cap. 12. ad an. 1513. Valerianus de SS. Færvus Ordini. minor. lib. 4. cap. 15.**

**B. Maria Genæ, Virg. h]** Miraculosis orationibus clata fuit; Nam qua die ex Villanovæ processio solemnus ad Eremiticum, quod **Fons sancti** nominabatur, initiata est, ipsa pedians in communitate, tantoterebatur impetu orationis in Deum: ut videntibus plurimis amplius vno cubito de terra subinata, innobilis in aere, & longè quidem tempore subsisteret. Moticus plena virtutibus, in monasterio S. Fræncisci de Villanovæ Archiepiscopi, quod est 11. Provincie Carthaginens. Tempore B. Teretis **Santæ**, viduz, eius Superioris (de qua 9. Isuar. sup.) teste Blasio Laguna in suo memoriali: & Mariano lib. 6. chronie. stitit. Obierunt. Reform. cap. 28.

QJ

## TERTIO IDVS MAY.

**I**N Tuscia, Beati <sup>a</sup> Girardi, Confessoris, Tertiarij, signis & virtutibus clari. Toleti, Beati <sup>b</sup> Heruzi, Confessoris: cuius vita & mors magnis nobilitate est miraculis. Fulginij in Umbria, Beati <sup>c</sup> Antonij Hungari, Confessoris, Tertiarij: admirandæ pietatis, & humilitatis, & charitatis viri. In Territorio Burdigalensi, Beati <sup>d</sup>. Thomæ Illyrici, Confessoris: vitæ austeritate, ac spiritu propheticò, necnon signorum gloria celeberrimi. Barcinonæ, in Hispania Tarraconensi, Beati <sup>e</sup> Boixi, Confessoris: Doctoris eximij, qui pietate ac religione pollens, sancto fine quieuit. Turribus-Novis in Lusitania, Beate <sup>f</sup> Helenæ à Latete, Virginis, Tertiariæ: quæ patientia, ac vitæ perfectione eluxit, Bellalcazar in Territorio Cordubensi, Beate <sup>g</sup> Mariz ab Incarnatione, Virginis: virtute orationis & mortificationis operibus insignis.

## MAY XIII.

5. 1. **B**eati <sup>a</sup> Girardi, Confessoris, <sup>a</sup>] Cognominatur à *Vil-la-Magna*, Oppidulo IV. à Florentia lapsus: obiit anno 1277. hac die, feria 2. Pentecostes, continentia, humilitate, charitate, & miraculis conspicuus: vultuque ex antiqua eius *Legenda*, Matiano in Appendicetom. 1. De Sillis, in cap. 1. Regul. tertij Ordinis. Waddingho tom. 2. Annot. minor. ad ann. 1277. §. 12. Algeria in Arbore Epilogica totius Ordinis. Franciscan. Alij verò contendunt, ipsum prius fuisse equitem hospitalarium, Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani: deinde habitum tertij Ordinis. minor. sumpsisse de manu D. Francisci, ac denique sanctitate conspicuum decessisse, ann. 1242. ita Boyffat. lib. 2. histor. horum equitum, ex Ioh. Bosio, & aliis Monumentis eiusd. Ord. & Bronio tom. 13. ad ann. 1244. §. 15.

5. 2. **B**eati <sup>b</sup> Heruzi, Confess. <sup>b</sup>] Miraculis maximis claruit tam exposito pallio suo super fluvium, ascendit fiducia: licet super eum, sicque virtute Divina aquam transvadavit, mortuos suscitavit ad vitam, pulsus sepulchri eius liberat à febre tertiana. Obiit Toleti circa ann. 1342. Scribitur de eo B. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. conformitatis fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratibus minor. Provincie Castellæ, sancti, illustr. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Mariæ lib. 17. histor. Eccles. SS. Hispan. cap. 7. Marcus Vlyssiponens. part. 2. chronie, minor. lib. 8. cap. 48. §. 2. Iub. ann. 1342. Gonzaga 1. part. Orig. seraphic. relig. in BB. viris huicse Ord. Toffinum. l. 2. hist. seraph. Waddinghus, tom. 1. sup. ad ann. 1249. §. 9. Picquetus in catalog. viror. illustr. Franciscan.

5. 3. **B**eati <sup>c</sup> Antonij Hungari, Confessoris, <sup>c</sup>] Hungarus erat natione. Venit autem in sacrum urbem, peregrinationis, & magnæ indulgentiæ iubilæi lucranda causa, anno 1350. vbi motam aliquot annis traxit, valendis sancto-rum liminibus, operibusque pietatis exercendis totus intentus. Opportuniori veste, & vitæ genere, Deo famulaturus, tertij Ordinis sancti Francisci habitum suscepit, & leges observavit. Deinde tanti Patris sepulchrum veneraturus, & celebris indulgentiæ *Perennialis* merita assecutus, Alibiis profectus est. Hinc reuersus Fulginium, Anno 1371. in morbum incidit, ductusque ad Xenodochium S. spiritus multiplicem expertus est ministrorum charitatem. Recuperata valetudine, statuit, quæ recepit opera misericorditer erga alios exercere, & infirmorum, pauperumque obsequij operam suam omnem, vitamque locare.

Nihil illo mansuetus, nihil benignus, nihil erga proximum beneficentius, infirmos curabat, aliebat, confortabat: expositos infantes tenuerim fovebat, piè educabat, instruebat, pauperes & peregrinos christianis prosequeretur officijs. Abstinentiæ & penitentia erant admirabilis, orationis assidua, & profunde humilitatis, factus virtutum exemplar omnium, tantam obtinuit in populo opinionem, ut ad eum omnes recurrerent, angustias pro consilio, afflicti pro remedio, tentati pro suffragio. Tandem annis & meritis plenus, longa purgatur infirmitate, quam patientissimè toleravit, premissi christiani hominis munis, receptisque sanctæ Eccles. Sacramentis, piè obdormiuit Fulginæ, die hac. Corpus honorificè, concurrente vniuerso populo, in quodam Sello Ecclesie prædicti Xenodochij positum est, & perpetua populæ reuerentia celebratum, Deo plurimis per eius intercessionem beneficiente. Postremò, anno 1608. translatum est ad aram Templi maiorem, supra quam in nobilitate integrum, & illustrem, omnium expositioni venerationi, operâ R. P. Melchioris à Valle Tullensis in Gallia, præfati Xenodochij Prioris. Ita Iacobillus de SS. Fulginatibus, in eo & in Episcopos Fulginatib. Waddinghus, to. 4. sup. ad ann. 1398. §. 11.

5. 4. **B**eati <sup>d</sup> Thomæ, Confessoris, <sup>d</sup>] Hic verè *Cassandra* maiorum, quæ postea per Galliam euenere, cognominatus est, ob spiritum propheticum, quo futura præduxit, dum apud Burdegalam concionaretur, annis 50. antequam euenerit. Sanctus homo, vulgè appellabatur, virenum erat optime sanctique vitæ, qui totum perultrabat vniuersum, prædicans penitentiam, & vitam Dei annuntians proximam. Dum in urbem aliquam adueniret, omnia ludicia, atque dissolutiones vulgares periret cessabant, pietas ac deuotio his succedebat, ex omnibus Provinciarum partibus populi ad eum visentium accurrerant, ita ut in patris compulsi sit verbum Dei annuntiare, eo quòd Ecclesie quantum amplè, angustiores reputarentur. Cilio indutus erat, vitæ austeritate clarebat, loca magis solitaria requirebat, quapropter Burdegala, maritima perit, versus caputale *Enchivi*: vbi ædificam quandam lignam extruxit in honorem *Deiparæ* Virginis, intra Montan *Præosa*, in qua posuit imaginem eiusdem *Dei* Genetricis Mariz, quam fortè repererat ad litus Maris. Miraculis clari ibidem sancto sine quieuit. Titulum edidit, cui talis præfigitur Titulus. *Condite.*

*Confiteatur veri prelati*, qui erat apud virum clarissimum Florentinum Reynmundum, Confiliarium Regium, in Parlamento Burgundensi. Quo tempore vixit, inde coniecte potest: nam ann. 1570. ob ingentia mala, quæ Galliam tunc diestabant, quique superstitiosæ acclamarent ea esse, quæ vir Dei præfatus, iam annis 50. transiit, prævidendo annuntiavit: sicque florebat circa ann. 1520. vide eundem prænotarium Florentinum, lib. 1. de octo, progressu ac occidit hæresis, c. 3. §. 4. & c. 5. Itē lib. de Antichristo, c. 7. §. 3. Hilarione à Costa, lib. 1. hist. Catholicæ, pag. 86. in vitæ eius. Poiretius, de triplici Corona Virginitatis, tract. 1. cap. 12. §. 4. numer. 36. Albamspinæram, in sine notation. ad Regul. D. Francisci, in Breui Memoriali Ord. minor. pag. 412.

6. *B. Basi, Confessoris, e*] Religiosissimus, pariterque Doctissimus, ac in facta Theologia Magister extitit circa ann. 1525. quæ Carthusianus Patribus, apud quos communcem cuius libi normam professus fuerat, relicto minoribus Provincie Cathaloniz patribus, quibus & ad vltimum vsque vitæ habitum, sanctissimè conuixit, associari voluit, diu quoque clausit extremum in Conuentu S. Marzæ de Iesu Barcionensi, vbi magna in veneratione habetur. Gonzaga manuit eius part. 3. Orig. seraphic. relig. in præfato Conuentu, qui est 1. eiusd. Provinc. Bæzuz 4. part. chron. minor. lib. 1. cap. 66. sub ann. 1526.

7. *B. Helena à Latere, Tertiana, f*] Floruit ann. 1530. maximo totius sanctitatis exemplo, hæc Religiosissima virgo, in qua patientiæ virtus in perferendis tribulationibus, infirmitatibus, aliisque angustiis, (maximè verò in vitæ aduersa eius valitudine, in qua, post multiplicem repetitionem illius sententiæ. *Omnis qui*

*innotuerit nomen Domini, saluus erit*, animam cælo reddidit, corpus interium summa claritudine respicuum deserens, conforescens suam magnam desiderium relinquens,) mirum in modum extitit. Obiit in Monasterio sancti Spiritus Turrim Nouarum Oppidi, quod est 18. Provinc. Portugalliz. Scribit de ea Gonzaga itē in eod. Monasterio, & Bæzuz sup. lib. 2. cap. 53. ad ann. 1534. Blasius Laguna, in suo Memoriali. Marianus lib. 6. chron. strictior. Observant. Reformar. cap. 21. & Valerianus de SS. Fæminis Ord. minor. lib. 4. cap. 29.

8. *B. Maria, Virginitatis, f*] Virtute & sanctitate lux incomparabilis, orationi tantopere insisteret, ut noctes in ea consumeret, & sepe leuaretur à terra in altū. Ob iogenres penitentias, continua ieiunia, vigiliisque prolongatas, & copiam sui sanguinis, ex frequentibus disciplinis, in terram de currentis, magnam contraxit infirmitatem, & veluti exanimis, cunctis priuata sensibus semel remansit, nullo remedio sibi opitulante, cui tunc virgo Despara apparet, futuram sopitatem promisit, atque mox recuperata postula saluate, infra duos dies conuulsa omnino, & sana festo Purificationis causam B. Virginis Dei genitricis interfuit. Verum, p̄ionibus vacis mortificationis exercitiis, iterū viribus destitit cū se cerneret, mortiq. appropinquare, sacrum vaticum piè excepit, ac paulo post sanctū in Domino obdormiuit, apud Monasterium S. Claræ Bellacazaris, quod est 1. Provinc. Anglor. quæz foris ac gloriosa multis eiusdem loci sororibus post obitum apparuit, uti constat, tum ex ipsius Monasterij Archieui, tum ex Daça 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 77. clarebat ad ann. 1570.

PRIDIE IDVS MAYI.

**I**N India Occidentali apud Chile Regnum, Beati <sup>a</sup> Anonymi, Martyris, quem fames vel sitis minime potuit separare à charitate Christi. Assisij in Vmbria, beati <sup>b</sup> Barbari, Confessoris, seraphici Patris sancti Francisci socij, qui altissimæ paupertatis amator, & vitæ sanctitate extitit præclarus. Ibidem, Beati <sup>c</sup> Ioannis à Luca, Confessoris, qui ieiunio, oratione, & humilitate, nec non & castimonia emicans, sælix migravit in cælum. Veroladi, in Territorio Burgenfi, Beate <sup>d</sup> Casildis Calderoniz, Virginis, quæ mira patientia & humilitate, ac Religione à Christo sponso est exornata Salmanticæ, Beate <sup>e</sup> Annæ-Mariæ à sancto Iosepho, Virginis, quæ multarum virtutum cumulatæ fructu, sancto sine quieuit, & miraculis coruscavit.

MAYI XIV.

1. *B. Beati Anonymi, Martyris, a*] Inter Fratres monachos, qui octa persecutione, strenuè decertant pro Christi fide sustinenda, hic B. Frater Laicus, veluti Antesignanus adnotat, fere necatus, ab impio Indis Chilianæ Regni, circa anoum millesimum quingentesimum nonagesimum nouum. Teste Daça, quarta parte chron. minor. lib. 2. cap. 60. ex Memoriali Provinc. S. Trinitatis de Chile.

2. *B. Barbari, Confessoris, b*] Assisias erax, & multarum virtutum titulo insignitus. De eo agitur B. Bartholomæus Pulanus, libro primo, conformitæ fruct. 2. vbi de Fratib. minor. sanctis. illustr. in Provinc. S. Francisci. Codex MS. Abbas. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponsis, prima parte chron. minor. lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 35. D. Antonin. 3. part. hist. tit. 24. cap. 7. Firmamentum teiam Ord-

nom, tract. 1. in Memoriali Ordinis minorum. Gonzaga part. 1. Origin. seraphic. relig. in BB. viris humilce Ordinis. Toffinianus lib. 1. hist. seraphic. ut eo. Wadinghustom. 1. Annal. minor. ann. 1209. §. 36. 1219. §. 54. 56. & 1232. §. 23 et Mariano, cap. 7. Quo autem loco sacrum eius Corpus iacet, non omnium eadem est sententia. Vlyssiponsis lib. 6. sup. scribit tumulatum fuisse Assisij, in Conuentu sancti Francisci, à Gonzaga sup. & part. 2. in Conuentu S. Mariæ de Angelis, iuxta Assisium, qui est 1. Provinc. S. Francisci, vult illic obulso ac sepulsum esse, ad quod non habetur. B. Pulanus sup. in fin. dicens, quod vix iacet non habetur, nisi dicere velimus, tumatum esse apud S. Mariam de Angelis, sic & Toffinianus. Corrigendus est Gonzaga, part. 1. sup. ex vno B. Barbaro, duos faciens omnino diuersos: obiit circa ann. 1232.

- §. 3. *B. Iohannes à Luca, Confessoris, c.* ] Ex nobilissima familia *Bonifaciana* originem duxit, à nuenture Deo campit ex toto corde iniecit. Nam ieiunus & abstinens deditus erat, aliorum peccentiam puertorum decimas, maxime inebriis puritati ac candori, rum animi, rum corporis illibatacm semper custodiens fux castitatis integritatem. Ad olefcens factus Hispaniam adit, metatorum deputatus negotiis, vbi rebus pro voto succedentibus, aut elatus est, aut profusus in vanitatibus caufis, fed modicis amictus velibus cuncta feculi ac mundi blibellimeta pro Christo effepematus. Immo magis ac magis de virtute in virtutem proficiens, decreuit omnino mundum deferere, Religionemque feraphicam proficere. Propterea espletus, que in Castellac Lusitania gerebat, negotiis, habitum Religionis suscepit apud Patres Cöuentuales Attragoniz, vbi maximum spiritus feruoris, & perfectionis vitæ concepit incrementum. Tanta in eo vis Divini amoris elucebat, vt pro Christo quædam paratus esset sufferto aduersa, paupertatem summe colebat, & carnis mortificationem egregiam operam iniebat, humilitatem sectabatur, vilia abiectionaque sibi deligens exercebat.

*Beatus Bernardus & Thomas, Confessoris.* b] *Doctrina* & *sancitate* claruerunt in *Conuentu* *Fabrianensi*, apud *Marchi* *Anconitanam*: vbi & nonnunquam extat *Guardiani*, *Custodes*, ac *Visitatores* *pauperum* *Dominarum*, seu *Clarissarum*: vti *contat* *ex* *chronico* *Fabrianensi*, sibi *Beato* *Francisco* *Fabranenfi* *conscripto*, & *Wadingham* *tom.* *secundo* *supra*, ad annum millesimum ducentesimum sexagesimum octauum, §. tertio.

*Beatus Didacus à S. Martine, Confessoris.* c] *Latus* professione, qui per 42. continuos annos, tum in *Sancti Michaelis* *provincia*, in qua *Novitatus* *incunabula* *transegerat*: tum in *India*: tum quoque in *provincia* *sancti Iosephi*, *Africissimo* in *maxima* *cordis*

humilitate, sique contemptu, & agnitione fidelissimi inferunt: ac tandem Madini apud Conuentum sancti Bernardi (qui est 9. prouincie fozate S. Iosephi) laudabilem mortem obiit septuagenario maior an. 1173. Vnde Gonzagam sup. p. 3. in genominato Conuentu: & Barezum part. 4. chronic. minor. lib. 5. cap. 21. Rapozum in histor. general. origin. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 11. Graumam in *Prouti*, part. 2. cap. 24. & Ioannem à Sancta Maria 1. part. chronic. prouincie sancti Iosephi lib. 2. cap. 24. de eo filius agentem.

- §. 6. *B. Francisci Rodrici de Veas, vidua, Tertiana.* 4] Nobilissimum exorta est natalibus apud oppidum Veas, quae vidua derelicta, Altissimo felicius obsequiura,

habuum tertij ordinis Franciscani sumptis; atque in humili quadam domo, vna cum Catharina *Martinez*, & Elisabetha de *Cruce*, filabus suis: aliusque eiusdem mentis virginibus sibi adhaerentibus, ab anno Christi 1507. vique ad ann. 1544. virtutibus, vitisque exemplari pollens, perseuerauit. Verum, cum futurum alio numero, illa domus angustior reddita esset: ad aliam eiusdem oppidi *Veas* conuolauit: vbi sanctissimi vixit, obiitque. Agunt de ea Gonzaga 2. part. sup. in monasterio Concepcionis Beatae Mariae Virg. *Veas*: quod est 1. prouinc. Carthagenens. & Barezum sup. lib. 3. cap. 40. Valerianus de SS. Formis ordinis minor. lib. 4. cap. 34.

## D V O D E C I M O K A L E N D A S I V N I I .

**F**irmi in Piceno Beati a Adami, Confessoris: qui potens verbo & opere, admirandis signis eniruit. Cassani, in Apulia, Beati b Ioannis de Penna, Confessoris: zelo suae Obseruantiae Regulae, & spiritu prophetico conspicui. In India Occidentali, Beatorum c Ioannis de Palo, & Andrae Cordubensis, Confessorum: qui spiritus feruore repleti, innumeros Indiarum populos mites reddiderunt & Christianos. Apud Monasterium Concetamporum, in Palentino territorio, Beatae d Mariae à Montalua, Virginis: è cuius sepulchro pulueres collecti, febricitantibus conferunt sanitarem. Ville-Comiti, in Lusitania, Beatae e Elizabethae à Sancto Ludouico, Virginis: virtute, ac religione insignis.

## M A I I X X I .

- §. 1. *Beati Adami Confessoris.* 2] Obiit circa ann. 1185. apud Conuentum Firmianum: concionator famolissimus, qui praedicando Hircunibusque silentium imposuit: & à lupo, ad rectum iter quod amiserat, securè deductus est. Obiit sancto sine, illaque sepultus est, vbi elaret miracula multo. Scribunt de eo Marcus Vlyssiponenis 2. part. chronic. lib. 5. cap. 6. §. 1. sub an. 1188. Toffianus lib. 2. in Custodia Firmiana. Brouis tom. 13. ad ann. 1187. §. 13. Wadingbus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1234. §. 11. ex Mariano lib. 2. cap. 7. qui eum perperam confandit cum Beato Adamo *Ruffo*, de quo 22. Septemb. quare postea ad ann. 1240. §. 21. simpliciter eum vocat B. Adamum.

- §. 2. *Beati Ioannis de Penna Confessoris.* b] Vixit an. 1525. apud Conuentum S. Mariae de Angelis, Cassanensis oppidi: qui est 22. prouinc. S. Nicolai, in quo è sanctissimam mortem obiit. Laicus erat professione, vir vitique sui status, dum viueret zelatissimus, qui & inter alia dona à Deo habita, plura, spiritu prophetico afflatus, praedixit, praedixitque. Agunt de eo Gonzaga in praefato Conuentu part. 2. orig. setaph. relig. & Barezus 4. part. chron. mai. lib. 1. c. 47. ad an. 1526. Daça ibid. lib. 1. cap. 31.

- §. 3. *Beatorum Ioannis & Andrae, Confessorum.* c] Cum Beatus Maximus à Palencia, Indiarum Apollolus, in Indiam traicere pararet, diuino fretus auxilio, nonnullos elegit suae prouinciae sancti Gabrielis fratres, sibi in focios, & cooperatores in conuersione Indiarum: inter quos in duo, Lucai professione, vltimum quidem teocut locum, ac in eo Apollolico manere

obendo, non infirmi exiit. Erant quippe ingenti charitate, oratione, & humilitate exornati: miraculis & signis illustres, tantumque in propaganda fide laborarunt, vt suis manibus ad centum milia Indorum aqua Baptismatis ablineret, idola prope infinita confregent, & des Idolorum non paucas diruerint, &c. Horum mortuo Gonzaga 4. part. sup. in inuio prouinciae sancti Esangubi. Baptista Molez cap. 22. chron. prouinc. Daçagup. lib. 2. cap. 22. & alij recentiores. Prior vocabatur B. Ioannes de Palo, vulgo, *Iuan de Palo*.

*Beata Maria à Montalua, Virginis.* d] Floruit circa an. 1540. De ea scribit Gonzaga part. 3. sup. in Monasterio sanctae Clarae Concetamporum, quod est 9. prouinc. Concepcionis, in Hispania: his verbis. *Ex plurimis sacris virginibus, quae cum non vulgari sanctitatis fama, hoc in loco diem clausere extremum; in medium adducam Religiosissimam forem Mariam à Montalua. Nam eius aeta, post plurimos annos elapsa, sanctissimum ex se odorem emiserit, Prater ea collectis ex eius sepulchro pulueres, plures febricitantes pristinae salutis restituerunt.* Eadem attestatur Barezus sup. lib. 3. cap. 42. ad an. 1544. & Valerianus de SS. Formis ord. minor. lib. 4. cap. 36.

*Beata Elizabeth, à Sancto Ludouico, Virginis.* e] Agunt de ea Gonzaga sup. in Monasterio sanctae Clarae Ville-Comiti, (quod est 14. prouinc. Portugaliz) vbi excessit è vitis maxima cum sanctitatis nota: Barezus itein sup. lib. 4. cap. 40. ad an. 1565. Wadingbus tom. 3. ad an. 1518. §. 46.

## V N D E C I M O K A L E N D A S I V N I I .

**I**N territorio Aurelianensi, Beati <sup>a</sup> Nicolaj Ttieti, Martyris. Omuræ in Iap<sup>o</sup>ponio, Beati <sup>b</sup> Petri ab Ascensione, qui capite truncatus, Martyrium complevit. Barcinone, in Hispania, Beati <sup>c</sup> Sicardi, Confessoris, & Doctotis eximij: sanctitate celebris. Apud Carinienam, in Hispaniæ Tarraconensis oppido, Beati <sup>d</sup> Didaci Discalecati, Confessoris: qui humilitate, charitate atque patientia pollens, signis etiam post mortem coruscavit. Tribuli, in territorio Palentino, Beati <sup>e</sup> Ioannis Henriquezij, Confessoris: genere & virtutibus illustris: qui dono consilij & patientiæ insignis, miraculis etiam claruit. Mortarij in Infubria, Beate <sup>f</sup> Elisabethæ, Virginis: cuius sanctitas summa fuit.

## M A I I X X I I .

- §. 1. **B**eati Nicolai, Martyris. <sup>a</sup>] Martyrium subit, tormentis idem, ab hæreticis, in Conuentu sanctæ Maræ de Pietate Malarum Herbarum circa an. 1560. qui est 22. provinc. Franc. Partienfens. Agant de eo Marcus Vlyssiponenfis 3. part. chronic. minor. libr. 9. cap. 59. Gonzaga part. 1. origin. Geographic. religion. in sacris martyribus ord. minor. suo 2uo; ob Christi fidem passus, in provincia Franc. Partienfens. Daça 4. part. chronic. minor. lib. 3. cap. 51. Grauiua in *uice Tartarijs*, part. 2. cap. 24. Hilarion à Costa libr. 2. histor. catholic. pag. 363. Bosius tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. secul. 9. à quo *Tricentis* ductus est. Picquetus in catalog. vitæ. illustr. Franciscan. Tolosinus lib. 1. in Cultodu Aurelianensi.
- Beati Petri, Martyris. b*] Martyrium passus est die Lunæ post Trinitatem ann. 1657. Illius meminere Galzerus in Tabula chronolog. secul. 17. Solterus tom. 2. histor. Eccles. Ippon. libr. 17. capit. 18. §. 148. Martians lib. 4. chronic. stricior. Obseruant. Reformat. cap. 27. ad cuius processum conficiendus, pro ipsius canonizatione, literæ petuntur Apostolicæ: vt patet ex libello Neapoli edito, an. 1626. apud Typographum Ioann. Dominici Roncalioli: & Rapinæo histor. general. orig. Recollector. 1. part. præfat. §. 4.
- §. 2. *Beati Sicardi, Confessoris. c*] Religiosissimus pariterque doctissimus exiit in sacra Theologia Magister: qui ex Conuentualibus Franciscanis Patribus ad Obseruantiam confugit, & monens, omnibus ob extimam doctrinam atque sanctitatem maximum sui desiderium reliquit. Diem clausit ætæreum Barcinone, sepultus in Conuentu Sanctæ Maræ de Iesu eiusdem ciuitatis. Memoratur à Gonzaga sup. part. 3. in eodem Conuentu, qui est primus provincie Cathalonæ, & Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 2. cap. 66. ad an. 1526.
- Beati Didaci Discalecati, Confessoris. d*] Huius meminuit Gonzaga sup. in Conuentu Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris, apud Carinienam, qui est 13. provincie Attagonæ, illis verbis. *Hic loci, quod à secularibus sequerent, quodque optimis moribus atque regulari disciplina imbutus sit, grauisimis religiosis, atque omni sanctitate præditus perpetuus floruit. Inter hos antequam religionis Pater, Frater Didacus Discalecatus, longè eminent. Cuius humilitas, charitas, patientia, atque religio cum cæteris virtutibus consensita, incredibilis fuit. Quomobrem & virtus ab omnibus in maxima estimatione habita extitit, & mortuus peculiaris sepulchro recandis meruit. Eadem habet Barezus sup. lib. 2. cap. 24. sub. an. 1532. addens miracula ad eius sepulchrum hæc.*
- Beati Ioannis, Confessoris. e*] Prouinciæ Conceptionis fuit alumnus, ex nobili Castellæ Admò aliorum profapia gentus; vix multæ orationis, & penitentiæ dono etiam etat consilij præditus: necnon patientia clarus in tot suis ægritudinibus. Humillimus cum esset, Episcoporum vltro sibi in Calabria oblatum constantè recusauit. Trepidans ante obitum meruit cæcitas audire, omnia & singula eius peccata, sibi esse à Deo dimissa. Sepulchrum in ædem est in Conuentu Tribulano, (vbi Guardianatus officio functus fuerat) qui est 16. præfatæ provincie. Miraculis post mortem conspicuus: ex Daça sup. libro quarto, capite quinquagesimo primo ad an. 1600.
- Beate Elisabethæ, Virginis. f*] Floruit ann. 1550. in Monasterio S. Claræ Mortariensi. quod est 12. provincie Mediolanens. vbi magna sanctitate repleta, obdormiuit in Domino. Idque testantur Gonzaga part. 1. sup. in eo Monasterio: & Barezus item supra lib. 2. cap. 20. Valerianus de Sanctis Ferrnians ordinis minor. lib. 4. cap. 13.

## DECIMO KALENDAS IVNII.

**L**ondini in Anglia, Beati <sup>a</sup> Ioannis Foresti, Martyris: qui iussu Henrici VIII. Anglorum Regis, ob defensionem Catholicæ veritatis, carceri mancipatus; post durissimam captiuitatem, sententiam mortis excepit. Nam patibulo appensus, suppositoque lento igne ad eius pedes, tandiu crudelissimè torrebatur, donec totus igne combustus, victor ad cælos migrarit. Aquis, in Gallia, Beati <sup>b</sup> Rosagni, Confessoris: ex tertio Ordine Minorum: vitæ perfectione, ac miraculis clari. Apud ciuitatem Portuensem in Lusitania, Beate <sup>c</sup> Elizabethæ ab Annuntiatione, Virginis: quæ Abbatissa electa, eximia sanctitate refulsit. Gienni, in Hispania, Beate <sup>d</sup> Quiteriæ à Cruce, Virginis: paupertate, oratione, & vitæ austeritate conspicuæ. Palmæ in territorio Cordubensi, Beate <sup>e</sup> Mariæ de Iesu, Virginis: quæ quanto penitentia operibus sese exercebat, tantò magis Christus illam in oratione diuinis reuelationibus & gaudiis solabatur.

MAII XXIII.

§. 1. **B**eati Ioannis Foresti, Martyris. <sup>a</sup>] Anglicus erat natione, egregius Theologus; à Confessionibus D. Catharæ Anglorum Regine; quæ & tractatum edidit *De Anabaptistæ Ecclesia, & Pontificis Maximi*. Quod audiens Rex Henricus VIII. egrotque ferens, fustibus mitit, virtutem Dei tradit in carcerem, vincis compedibus, ac ferreis manibus arctat, assilique. Inde eotam Rege sistitur, ad fux Catholicæ sententiæ reuocationem incitatur; vrgiturque vt ipsum Anglæ Regem, Anglicanæ Ecclesiæ caput esse fateatur. Ipse verò constanti animo à Catholicæ Romanæ Ecclesiæ placitis, vel latam vnguem, nunquam se discorsurum affirmauit; grauissima quæque tormenta, mortemque durissimam ipemens, vt innoxium seruaret animum. Illo igitur sic in veritate perseverans, reus mortis esse indicatur. Sicque lata sententia ab iniquo iudice confessor Christi docuit ad locum, vbi erectum erat patibulum, sub quo hgnorum straminumque cumulus erat copiosus. Hoc supplicij atrocissimum spectaculum vt is vidit, fidelis ac strenuo animo, altaque voce ait: *Nec ignis, nec patibulum, nec tormenta quæque me separabunt à te Domine*. His dictis, sperentia veste exiit, & cathena circa venter in ligata suspenditur, supponitur ignis ad pedes tantummodo, vt paulatim flamma procedente ductus cruciaretur: ventus ignem dimouet à corpore pendens, ac durissimo cruciatu, gratius fit holocaustum Deo, eximiumque patiendi pro Christo desiderium, in Christi martyre adimpleatur. Tandemque patibulum vni cum ipso in subiectum ignem coniectum est. In huius perseverantis, constanti animo, hæc frequenter verba, ex corde pronuntiabat: *In vultu arborum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.*

§. 2. Quando hic venerandus senex, gloriosusque Christi athleta conuersus fuit in carcerem, & sententia suspendij ac combustionis in eum lata est: post duocum annorum durissimam captiuitatem, qua inter latrones vir Sanctus iueuerat, plurimosque cruciatus perpeffus fuerat; Regina Anglæ, Catharina, pia, & catholica: ah impio Rege repudiata, malicæ habita: haud potuit se continere, quin ad Christi martyrem scriberet; quamvis illud non nisi magno suo periculo faceret. Idipsum & alix quædam peritiosæ nobiles egerunt: quarum exemplar litterarum ad hæc extant: vni cum resolutione presæti Beati Patris Ioannis Foresti, in-

tyrio igitur Londini coronatus est, anno 1538. ætatis suæ 70. Cuius agones, victorias, & trophæa sacra descripserunt Thomas Bouchierus in historia Ecclæ. Fratrum minorum Obseruantiæ, Polina in histior. Anglicana. Gonzaga part. 1. ong. seraph. relig. vbi de factis martyribus ordus minor. Iuo auro ob Christi fidem passus, in Anglia. item part. 3. in prouincia Anglæ. Batezzus part. 4. chronie. minor. lib. 3. cap. 6. vique et. Daquirid. lib. 3. cap. 31. & 33. Graun in *uice Tertius* part. 2. c. 24. Hilarion Costæ in Elogiis illust. mulierum pag. 115. vbi de Catharina, Anglæ Regina, item lib. 1. hist. catholic. pag. 155. item pag. 161. & c. Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia Ecclesiæ. numer. 1342. Tostimanus lib. 1. & 2. histior. seraphic. Algetra in Arbore Epilologica totius ordinis Franciscan. Picquetus 10 catalog. viror. illust. ordin. minor. Bosius vero ann. 1540. to. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. sezul. 9. & lib. 11. cap. 12. Willotus Athenar. orthodoxar. Franciscan. littera 1. Theatrum crudelitatum hæreticorum pag. 28. & 29.

Beati Rosagni, Confessoris, tertio Ordine. <sup>b</sup>] Fama §. 3. sanctitatis clarus obit, ac sepultus est in Conuentu Aquisiensi apud prouinciam Phocensem in Gallia, qui magna perfectione præditus est in vita sua: & post mortem miraculis coruscatur. Huius meminit Marcus Vlyssiponenfis 2. part. chion. minor. lib. 4. c. 24. §. 2. ad an. 1280. Wadinghus tom. 2. annal. minor. sub an. 1282. §. 10. Algetra sup. & chionica 24. Generalium Franciscan. Tostimanus lib. 2. in Custodia Marfiliz. De Sillis in cap. 1. reg. tertij ordinis.

Beate Elizabethæ ab Annuntiatione, Virginis. <sup>c</sup>] §. 4. De ea hæc scribit Gohzæ sup. p. 3. in Monasterio sanctissimæ Mariæ Dei de Porto, quod est 9. prouinc. Portugallie. *Ex ergo ista carnis saluta ad ista hoc in loco migranti fero Elizabetha ab Annuntiatione, quæ ob eximiam sanctitatem regenti oculo continens annis, Abbatissa monis obit. Cuius orationem frequenter, tamque assistens, vni cum geminis callian, ad instar Beati Jacobi Apostoli obducenti. Cuique in mortibus, qui sibi familiarissimus erat, accidisset, hæc saluissima verba continuo repetebat. Etiam illuc manus tua deducet me, & tenebit me de carceribus. Et miris propinquas subiectis illud vsal. 3. Ego docui, & somnum cepi, & extitit quia Dominus suscepit me. quod est omnipotens Deus*



*Deus confirmaret, palamque faceret; Voluit, ut cum eius corpus aliquando in terra subiacisset, casuque effusa terra detegeretur, tanta inde exhalaret fragrantia, ut unam Conventum simul & forescepleter. Eadem referat Barezus supra lib. 2. cap. 33. ad an. 1514. & Valerianus de Sanctis Fortunis ordinis minor. lib. 4. cap. 29.*

§. 5. *Beata Queria à Cruce. d]* Hæc sanctitate, religione, & motum grauitate floruit. Altissimæ paupertatis amica erat, & magna cum instantia orationi vacabat: cuius anima anno 1543. astra petiit. Ob viuz verò asperitatem, ceteralque virtutes, quas mortali adhuc carnis induta, mirum in modum coluit, à cæteris Religiosis Deo chara, verèque Beata existimatur. Arguit

de ea Gonzaga part. 3. supra in Monasterio sanctæ Claræ Guernonsi, quod est 3. prouinc. Granicenf. & Barezus sup. lib. 3. cap. 40. ac Valerianus cap. 34. sup.

*Beata Maria de Iesu, Virginit. e]* Operibus pietatis addiditissima erat: dilectissima quippe semper incessit, multas: Quatagesimas in pane & aqua ieiunauit: quam varis recitationibus, & consolationibus ceteris Deus in oratione recreabat. Obiit sanctissimè apud Monasterium Palmente, quod est 2. prouinciaz Angelorum: quo tempore splendidissima stella super eius cellam apparuit, quæ Infirmarium totam suo lumine illustrauit. Prout testatur Daça supra lib. 3. cap. vitim. ad an. 1573.

NONO KALENDAS I V N I I .

**V**lluz in Lithuania, passio Beatorum <sup>a</sup> Gastoldi Vilnensis, & Stanislai Cracouiensis Episcoporum, necnon triginta sex Fratrum Martyrum, Eugubij in Vmbria, Beati <sup>b</sup> Thomæ, Confessoris, eximia sanctitate, ac signorum gloria illustris. In Hispania, propè Villam-Nouam de Scaffa-Fracta, Beati <sup>c</sup> Francisci Monci, Confessoris: miræ abtinentiæ, orationis, simplicitatis, & charitatis viri: qui cum martyrij desiderio flagraret, Marrochium pertexit, Christi fidem Mahometistis annuntiaturus: à quibus grauia passus, libert dimittitur: ac tandem in pace quiescit, multis post mortem clarus miraculis. Apud Montem-Cælium, in territorio Cotiano; Beati <sup>d</sup> Anonymi de Cassalibus, Confessoris: profunda humilitate, atque columbina simplicitate celebris. In Hispania Beati <sup>e</sup> Francisci à Cordouilla, Confessoris: qui humilitate, candore vitæ, atque virginitate feruata illa, plurimum emicuit. Volatertæ in Hethuria, Beate <sup>f</sup> Apolloniæ Pighinesis, Virginis: incredibili patientia exornatæ.

M A I I X X I V .

**B**eatorum triginta sex Martyrum. <sup>a]</sup> A Tartaris occisi sunt an. 1543. Arguit de ipsis Toffianus lib. 2. histoc. seraphic. in Custodia Lithuaniae. Sedulius commentar. in cap. 3. vit. S. Francisci §. 8. Wadinghus tom. 3. annal. ad an. 1543. §. 18. et alius 1525. §. 28. item tom. 4. ad an. 1592. §. 8. Daça part. 4. chcon. minor. lib. 2. cap. 54. & lib. 31. cap. 49. Iacobus Lauræ de viris illustr. Sueciæ & Poloniæ. Picquetus in catalog. vitoc. illustr. Franciscan. Maritanus lib. 4. cap. 10.

Abbat. S. Victor. Panficnf. ibidem. Marcus Vlyssiponensis 2. part. chrouc. minor. lib. 8. Caput 33. §. 2. ad an. 1514. Gonzaga part. 2. origin. seraph. relig. in B. B. virt. huiusce ordinis. Toffianus lib. 1. seraph. histoc. Wadinghustom. 2. annal. minor. ad an. 1570. §. 27. & tom. 3. ad an. 1514. §. 24. Picquetus in catalog. vitoc. illustr. Franciscan. Maritanus lib. 4. cap. 10.

*Beati Francisci Monci, Confessor. c]* Visit an. circiter 1540. apud Conuentum Dei genitricis, vulgè, Dominæ nostræ, Rupis Amatoris, qui est 11. prouinciaz S. Gaherels, ptoæ testatur reliquit Gonzaga part. 3. supra in eod. Conuentu: hisce verbis, *Hic insulæ atque nequam seculo vltimum vixit hoc in loco dixit, admiranda simplicitatis, abstinentiæ, vigiliæ, orationis, atque ceteris virtutibus, prout testatur, ac F. Franciscus Monci, dignatus Sacerdos, qui, pro Christo dissolutus capiens, Marrochium petiit; insique fidem Catholicam coram illis Mahometistis constanter prædicauit. Cuius rei causa plurimis ab illisdem saturatus opprobriis, ad Christianorum plagas remissus fuit. Cuiusque sanctæ frandatum desiderio ceruaret, vigiliis, atque ceteris operibus bonis, quod sibi vix reliquum fuit, instantius solus insistit, donec tandem animo redidisset. Eius corpus interrogum amonit, atque interrogatum, immò & sanctorum redole: adhuc persuerat. Quamobrem ab omnibus, cum fratribus, tum quaque secularibus, Beatis: Deoque canis existimatur. Eadem habes apud Barezum part. 4.*

*Barbara gens olim stygiis adueta tenebris  
Luminis ignara, candide Christe, tui,  
Renouit ab demens lustrans lumine vita,  
Renouit & sacras tangere fontis aquas, &c.*

§. 2. *Beati Thomæ, Confessoris. b]* Claruit ann. 1330. vit fuit maxæ sanctitatis ac virtutis: qui & post mortem quæmplaria edidit miracula, obiit, ac sepulcus est Eugubij, in Conuentu Fratrum minorum. De eo agunt Beatus Bartholomæus Pisanus, libro 1. conformatus. fru. 2. 8. & 11. part. 2. in Fratribus minoribus sanctitate illustribus prouinciaz sancti Francisci. Codex MS,

fecerat custodiam condendus erat hic pretiosus thesaurus tam absoluta erat, & summa vndeque concenterata; celebranda inem Generalia Ordinis coenobia, in quibus de rebus grauioribus, & bono ordinis ageretur regimine. Duplex ex hoc capite conueniunt vltra duo milia Fratrum, atque vniuersi hominum status tanta multitudine, vt eos vrbis capere non possit: sed in campis subtentoria, & tumant gregum more, in turo subhibano, illis diebus victitarent. Summus pontifex alio detentus, habet potius adesse; aratmen rei negotium nullo modo prorogatum. Quod vt fieret magna cum solemnitate impense curauit Papa, nullis Nuntiis, magnifice donatus, & conuentus tanti operis coenobialis. Vltra hæc, bonam mulic pecunie numerate summam ad fabricæ Ecclesiæ subsidium: quam demò multiplici gratia & fauore afficit, exemptam faciens à quacunque iurisdictione, libique immunitatam, & totius ordinis caput & matrem constituens.

- §. 3. Litteris in super Apostolicis, datus ad Munistrū & alios FF. in prefato Generali Capitulo constituto: indulgentias varias concessit huicque Translacionis gratia. Inuicem habent. *Mirificans misericordias suas Dominus. Sic vtro terminatur, Ceterum, idem gloriosum corpus Sancti per aditū ad Ecclesiam ipsius nomine delectandam caputis deuote transferre; nos desiderium vestrum fauore debito profsequenti, quia dignū est vt veneremus interire, quem Dominus per benedictū in calce de misericordia Iesu Christi, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate concessit, omnino, qui ad Translacionis eius sollempnia deuote conueniunt, vel usque ad naturam Virginis gloriosæ promerentur, ipsius Ecclesiæ visitacionem, transfacionibus more, treci annos, transfacionibus Alpes, datus: & ceteris vrbis; & qui in Anniversario Translacionis illius usque ad vltimum diem præterire concessit, annuum sumister, de cuiuslibet præterire concessit relaxacionem. Diuini Laterani 17. Kalend. Iuni, Pontificatus nostri anno 4. Has Indulgentias alij Summi Pontifices auarunt. Eorum Alexander IV. & Martinus V. & c. visitacionibus Ecclesiæ Fratrum minorum in Translacione S. Francisci, concesserunt quinqueingenta annos, & duodecim quadragenas: teste Compendio prælegior. ord. nra. titul. Indulgentia, quoad seculares. primò.*

- §. 4. De hac Translacione egerunt S. Bonauentura cap. 15. vit. D. Francisc. S. Antonin. 3. part. histore. titul. 24. cap. 7. §. 6. & cap. 9. §. 1. Tostianus lib. 1. hist. seraphic. cap. 15. Marcus Vlyssiponensis sup. cap. 74. & part. 2. lib. 2. cap. 1. Firmamentum trium ordinum minor. titul. 1. in memorial. ordin. sub. 3. Generali. Marianus lib. 4. cap. 3. Pisanus in conformit. stud. 34. part. 2. Sotolus in commentar. ad cap. 13. §. 7. sancti Francisci. Washington tom. 1. annal. pomar. ad ann. 1228. §. 79. & 1230. §. 1. 2. & seq. Pomarum part. internal. de Sanctis habet conuentionem de ea, quæ est §. 8: sed & hoc factum inter maiora duplicia ordinis reuoluntate apud Firmamentum ordin. minor. part. 1. in ordinationib. citica diuinum officium.

- §. 5. *Beati Bartholomæi ab Anglaris, Confessor. 1.* Fuit hic magna perfectio, ac vix sanctitate præditus. Erat enim altissime paupertatis fidelissimus amicus, purissima castitate libebat, atque profundissima humilitate. Præclarum omnium aurgens, contentus est nouitiorum inagubentū exercere. Patientia autem mi-

ro modo in eo eluxit. Nam hecica febri multis annis exartatus, nunquam in se conualescit: et ieiunium stridè seruans, & ordinis rigorem in illi à Superiore impeditur. Correctori fratrum maxime inuigilabat: ita vt si quem audiret verba minus caute promentem, aut aliquo loqueri indecenter agentem vidisset; conuictio, absque personarum leuolū, ab incipit discedere; ingenti zelo & prudentia monebat, eogebatque, sanctæ orationi valde addictus erat: in qua fauores amplissimos, ac consolationes non paruas meruit à Deo obtinere. In ea etenim assiduus fuit atque frequatissimis; ita vt sæpius inter orandum à terra abstractus, & in aere subleuatus videret. Afluebat siquidem deuotus hic Pater, dùm motam ageret in monte Aiazæ, accelerare singulis noctibus lacellum Beati Ioannis: esumque omnia densissimis tenebris nocte quadam perfunderentur, ita vt absque præsentissimo vix periculo eo se conferte non possit: adfuerit illi i vestigio duo Angela, qui accessit facibus viam sibi commoustrarent. Tandem meritis ac bonis operibus insistent, obedientiam, silentium, ceterasque virtutes omnibus diebus vitæ suæ adeo coluit: vt celestis potius quam terrenus homo appareret. Quinobtem à Fratribus atque et a n. i. ex. ualibus sanctus, verèque Beatus habebat. Quo denique mortuo, omnes eius corpus atque habitum deofeculari ad feretrum occurrerant. Subiuit de eo Marcus Vlyssiponensis part. 3. chronic. minor. lib. 8. cap. 33. Gonzaga part. 3. origin. seraph. relig. in Conuentu assumptiois Beate Marie prope Empolum (Hethurie oppidum, in fluminis Arni cro-pidine situm) qui est 23. pronunciat Tulcia. Barezza 4. part. chronic. lib. 1. cap. 19. quo in Conuentu obiit an. 1510. Giuanni in vice Taurini part. 2. cap. 24. *Beati Claudi Regnati, Confessor. 6.* Sui status fuit §. 6: zelantissimus, & Observantæ regulam admodum dectus; concouator eximius, & latius animarum cupidissimus: cuius opem quoodid fideles implorant apud Deum. Obiit in Conuentu Insulæ, sub moeste Regali, in Mandubis agris sito Floruit sub an. 1510. Vide Fodererum in descriptione pronunciat Burgundæ, vbi de dicto Conuentu pag. 676.

*Beati Francisci à Bassano, Confessor. 4.* E. ciuitate §. 7: Baiouensis in Gallia ostundus erat: vix deuotissimus, sique insitutus obierat zelantissimus: mira abstinencia præditus; orationi amantissimus: meditationi iugiter insistabat: ceteris etiam virtutibus exornatus erat: quibus ingens sus desiderium posteris reliquit, eum excessit de vita an. 1593. non sine sanctitatis odore: cuius sacrum corpus sepultum iacet in Conuentu S. Rochi Corcyæ: qui est 13. pronunc. Candis. De eo agit Barezza sup. lib. 10. cap. 7. ex chronic. Ioannis Ximenez.

*Beati Mendæ à Mendosa, Virginis. 2.* Hæc illu-strissima nata proli pia, sanctitate & religione, ac motum grauitate emicuit. Quate ob vitæ eius alperitatem, ceterasque virtutes, quas mortali adhuc carne indota, nitium in modum excoluit, à ceteris religiosus, Deo cara, verèque Beata existimatur. Obiit ann. 1558. Gienni in Monasterio S. Clare: quod est 3. pronunc. Granatenis. Illius meminerunt Gonzaga part. 3. sup. in eo Monasterio Giemensi. Barezza sup. lib. 3. cap. 68. Eandem opinor esse cum B. Maria à Mendosa, de qua agit Gonzaga part. 1. sup. in BB. Firmamentum 2. ordinis minor.

## SEPTIMO KALENDAS IV NII.

**B**REMÆ in Teutonia, Beati <sup>a</sup>Electi, Confessoris: magna vitæ puritate & deuotione conspicui, Meritæ in Lucatania Indiæ Occiduz regione, Beati <sup>b</sup>Francisci à Turre, Confessoris: qui vnus extitit ex primis Prouinciæ S. Iosephi ibidem fundatoribus; quam & Prouincialarus munere fungens, summa prudentia rexit: demùm eximia humilitate, oratione, & patientia, atque zelo salutis animarum emicans; necnon spiritu prophetico clarus, animam Deo reddidit. Casinchiæ, propè Venzolofcam Corsicam oppidum, Beati <sup>c</sup>Vincentij à Venia-co, Confessoris: mira paupertate & simplicitate celebris. Neapoli in Campania, Beate <sup>d</sup>Magdalenzæ à Constantio: quæ nobilissimis orta natalibus: miraculis tum in vita, tum in morte illustrior est reddita. Auxoniæ, in Burgundia, Beatarum <sup>e</sup>Annæ & Colettæ Virginum,

M A I I X X V I .

§. 1. **B**eati *Electi, Confessoris.* <sup>a</sup>] Viuebat an. 1365. deuotissimus extitit & pietatis maximè cultor. Obiit autem adhuc iuuenis in Conuentu Brementis; quo & sepultus est. Qui dñm morti appropinquaret illud Euanglij cæpit submisè canere: *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum.* Secundo alius cantauit: & tertio eadem repetens, voce altiore cecinit: ita vt omnes fratres, eo audito conuenerint: sicque obdormiuit in Domino. Scribunt de eo Beatus Bartholomæus Pifemus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 8. in fratribus inuocabus sanctitate illustribus prouinciæ Saxoniz. Codex MS. Abbat. S. Vidor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssiponenis part. 1. chronic. minor. libe. 9. cap. 29. §. 4. ad ann. 1369. Gonzaga part. 1. orig. setaphic. relig. in BB. vias huius ordinis. Item part. 3. in prouinc. Saxoniz. S. Crucis. Toffinanus lib. 1. histor. setaphic. Wadinghos to. 1. annal. minor. ad ann. 1349. §. 9. Picquetus in catalog. viros. illustr. Francicæ.

§. 2. **B**eati *Francisci à Turre, Confessoris.* <sup>b</sup>] Prouinciæ Breutzæ alumnus fuit, & vnus ex primis fundatoribus Prouinciæ sancti Iosephi de Lucatana, in eaque aliquoties & Custodem, & Ministrum Prouincialem egit. Fuit præterea, tanta humilitate præditus, vt o m n i b u s tum Ineïs, tum quoque Hispanis, siue militibus, siue etiam mercatoribus, gratissimus fuerit. In Indorum vero conuersione nullum sibi parem habuit, cum enim Lucatana, ù isidoma optimè caltes, quosius huius regionis Barbatos facile in sui sententiam traheret; de cuius eadem sanctitate, hæc columen odò dixerim, quod scilicet plurima præfago prænoterit spiritus: quod que grauius quam in infirmitate, ex qua demùm occubuit, quam patientissimè, unimò & lætante ante plurimos annos tulit: quod uè tandem paulo ante mortem, à terra in æra subleuatus (tanta fuit vis orationis) uisus sit: vt foliæ per omnia rutilans: cuius uis potius Angelica extitit quam humana. Floruit circa an. 1350. Obiitque apud Conuentum Matris Dei, Meritæ: honore tumulatus sepulchro. De eo agunt Gonzaga part. 4. sup. in præfato Conuentu, qui est 1. ciuid. prouinc. Sancti Ioseph. & Barezus 4. part.

chronic. minor. libe. 4. cap. 14. Daça ibidem libe. 17. cap. 31. Gramina in *uota Terturis* part. 1. cap. 14. eundem esse cum Beato Francisco Tarrigano suspicari valde: de quo idem Gonzaga 30. Conuentu prouinc. Sanctorum Petri & Pauli sup. Barezus lib. 8. cap. 72. Marianus lib. 2. cap. 42. & 47.

**B**eati *Vincentij à Venaco, Confessoris.* <sup>c</sup>] Latus erat §. 3: professione; & licet in vita pauperimus, uilis atque despectuissimus haberetur; in morte tamen ditissimus, atque gloriosus apparuit. Nam statim post felicem illius transitum, fulgentissima quedam stella, cuius radiis, atque splendore uisus locus collustrabatur. In eius cubiculi fenestella ab omnibus ferè Venzolofcanis uisa fuit. Quæ uisione terrâ, ad Fratrum Conuentum protinus conuenerunt, euentusque causam diligenti inuestigantes, præfati Beati Fratris amantem caelos, in trancatis stellæ modum, petuisse inueniunt. Obiit in Conuentu S. Francisci Casinchiæ, quæ est 9. prouinc. Corsicæ. De quo Gonzaga part. 2. sup. in isto Conuentu: & Barezus sup. lib. 5. cap. 13. ad an. 1370.

**B**eati *Magdalenzæ à Constantio, Tertiaræ.* <sup>d</sup>] Hæc cùm Neapoli orta esset, acque in Monasterio S. Clarae ibidem extracto habitum induisset: una inter alias à Rege Roberto, vt elemosynas à se factas, singulare distribuentis, selecta est: quippe quæ nobilissima esset femina, ac uirtute & prudentia prædita. Diem autem clausit extremum apud Monasterium Tertiarum S. Francisci Neapolis, §. quod est 4. prouinciæ Terræ-labonis; atque in inferni eius choro sepulta est. Extat eius Mausoleum omnino lapideum, à terra utrumque eleuatum: in cuius inuocationem diuinitus quamplura operata sunt miracula. Claruit circa ann. 1345. Memoratur à Gonzaga 2. part. sup. in præfati Monasterio: & Barezus sup. lib. 3. cap. 41. Wadingho tom. 3. ad an. 1340. §. 14. Valerio de SS. Franciscus ordin. minor. lib. 4. cap. 35.

**B**eararum *Annæ, & Colettæ Virginum.* <sup>e</sup>] Prima uocabatur *Anna de Bessy*, nobili genere nata: altera uero *Coletta Desyler*: quæ mira uirginitate uixerunt sub reformatione B. Colettæ Virg. Vide *Fouderum*, in Descriptione Monasterij Auxoniens.

## S E X T O K A L E N D A S I V N I I .

**O**ctava <sup>a</sup> sancti Bernardini Senensis, Confessoris. Placentiæ, Beati <sup>b</sup> Marci à Bononia, Confessoris: qui nobili ortus prosapia; doctrina, pietate, ac paupertate, vitæque sanctitate illustrior habitus est: ob quæ, multoties Vicarius Generalis familiæ Observantiæ Ultramontanæ electus: illius extitit propugnator acerrimus: & claris meritis feliciter obdormiuit in Domino. In Hungaria, Beati <sup>c</sup> Pelbarti à Themafwar, Confessoris: scientia, vitæque exemplari celebris. In Scotia, Beati <sup>d</sup> Roberti Stuardi, Confessoris: qui regio sanguine clarus: spiritu quoque prophætico, & miraculorum gratia nobilius extitit insignitus. In Sicilia Beati <sup>e</sup> Bartholomæi à Montaluano, Confessoris, cuius sanctitatem signorum fama nunc vsque celebrat.

## M A I I X X V I I .

5. 1. **O**ctava *sancti Bernardini*. <sup>a</sup>) Solemnis habetur in toto Ordine Minorum, duplicique Officio celebratur: vt habetur in Breuiario eiusdem Ordinis auctoritate Apostolica, quodam antea fuerat ordinatum in Capitulis generalibus Barcinouensi, an. 1431. & Tolosano an. 1496. Vide Speculum Fratrum minor. tract. 3. in ordinar. circa diuinum Officium. Status V. Indulgentias concessit secularibus visitantibus Ecclesias Fratrum minor. in festo sancti Bernardini: vt constat ex Alphonso de Casaribus, in Compendio priuilegior. frat. minor. verbo. *Indulgentiæ quas sacraliter*, p. 101. §. 15. & verbo. *Festinitas*, in Annuntiatione Capucini.

5. 2. **Beati Marci à Bononia, Confessoris.** <sup>b</sup>) *Fantuccius*, filius de *Fantuccis* cognominatus est, nobilis quidem genere, Bononiæ natus, sed sanctitate atque virtutibus multo nobilior: qui & provincie Bononiens. an. 1456. immò & totius Ultramontanæ Observantiæ familiæ, sub Vicarij Generalis titulo, gubernacula plures tenuit. Nam primò, Aqualæ, anno Christi 1452. electus rexit annis 3. item Assisij, in Conuentu S. Marci de Angelis, anno 1464. Secundo electus, gubernauit annis 3. tandem in Insula Bisentina iterum electus an. Christi 1469. rexit annis 3. Delictus est à Calisto III. Papa, cum alius pæpæpulis patribus eiusdem ordinis, vt Cruciatam publicaret contra Turcas, an. 1455. familiam Observantium egressè tutatus est eorum Sixto IV. Summo Pont. quæ tunc periculum minabatur: multa grauius passus est mirabilis profectus constantia: & patientia: suæ enim profectionis erat zelantissimus: & magna pietate, eruditione atque vitæ sanctitate coronatus. Placentiæ obiit an. 1479. Cuius corpus, cum in minoritana Sanctæ Mariæ de Nazareth huiusmodi Placentinæ ciuitatis Ecclesia sepulturam nactus esset, ne ea, ex Clementis VII. Papæ mandato, demolita, prophætiæ periculum laberet, ex eiusdem Summi Pontif. decreto, ad sacram redem S. Mariæ Magdalene, intra Monasterium Virginum eiusdem urbis, fuit translatus an. 1527. vbi & vsque in hodiernam diem perseverat. In cuius laudem, deuotus quidam pater hoc edidit Epigramma: atque fortis eius portæ, qua refectionis minoritici Conuentus Bononiensis sanctissimæ Annuntiationis petitur, inscribiti curauit.

*Applaudite & iubila, letate Bononia, Marcus  
Hic tuus est ciuis, calicæ regna tenens,  
Approbat hoc etenim signorum cop. multa,  
Urbe Placentina, quæ micuere satis:  
Hunc precibus, lachrymis, hunc implorare me:  
memo,  
Vt summum flectat ad tua vota Deum.*

De eo egerunt Marcus Vlyssiponensis 3. part. chron. minor. lib. 3. cap. 40. 41. & 60. item 1. 5. cap. 27. 35. 46. & 52. item lib. 6. cap. 29. & 31. Gonzaga orig. seraphic. relig. part. 1. vbi de Vicaris generalib. Ultramontanor. Observantiæ. & B. B. vni huiusce ordinis. item 2. p. in provincia Bononiensi, & Montisneris 1. de 5. eiusd. prouinciam in prouinc. Bohemiæ. Tossinanus lib. 2. histor. seraph. & lib. 2. Picquetus in catalog. vvor. illustr. Franciscan. De Busis in Rosario Quadragesimali, sermon. 27. part. 2.

*Beati Pelbarti à Themafwar, Confessoris.* <sup>c</sup>) Hungar. 5. 3. rus fuit, vitæ sanctæ & pietate plenus. Claruit an. Christi 1490. de cuius doctrina quidam caminosa cecinit.

*Hæc si Pierdum oblectant pomeria sacra,  
Carpe, sunt Phœbus, quæ tibi poma placent.*

Illius meminerunt Marcus Vlyssiponensis sup. lib. 6. cap. 40. Gonzaga sup. part. 1. in Scripturis. Eccles. ord. seraph. Willous Athenar. orthodox. Franciscan. littera P. Gnesinens in Bibliotheca. Simlerus ibid. in epitom. post Echium in Chrysostom.

*Beati Roberti Stuardi, Confessoris.* <sup>d</sup>) Iacobi V. Scotorum Regis cognatus erat; qui & certum sui exitus diem, atque futuram Regni Scotiæ calamitatem, multo antè prædixit: & miraculis tum in vita, tum quoque in morte clarescere meruit. Florebat ann. 1530. Memoratur à Gonzaga part. 3. sup. in prouinc. Scotiæ. & Barezzo 4. part. chron. minor. lib. 1. cap. 62.

*Beati Bartholomæi, Confessoris.* <sup>e</sup>) Erat Lucas hic B. 5. 5. Fratres, prouinciæ Siciliæ alumnus; crebris miraculis clarus. De eo scribit Dæd. 4. part. chron. minor. lib. 4. cap. 31. ad an. 1603.

## QVINTO KALENDAS IVNII.

**L**epoli in Polonia, passio<sup>a</sup> plurimorum Fratrum Martyrum, pro Christo occisorum. In Hethuria, Beati<sup>b</sup> Herculani à Piegala, Confessoris, concionatoris eximij: qui vitæ austeritate, & incredibili abstinentia præfulgens: miraculorum etiam gloria est à Domino decoratus. Item in Tuscia, propè Castrum Pisciurum Beati<sup>c</sup> Vincentii Galli, Confessoris: qui aliquando Conuentus Collis Vitoli Guardianus institutus: pietate & religione insignis; sancto sine quieuit. In prouincia Marchiæ, Beati<sup>d</sup> Bernardi ab Auximo, Confessoris: qui prouinciarum Franciæ prouinciæ pluries insigniter fundò sanctitate & miraculis exiit gloriosus, Alcazaj, in territorio Toletano, Beate<sup>e</sup> Mariæ Mugnozæ, Tertiariæ: mira penitentia & spiritus feruore adornatæ.

MAYI XXVIII.

- §. 1. **B**estium plurimorum Martyrum. \*) Tartari Poloniam deuastantes, ann. 1343. Lepoli B. Stanislauum minoritum Conuentus Guardianum, cum aliis plurimis Fratribus, pro Christo fide intererunt. Ita Wadinghus tom. 3. ad an. 1343. §. 18. ex aliis.
- §. 2. **Beati Herculani à Piegala, Confessoris.** b) Egregius diuini uerbi præco, ingenti feruore dolores, ac passionem Christi concionabatur: magno cum animarum fructu. Cùm Luca demoraretur, urbs obsessa est à Florentinis; ille uerbis suis sermionibus, uitæ exemplis, ac miraculis Lucenses extortebat; Florentini coacti sunt dextras dare, pacem acceptare, & ab obsidione recedere. Socius fuit Beati Alberti à Sarniano, dum missus est Legatus Apostolicus in Orientem; ipse uero B. Herculani post plurimos in receptione sacrosanctorum locorum Teræ sanctæ exantillatos labores, Tusciam reuerus est: ubi uitæ austeritate, & abstinentia incredibili claruit. Nam, paruum admodum comedebat, refectione Sacramenti Eucharistiæ à se suscepti in Milla (quam cunctis diebus deuotissime celebrabat) potius enutritus ac recreatus, quam alio ordinaro corporali adminiculo: quamuis (die absque omnimoda manducatione esse uideretur) diebus Dominicis aliquantulum panis, aque, & herbarum crudarum, seu leguminum, nonnunquam sumeret. Solo habitu, uoque dilacato, contentus erat: sub quo aspersum cilicium gerebat ad carnis disciplinam ac uigilum corpus edomabat: oratione instantè uacabat: uim lachrymarum ad Deum pro peccatis hominum profundens. Peisse laborantibus prælio adest: & alius miraculis maximis celeberrimus habetur.
- §. 3. **Conuentus sancti Francisci, propè Castrum nouum Casertani, extructionem corpus: ubi cum sanctissimam uitam egisset, digni exitum clausit. Cuius sacrum corpus, cùm per quinquagennium continuum, ob operis sinceritatem imperfectum, aquarum stillaculis parauisset, incorruptum omnino, atque intactum inuentum est, quamobrem inde extrinatum ad maius scellum translatione extitit: omnium ingenti leticia & ueneratione. Obiit ann. Christi 1451. Scribunt de eo Marcus Vlyssipponensis 3. part. chronic. minor. lib. cap. 29. Goizag. 2. part. oniz. seraph. relig. in præfa-**

to Conuentu, qui est 18. prouinc. Tusciæ. item 19. 21. Eleazius lib. 2. sicut morit. Olibet. cap. 15. Tostianus lib. 2. in prouinc. Tusciæ.

**Beati Vincentij Galli, Confessoris.** c) Vir eximius, 5. 4. atque de Franciscana. Obseruans familia opem meritis Sixti IV. & Innocentij VIII. Summorum Pontificum concessum est diplomatum: ut ex omnibus Ecclesiis, ob atrocem bellum apud Empolum Hethuriæ oppidum, solo delectis, nequis Conuentus minoritum, sub titulo Assumptionis B. Mariæ Virginis extructur. Quod & B. Vincentius, cum maximo Empolitanorum applausu, anno Christi 1481. quam diligentissime præstitit. Idem redificationi Conuentus S. Ludouici Episcopi Calis. uis aliæ propè Pisciuram operam dedit: qui cùm Guardianus manere fungere-tur, & feruentissimis orationibus Deum, cotam Augustissimo Eucharisticæ Sacramento, interpellaret; responsum suæ peccationis celitus accepit: Angeli quoque Dei propius tunc oculis uidit. Quo in loco paulo post excessit à uita, illius meminere Goizag. part. 2. sup. in prædictis Conuentibus, qui sunt 28. & 33. prouinc. Tusciæ. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 2. cap. 66. natione erat Burgundus, in Gallia ortus.

**Beati Bernardi ab Auximo, Confessoris.** d) Italus 5. 5. erat natione & ob ingentes præclarasque animi fides, Minister Prouincialis prouinciæ Franciæ Capucinorum electus est, qui & ad ordinem seraphicum recepit B. Angelum à Ioyosa an. 1587. die 4. Septemb. prudentia & charitate in suo regimine enituit: tantæque uirtutis illuxit, ut ad eius sepulchrum cõplura edita sint miracula: cuius corpus, diu post mortem repperit est absque leuione aut corruptione, fragrantissimum redolens odorem. Obiit in Italia, cùm rediret in prouinciam suam Marchiæ. Apud eo Jacobus Brofferius Doctor Theologus cap. 4. uita B. Angelij à Ioyosa: & cap. 15. B. Benedicthi Caseridij.

**Beati Mariæ Mugnozæ, Tertiariæ.** e) Egregius eius uirtutes commemorat Blasius Laguna in ino in memoriali, & Marianus lib. 6. chronic. Italicor. Obseruans. Reformator. cap. 30. annos 30. nata obiit, in Monte S. Mariæ Magdalene Alcazaj an. 1533.

## Q U A R T O C A L E N D A S I V N I I .

**I**N Territorio Tolofano, Beatorum : Stephani & Raymundi, qui Avinione sunt contra hæreticos fidei inquisitores destinati, illic, sub eisdem, glorioso Martyrio occubere. Romæ, B. b Eleæti, Conf. vitæ sanctitate, & miraculis gloriosi. Monaci in Bauaria, B. c Marguardi, Conf. signis & portentis illustris. Hispani in Hispania, B. d Ludouici de Sandoual, Conf. eximie charitatis viri : qui paupertatem, humilitatem, atque castitatem maximè excoluit. Rossani in Calabria, B. e Petri de Padulis, Conf. qui pietate, atque paupertate pollens, diem sui obitus præuidit : cuius anima in specie stellæ præfulgidæ, visa est in cælum conscendere. In Lusitania propè Aluetam Vlyssiponenfis Diæcesis oppidum, B. f Bartholomæi, Conf. qui primus huius loci Guardianus extitit : & mira vitæ austeritate, charitate, aliisque virtutibus insignis, spiritum Deo reddidit. Scalonz in Castella, B. g Franciscæ Pachicæ, virginis : quæ nobilitate generis, & Monastica obseruantia illustris, sanctissimè obdormiuit in Domino.

## M A I I X X I X .

**B**eatorum Steph. & Raymond. \*) Fuit B. Stephanus vitæ magnæ prudentiæ, sanctæque conversationis, primùm D. Benedicti Regulam professus, & electus Abbas cuiusdam monasterij in Territorio Tolofano : sed eû in humilitatis paupertatisque Evangelicæ ardenti de sidereo flagraret, ad Ordinem Seraphicum se contulit. Vnde sanctæ fidei inquisitor. Vñ cum socio B. Raymundo, à Gregorio IX. Pap. factus ab hæreticis trucidat, martyrij palmam fuit consequutus. Eius similitudine collegæ tres Patres Ord. præd. mortem pro Christo obire : alique non pauci, qui omnes pro die occubuerunt, cantantes eû exultatione : *Te Deum laudamus* : sicque interfecti sunt ab ipsis hæreticis in aula comitis Tolofani, prodite eois oppidi præfecto : quos statim Deus pluribus miraculis magnificauit. BB. Step. & Raymundi corpora, Tolosam sunt delata, atque in magni Conuentus Ecclesia fratrum minorum honorificè recondita : vbi eorum martyrium graphicè, pulchreque ac distinctè cernitur exaratum in quadam capella, à oena Evangelij, nominis solum dicata. Constat etenim illos habitu suo spoliatos, ac undatos, plumbo ligatos, ac feruenti pleæ & resina fuisse perfusos ac semivivos : provt conspexi ibid. ann. 1614.

De eis agunt, Marianus l. 1. c. 15. Codex. MS. Abb. S. Viç. Paris. in Fratrum. min. sanctitate illustr. Prouin. Aquitan. B. Bartholomæus Pisanus l. 1. Confor. fruct. 8. part. 1. Ibid. S. Antoninus 3. part. hist. titul. 1. 5. c. 10. 5. 4. & titul. 1. 4. c. 9. 5. 1. Marcus Vlyssip. 1. part. chron. min. l. 1. c. 14. Speculum Fratrum min. & Firmamentum trium Ord. min. tit. 1. in memoriai Ordin. sub Haymooe Gener. 5. Toffianinus l. 1. & 1. hist. Serap. Gonzaga part. 1. Orig. Serap. Rel. vbi de BB. viris humilite Ordin. & part. 3. in Conuena Tolofano, qui est 1. Prouin. Aquitan. Antiquitat. Picquetus in Catalog. viros. illust. Franc. Algeria in arbore Epilogæ totius Ordin. D. Francisc. Wading. tom. 1. Ann. man. ad an. 1122. 5. 38. & 1124. 5. 3. Leander Albertus l. 1. Antonius Seueni, Castilio, Razzius, & c. de Rebus Dominicis agètes. Bosius tom. 1. de signis Eccles. l. 7. c. 3. ad an. 1141. fedulius Comment. an. c. 3. vic. S. Franc. Brouas ad ann. 1241. 5. 5.

Primus repetitur vocatus B. Stephan. de Nerbona : aliet verb. B. Raynaldus seu Vitalis de Raymundi : vel Raymundus Carboneus : sed prætat vltimum sequi. Martyro autem coronati sunt an. 1141. iuxta om-

nium sententiam : quare corrigendus est textus D. Antonini : vbi ann. 1232. mendosè ponitur maximè ex eo, quòd fatetur eorum accidisse tēpote Generalatus Haymonis : qui electus fuit General. Ord. min. ann. 1119. & post quinq. annos ipse obit, nimirum an. 1144. vti suo loco, inferius dicitur, ad 3. Octobr. 5. 2. Quo ad diem Passionis eorum : Martyrologium Benedictinum, & Hugo Merardus l. 1. obseruat, suarum in ipsum Martyrol. referunt ad 15. Martij : sed perperam quippe eum id euenire die 29. Maij in nocte Ascensionis Domini quod expressè tradunt, Speculum Frat. minor. Firmamentum trium Ordinum : Wading. & alij sup. locus deniq. gloriosi martyrij assignatur Tolosæ seu Avinioni : quibus haud assentiamus : constat etenim in partibus Tolofanis apud Avinionetam oppidum, certaminis Braulium inuisse : Tolosæ verò Taphum nactus esse.

An verb. iusta, vel opera, seu assensu Comitis Tolofani martyrium passi sint ? merè dubitandum nonnulli nimis è facili sibi persuadent : quibus breuiter respondebimus, distinguendos esse duos Raymundos, Comites Tolofanos. Primus hæreticorum fauor erat ardentissimus vni satis eòstat, ad Petro à Valle Carmo, in hist. Albigenf. Secundus, prima filius fuit, sed omninò pius & Catholicus : qui sæpè apud sedem Apostolicam instat, tum sub Greg. IX. tum sub Innoc. IV. vt pater defusus, (qui variis excommunicationib. innodatus, ecedens, sepulchra caruit Ecclesiastica, licet penitentia signa monstrauerit) absolutione concessa, loco sacro restitueretur : provt habet Wading. sup. ad an. 1127. 5. 17. & in suo Regesto Pontificis Bulla. 47. sub Innoc. IV. Quare dicendum est, nullum illorum comicum suorum quod molitos esse in nece præfatorum martyrum : cum primus Comes Raymundus decesserit an. 1121. proliquam ipsi passi essent : & secundus, hoc à se eliminat factus, ob insignem eius pietatem : quare ann. 1149. agritudine presso, illi prætib. adfuit Duwardus Albertus 1. 6. Episcopus & Sacramenta Ecclesiastica citè administruit, vti scribit Ioan. Chenis, in Episcop. Albienf.

B. Eleæti, Conf. b.) Vit fuit sanctissimus, ac miraculis quamplurimis insignitus : obit, sepultusque est, in Conuena Avacelliano, Romæ, cuius meminere B. Bartholomæus Pisanus l. 1. Confor. fruct. 8. & 11. part. 1. in Fratrum. min. sanct. illust. Prou. Rom. Codex. MS. Abb. 5. Viç. Paris. ibid. Gonzaga p. 1. Orig. Serap. Relig. in

## PRIDIE CALENDAS IVNII.

**A**rimæ in Iapponio, Passio B. <sup>a</sup> Apollinaris, Commissarij Generalis, qui ob Christi fidem decollatus est, & corpus ex angue in altum mare proiectum In Tulsia, prope Castrum nouum Carfaniani, B. <sup>b</sup> Iacobi Papiensis, Confess. maximæ orationis atque perfectionis viri: qui ab abstinentia, disciplina, cilicio, aliisque poenitentia operibus vacans, in vita & post mortem miraculis coruscavit. Cæsar-Augustæ in Arragonia, B. <sup>c</sup> Ioannis Gomefij, Conf. eximia charitate ac vitæ sanctitate Conspicui. Galdari in Canaria magna, B. <sup>d</sup> Petri de Montibus, Confessoris: qui virtute, Religioneque clarus, sanctissimè vitam obiit. Romæ B. <sup>e</sup> Felicitis à Perulio, virginis: quæ ob ingentes animi sui virtutes, Abbatissa electa: vitam sanctis moribus operibusque exornauit. Orbæ in Sabaudia, B. <sup>f</sup> Philippinæ Chaloniz, virginis: genere, virtutibus, & miraculorum gloria illustris.

## M A II XXXI.

3. 2. **B. Apollinaris, Martyr.** <sup>a</sup>] Dia capitijs Omuræ detentus est: sed B. Petro ab Ascensione, capitijs detractione, in caelos euolante: & ipse eodem mortis genere, paulo post, ann. 1617. cælestia petiit, teste Mairano l. 4. chton. strictior. obseru. Reform. c. 27. Solerio tom. 2. hist. Eccl. Iappon. l. 17. c. 18. §. 149. Rapinor, histor. gener. Recolletor. Decad. 11. part. 2. in fin.
B. *Antonij Neri*, Conf. 3] Patria Arretinum erat: floruit an. 1525. Qui prius Conuentalis, atque sacre Theologice magister exiit, publicè parisi, Petrum Lombardum, iocentiarum magistrum disertè, luculentissimèque exposuit: & Opuscula quædam, proprio Marte elaborata, super eundem edidit. Is enim prioribus patribus



tibus relicto, atque Observantiae mancipatus: apud  
Conuentum S. Ioannis Aretij, qui est ꝑ. Prou. Tulciae  
spiritum exhalauit, non oblique sanctitatis opinione:  
provertentiarum Gonzaga ibid. part. 2. sup. & Barezus  
part. 4. chronic. minor. lib. 1. cap. 52. ad an. 1546.

Willotus Athenarum Orthod. Francif. littera A.  
3. *B. Michaelina, vrida. c.* Pisauri, nobili genere *de-*  
*sellorum*, Patre Antonio Pardi, progenita, vno illustri  
ex *Malatestij*, copulatur coniugio: & filium vnicum  
enita Pardinum, Maritum perdidit anno gratiae vige-  
simo: ac paulo post prope etiam se orbatum vidit. Qua-  
re facultatibus in pauperes erogatis, habituque Tertij  
Ordinis S. Francisci susceperit, vitam duxit planè con-  
lectem. Nam charitatis operibus, & egenorum obse-  
quis addicta, Christi colloquio est ponit: quo validius  
excitata, maiori conatu, Diuini se deuotit actibus.  
Vtque in lascentie aetate corpus seruaret libratum,  
ferro cilicioque praecincta, cathenis ferreis carne edo-  
mabat, humi, vel nuda in tabula cubabat: orationi flexis  
genibus tanta assidue vacabat, vt ex vulnerato popli-  
te vermes scaturirene: cibas & potus, vt plurimum  
panis & aqua. Porro, à conuersionis primordiis, Chris-  
to crucifixo vehemèter compassa, & amoris eius igni-  
bus exarsescens, locum, in quo suus amor fuit crucifixus,  
deceat inuisere. Artis promèdè maturior, nacta  
opportunitatem nauigiij, & honesti comitatus, transfre-  
trauit Ierofolymam: vbi loca omnia sacris Christi vo-  
luntis, aut sanctorum memoris consecrata, deuotè per-  
lustrauit.

6. 4. Virtutibus & pietate illustrem amplius miraculorum  
gloria Dominus illustrare conatus, cursu tandem si-  
deliter consummato, pilsque laboribus confecta, mi-

grauit ad Christi, an. 1556. gratias suas, 56. die decimo-  
nono Iunii, in ipsa solemnitate Pentecostes: corpus eius  
magna cum deuotione delatum, sepultum est in Eccle-  
sia Conuentus S. Franc. Pisauriensis, concurrente vni-  
uerso populo & vrbis magistratu. Multis statim post  
mortem clarere coepit miraculis, quae ex testium depo-  
sitione suis actis ex ceperunt Cecculus: & Bernabuc-  
cius, Pisauriensis Notarij. Scripserunt eius vitam Ano-  
nymus Cozurus: Marius Florentinus, in Append. l. 2.  
Latino sermone: Italico typis Atiminesibus an. 1585.  
eisdie Toffinianus: Hispano Marcus Vlyssip. part. 2.  
sup. l. 9. c. 17. Eandem Pisauri editam, & in tabulis Pi-  
sauriensibus se se legisse, eamque Ecclesiastico coli  
officio Testatur Philippus Ferrarius, in Catal. sanctor.  
Agunt de ea Pisanus sup. l. 1. fru. d. 8. part. 4. De Silis  
in cap. 1. Regul. Tertij Ordinis. Gonzaga part. 1. sup. in  
BB. Form. 1. & 3. Ordini. Francif. Valerianus, ibid. l. 5.  
qui tamen hallucinatur, dùm eâ obisse scribit, 11. Maij  
sic & Ferrarius, sup. ad vndecimum Calend. Iulias an.  
1290. in noua Theographia ad Martyrol. Rom. itaque  
Toffinianus sup. asserens obisse die 18. Iunii, in  
Dottin. S. Trinet. hos etiam liquèdè aetate conflux in  
Chronologica ratione, cum ex praefatis, tum ex Wad-  
dinghot om. 4. sup. ad an. 1556. §. 23. 24. & seq. item  
an. 1599. §. 35.

7. *B. Laura Felices de Saultis, virg. d.* Haec omni ge-  
nere virtutum praedita, floruit apud monasterium de  
Iesu Mediolani, quod est 2. Prou. Mediol. quae carnis  
erga sultu soluta, an. 1585. ad astra migravit: ibique so-  
pulta est. Ita Gonzaga ibid. part. 2. sup. & Barezus  
top. lib. 8. cap. 74.

## DVODECIMO CALENDAS IVLII.

**P**atauij, Octaua S. Antonij Lusitani, Confessoris. Brixiz, Beati Francisci  
Ab Aragonsi, Confessoris: magnae sanctitatis viri. Carthagine, in Costaricana  
Indiz Occiduae Regione, Beati Alphonsi Betanços, Confessoris: qui primus illic  
verbum Dei Euangelizans, quàm plurima Indorum millia conuertit ad Christum:  
& clarus meritis, ad praemia caelestia migravit. In monasterio de Monticulo, apud  
Florentiam, Beatae Helciae de Puccio, Virginis: Doctrina, sanctitate, & spiritu  
Prophético admodum illustris.

## IVNII XX.

8. 1. **O**ctava S. Antonij. \*] Hic dies festiudè colitur per  
totum ordinem Seraphicum: vt patet ex Breuita-  
tio Festrum min. sed Patauij percipièdè solemnitas agi-  
tur, ob liberationem ciuitatis hac die caelitus datam an.  
Christi 1556. tempore Alexandri Pap. IV. mentis &  
intercessione S. Antonij. Nam Guardiano Conuentus  
Paduani Patris scilicet Barthol. *Gerradino*, oranti pro ea  
Ciuitate, & pernoctanti in Ecclesia, die festi S. Antonij  
ausiliu de caelo promissum est. Auidius enim vocem  
veluti de sepulchro praefati S. Clare resonantem. *Frater*  
*Bartholomeus de Acheronides: facie aduersariorum, sed con-*  
*solare in Domino, etque gratias age: quia die octaua festiui-*  
*tatis meae haec ciuitas pristina restituetur libertati: quod*  
*ita essent. Nam Anselm. Gubernator vrbis, nepos Ecclie-*  
*stici Tyranni, cuius vices gerebat, diuinitus perterritus*  
*egressus est, & cum suis aufugans: procius Philip-*  
*pus Fontanus, Rauenne Archiepiscopus S. R. E. Legatus*  
*Apostolicus, ciuitatem intravit, & cuncta pacificauit,*  
*quare ex eo tempore ciues Patauii, in huius singularis*  
*beneficij memoriam, hunc octauam diè summa cele-*

britate coluerunt: sanctorum Antonij aduocatum vrbis  
Paduanae praecipuum, acclamarunt: cui & manus altare  
Cathedralis Ecclesiae consecratur, intra illud sacras  
eius Reliquias deposuerunt. Haec ex S. Anton. 3. part.  
hystor. tit. 24. c. 3. §. 6. Marco Vlyssip. 1. part. chron. mi-  
nor. l. 5. cap. 1. Toffiniano lib. 1. hystor. Seraph. in eo.  
Waddingho tom. 2. Annal. min. ad an. 1263. §. 8. & 14.  
pennitenibus, & confessis, visitantibus Ecclesiam  
Tertium minor, in festiuitate S. Antonij & per octo dies  
continuos conceduntur 40. dies indulgentiarum ab Alex.  
4. incipit. *Cum ad praeroganda*, sub Datum Anagnis 5.  
Calend. Aug. Pont. an. 1. Waddinghustom. 2. an. 1255.  
§. 35. eas multum auxerunt alij summi Pontif. Vnde  
compendium privilegior. fratrum min.

9. 2. *B. Francis Ab Aragonsi, Confess. b.* Nouus Conuentus,  
(vetere an. 1517. diruto, soloque reuato, annuente  
Leone X. summo Pontifice, ob ingruentia bella, eo  
quod extra moenia vrbis Brixiz foret) pro fratribus mi-  
noribus sub nomine S. Iosephi, intra eisdem ciuitatis  
Brixianae muros summa diligentia constructus

an. 1519. 4. Orobis dedicatus est. Corpora verò sacra que in priori recondita erant Conuentu, in hunc oortum ex eiusdem summi Pont. mandato, translata sunt atque B. Pat. Francisc. hic, parietem primi sacelli, quod extra claustrum ostium ad dexteram occurrit, pro sepultura honorificè adeptus est. Illius meminerunt Gonzaga 2. part. Orig. Seraph. Relig. in eo Conuentu, qui est i. Prouinc. Brixiæ. Barezuz 4. part. chron. minor. lib. 2. cap. 50.

5. 3. *B. Alphonsi Betancos, Confess.* Primus fuit, qui Catholicam fidem Costanzæ Indis annuntiavit, prædiciturque primus quoque Prouinc. S. Georgij de Nicaragua, fundator extitit: plurium linguarum, præsertim verò Indicarum gnarus: qui molestias sibi atque vexationes iniustè illatas ad tempus declinaturus, Guatemalica ex custodia, cuius alumnus erat, ad has partes, circa annum à partu virginio, 1550. traiecit: vbi ad hærentibus sibi aliis duobus Frætericanis, qui cum quodam licentiatio, cognomine Casallon, ex Hispania eò se contulerant: tot Indos à Christi fidem conuertit, totque veterinos fructus, tum opere, tum quoque sermone. Dominicum in hocrem inuolit, vt incredibile sit assatum. Præterea, tanta humilitate, tantaque humanitate præditus extitit, vt omnes in sui amorem, sui que desiderium caperet. Nihil etiam eo modestus, nihil contentus, nihilque melius fuit: vnde, nec mirum, quod tot, taleque progressus istis in partibus fecerit, totque hominum millia suam Saluatoris Christi iugo submisserit. Obiit denique magna cum pietate & san-

ctitate, sub ann. 1566. non longè ab Indorum oppido, cui *Chomez* Indicè nomen est: illiusque ossa in eisdem oppidi Ecclesia à fidelibus oppidanis honestissimè tumulata fuisse. Vnde postmodum exhumata, atque Cathaginem (quæ celebri Costanzæ Prou. ciuitas est) translata, in maiori Conuentu S. Francisci, sibi vbi sit, sacellum illata sunt: vbi tum ab Hispanis, tum quoque ab Indis, in maxima veneratione habentur. Arguit de eo Gonzaga part. 4. sup. in prefata Prou. S. Georgij, & prædicto Conuentu, qui est i. huiusque Prou. Barezuz sup. l. 4. c. 13. Rapinuz io hist. General. Orig. Recollet. Decad. 5. part. 1. §. 12. Wadinghus sup. an. 1289. §. 41. Marianus l. 2. c. 49. chron. Reform. Grauna in *uict. Turris*, part. 2. cap. 24. Daz 4. part. chron. min. lib. 2. cap. 53.

5. 4. *B. Helena à Paccio, uirg. d* Claruit hæc Religiosissima virgo apud monasterium de *Monticello*, propè Florentiam: vbi sanctimoniali vitam ducens, & metuis cummulata quamplurimis: feliciter obdormiuit in Domino, an. 1520. ibique apud Florentiam sepulta iacet. De ea scribit Marcus Vlyssip. 2. part. chron. min. l. 7. c. 34. Toffianus sup. in ea quam *Heliam Pulciani* nominat. Translata omnibus sanctimonialibus ex monasterio ad aliud nouum Florentiæ extructum an. 1561. (vti superius, ad 27. Februar. §. 5. annotauimus) veteris nomen haud amisit dictumque est monasterium *Monticelli*, non iam, propè, sed apud Florentiam. Vide Wadingh. an. 1261. §. 7. tom. 2. sup. & ad an. 1264. §. 5. item tom 3. an. 1320. §. 2. 3. 4. ex Mariano. lib. 4. c. 5.

## VNDECIMO CALENDAS IVLII.

**I**N Picæno, Beati Raymundi Confessoris: paupertate, zelo Obseruantie Regulæ, & vitæ sanctitate insignis. Basileæ in Heluetia, Beati Iacobi à Porta, Confessoris: miraculis clari. Aquilæ in Vestinis, Beati Matheia Leonissa, Confessoris: cuius merita gloria miraculorum exornat. Hispali in Hispania, Beate Leonore Gufmaniæ Virginis: generis nobilitate & virtutibus illustris: quæ Abbatissa electa, in maxima humilitate, paupertate, oratione atque penitentia, vitam duxit admirandam. Villæ-Comiti, in Territorio Braccarenfi, Beate Catharinæ Vaaz, Virginis: cuius vita, moresque omninò fuisse mirabiles Palmæ, in Territorio Cordubensi, Beate Mariæ à Porto-Carriero, virginis: quæ illustrissima exorta profapia, sanctitatis & virtutis singulare exemplar cæteris de se præbuit.

## I V N I I X X I .

5. 1. *B. Beati Raymundi, Confess.* a) Magister fuit B. Franciscus à *Fabrano*: vitæ eximia vitæ sanctitate præditus: sui que instituti, & altissimæ pauperant zelantissimus: propè quod carcerem, & alia grauius passus est an. 1288. ab his qui relaxationi in Ord. minor. fauebant. At B. Raymundus *Gaufredus*, natione Gallus, factus minister Generalis totius Religionis Seraphicæ, in Picæno nium proficiscens: ipsum B. Patrem Raymundum cum focus, magno cum honore inde eduxit, ex sententia Diffinitorum, cognita illius Innocentia an. 1280. Quo tempore, ad instantiam Regis Armeniæ, illum cum 5. alios sanctus fratribus ablegauit idem Generalis in Regnum eius: ad educendum populum in fide Catholica, magna operatus est, cum ingenti animarum fructu. Arguit de eo Marcus Vlyssip. 2. part. chron. min. lib. 5. c. 12. §. 1. & c. 18. §. 1. & c. 24. stem lib. 7. c. 1. §. 2. Wadinghus tom. 2. Annal. minor. ad an. 1275. §. 2. & 1289. §. 24. 1290. §. 10.

*B. Iacobi à Porta, Confess.* b) Claruit in Heluetia, virtute miraculorum insignis: quæ Deus ad eius inuocationem edidit: obiit in Conuentu Basiliensi, Prouinc. Argentinenfis: ibique sepultus est. Huius meminit Barezuz 4. part. chron. min. lib. 1. cap. 66. ad an. 1526.

*B. Matheia, Confess.* c) Ex Tertiano, sit Capucinus, an. 1559. sanctissimeque obiit an. 1553. cuius præclaras virtutes & miracula recenset, Bouterius tom. 3. Annal. Capucinor. ad an. 1553. §. 19. & c. Solodienfi, Petracio, & Monteblo.

5. 2. *B. Leonora Gufmaniæ, uirg. d* Inter cæteras sanctissimæ vitæ Moniales, quæ in monasterio S. Claræ Hispali, virtutibus atque Religione floruerunt, longè emicuit hæc B. Leonora Gufmania, ex Ducum Methymæ Saroniæ familia originem trahens. Quæ sicut sanguinis claritate replenduit, ita quoque vitæ sanctimonialis atque nitore virtutum claruit. Cum enim obierit viroque parente orbata, tæporalibus diuitiis afflu-

ret, ac sub alicuius cuiusdam tutela diligentissimè cõstituta, & vix 21. suæ ætatis annis attingens, ab eo maximè sollicitatur, vt temporali sponso iuberet, oquam eam in sententiam adduci potuit. Atque siquidem se Christo cõlesti sponso à pluribus diebus non nisi, nec posse citra eius iniuriam, alteri dõponari. Cùmque tãtoret ad temporales nuptias cogi, actum quoddam religionem ingressa est. Fuixit enim se maximo inuolensæ materæ (quæ tunc Consuetus S. Agnès apud Hispaliem agebat Abbatissam) desiderio tenens: qua propter ad illam ducta, dùm quãdam abbas Moniales in monasterij porta alioqui simulat, loci penetralia leui pede protinus petiit, à quibus nullo pacto excludi potuit. Minutibus verò præfato loco nunam omnibus eius, cum sanguineis, si quoque, a sibus, ex Catholicoeum Hispaniæ Regum Ferdinandus, et Elisabethæ mandato, ad S. Claræ monasterium, vt coram Hispalensi Archiepiscopo, atque Regio ciuitatis gubernatore mentis suæ proposito liberis aperiret, translata est. Quæ tamen in sententiam persisterens liberè coram toto illo nobilissimo concilio facta est, se inde nullo pacto nisi in fructu diuulsiõis: insuper & addidit, vt se Christo sui sponsi dulcissima alioquin se non sine. Ab eo igitur tempore tota illa necessarium, atque sanguine communitõrum tempelitas cessauit.

9. 5. Ingressa est itaque nobilissima hæc soror Leonora Gulismania Religionem, cum an. ageret duodecimam atque meæ per tetraginta & nonum annos, in maxima paupertate, profundissima humilitate, incredibili patientia, atque constanti oratione, per 28. annos sub-

dit, sed per 41. Abbatissam, licet iuua, perseverante: ab anno scilicet 1570. vique ad an. 1579. quod obit. Cuius corpus, cùm 13. continuis mensibus, in quodam subter-raneo sepulchro, humido. atque corruptendis corporibus apertissimo perseverasset, nihilominus inopere omnino, & incorruptum inuentum est. Quod miraculo omnibus tributum est. Ea de causâ ad nobilissimam Mausolæum, sibus in choro à Monialibus eadem, honorificè translatum est: vbi magna fidelium veneratione colitur. Scribitur de ea Gonzaga part. 3. sup. in prædicto monasterio S. Claræ Hispalis, quod est 1. Proviuc. Baricæ, & Barezus sup. lib. 7. cap. 29. Wadinghus tom. 2. sup. ann. 1293. §. 9.

E. Catharina & auz, Virg. e] Florebat an. 1565. apud 6: monasterium S. Claræ Villæ-Comitis, quod est 14. Prouinciæ Portugalliar: vbi maxima cum sanctissimâ in Domino obdormiuit. Illius meminit Gonzaga libid. part. 1. sup. & Barezus sup. lib. 4. cap. 40. ad ann. 1565. Wading. tom. 3. an. 1518. §. 46. Valerius de SS. Facin. Otdin. min. lib. 4. cap. 41.

E. Maria, virg. f] Soror est Comitissæ illustrissimi Palmensis, & de Porro-Carrero, Religiosa autem exitit admodum humilis, & pœnitentiæ exercitiis dedit: Discipulis sic aspersis corpus suum flagellabat, vt eade sanguis decurrens, terram rubricaret, fuit etiam orationis eximia, in qua multas reuelationes, magnasque cõsolationes carissis sibus inuasis, cautè custodiebat, iacet in monasterio Palmensi, quod est 14. Prou. Angel. Daça teste 4. part. chronic. minor. lib. 3. cap. 77. ad ann. 1575.

## DECIMO CALENDAS IVLII.

**A** pud Marchiam Anconitanam, Beati Philippi, Confessoris: Concionatoris eximij: qui virtutibus & perfectione extitit admirandus. In Vmbria. prope Castellum Lunianum, Beati Raphaelis Nursini, Confessoris: singulari sanctitate, & Prophetiæ dono conspicui. Cassanæ in Territorio Vlyssiponensis, Beatorum Didaci, Peregrini, & Francisci de Taluera Regina, Confessorum. Cambriaci in Sabaudia, Beati Ioannis à Mauritania, Confessoris: qui Guardianatus officium, apud Lugdunenses, diu summa cum laude exercens, maximis virtutibus refulsit & viuus ac mortuus gratia curarionum emicat. Messanæ in Sicilia, Beati Seraphini à Franco-furte, Confessoris: qui oratione, & pœnitentiæ exercitiis clarus, signis quoque admirandis coruscant.

## IVNII XXI.

9. 1. **B**eati Philippi, Confessoris. \* Vnus fuit ex primis sanctis à S. Francisco in Marchiam amandatis: Egregius Concionator, & virtute præclarus: ad quem venit B. Ioannes de Prædicatione, cupiens ordinem minor intrare: immò potius Diuinitus missus est ad Ecclesiam, S. Stephani eiusd. oppidi, vt audiens B. Philippum Concionantem, viam Dei ab eo disceret, quod & statim optere compleuit: pro vt testatur Marcus Vlyssip. part. 2. chron. l. 3. c. 24. §. 1. ad an. 1172. & ante eum B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conform. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. min. sancti. illustr. Prou. Marchiæ. Ille autem (adde ipsè) qui prædicare debet vocabatur, P. Philippus, qui erat de primis Fratrum, qui venerunt in Prouinciã Marchiã de Anconæ: qui fortassis quibusdam diebus in maiore spicantia verbis, sed in vniuersis scriptis sancti annuere aut verbum Dei, sua prædicatior, dictus Ioannes fuit ad prædicationem fratrem Philippum dicens: quod si placet ei, opus nam percipit ad ordinem, & quod dicitur vollet peruen-

tiam facere, & Dominus Iesu Christo seruire. Ille vero cum esset sanctus homo, & illuminatus à Deo, videns in dicto puero mirabilem innocentiam, & aptitudinem voluntatis, dixit ad eum: venies ad me talis die, in ciuitatem Racheantii, & ego faciam te recipi, &c. obituit etiam postea hereticam à superioribus vt ipse B. Ioannes pergeret in Galliam, ad commorandum in Phocensis Prouin. Wading. tom. 1. Ann. min. ad an. 1271. §. 8. & 9. forsitan hic est qui in Castro. Muri apud Picenum obit. cuius moxime Toslinian. lib. 1. hilt. Seraph.

E. Raphaelis Nursini, Conf. f. b] B. Patris Ambrosij 5. 2. Mediolanensis olim discipulus extitit: qui ob eius singulares virtutes, atque eximiam sanctitatem, spiritu Prophetico dotatus fuit: quo & vniuersas diem, & plarimã alia, quæ insalubriter euenierunt, multò antea prædixit. Claruit ann. 1540. Agunt de eo Gonzaga part. 2. Ong. Serap. Rel. in Conu. S. Francisci, prope Castellum Lunianum, qui est 34. Prou. S. Francisci eius obit

ac sepulchris est prefatus B. Raphael, & Barezus part. 4. chron. minor. lib. 3. cap. 23.

6. 3. *B. Didaci* *foe. Conf. e*] Multa referuntur de eis in monumentis MS. Provinciae S. Antonij Pottug. ubi de *Comu. 2.* Callanex, vulgò *Callanbera*; ex quibus *Waddingh. tom. 4. sup. ad an. 1392. §. 11. ibidem* (inquit) *habetur duo pij viri F. Didaci peregrini, qui ex aula Imperatricis, & Portus allei Infantis, Maria, ad religionem transiit, ubique sanctissimi: & F. Francisci de Talamera Regini a:* de quibus suo tempore factum recitatur.

6. 4. *B. Iacobi à Mauritanis, Conf. e*] Sabaudus fuit natione ex Mauritania vulgò *Maurenne* oriundus: Religionem Seraphicam amplexus est, apud Patres Capucinos, & pluribus annis Guardianatus officio preclarè functus in Convento Lugdunensi, vitam dunt admirandam: totaque portentis reſertam quot actiones produxit. Vi-

tens quamplures egrotos diuſis, viſque incurabilibus morbis malè affectos mirabiliter ſanſiſe, & mortuus eadè confert beneficia: quin & illius ſudariola, & quidquid corpus eius tetigerit, eandem viem medendi compertum habetur. Obiit, ſepulchriſque eſt Cambertaci: vbi ſacrum huiusmodi corpus abhinc 35. annis incorruptum integrumque aſſeruitur. Scribit de eo R. P. Ioannes Baptiſta à Petuſio, in prologo ad vitam. B. Felicia à S. Gaſtalia, Capucini.

*F. Seraphini, Conf. e*] In oratione & contemplatione aſſiduos, in penitentiâ autem rigidiffimus erat: cinctus quippe catenis & cilicio indutus, in proloquio ad vitam. B. Felicia à S. Gaſtalia, Capucini. §. 3.

## NONO CALENDAS IULII.

**I**n Gallia Narbonenſi, Beati Guidonis Mirapicenſis, Confessoris: zelo Regularis Oſeruantia, & vitæ ſanctitate celebris. In Caſtro Nuntia, apud Corſicum inſulam, Beati Mariani Brandij, Confessoris: potentia aduerſus Dæmones in ſignis. In monte Moncatio propè Alconcelium Hiſpaniæ oppidum, Beati Didaci Villanouani, Confessoris: vita exemplari, ac virtutibus ingentibus conſpici. Madriti, in Territorio Toletano, Beati Petri à S. Maria, Confessoris: humilitate, ſilentio, & oratione admodum eminentis. In Territorio Palentino, circa Tordeſillarum Pagum, Beate & Mariæ à Queto Virginis: quæ admiranda Religione, ac pietate clara: ſancto fine quieuit.

## IVNII XXIII.

6. 1. *B. Eati Guidonis, Mirapicenſis, Confess. e*] Hunc cum aliis ſanctæ vitæ Patribus Clemens V. Papa ad ſe vocauit: vt eorum conſilio ordinem Seraphicum reformata, Regularumque fratrum minorum ſua expoſitione declararet, & cuncta pro bono regimine redintegraret. Vide Marcuſi Vlyſſiponenſ. part. 2. chron. minor. lib. 7. cap. 18. §. 1. *Waddingh. tom. 3. Ann. minor. ad ann. 1310. §. 3. & 5.*

6. 2. *B. Maria à Brandis, Confess. e*] Floruit hic ann. 1525. apud Conuentum S. Franciſci Nuntiz, qui eſt 7. Province Corſicæ: vbi ſanctiſſimè obiit ac ſepulchris eſt. De quo hic Gonzaga part. 2. Orig. Serap. Relig. in preſato Conuento ſcribit. *Ex hoc monaſterio ad ſtra migravit, B. F. Mariam à Brandis Laicam: in cuius ſanctitatis teſtimonium, & cuius corpus poſt elapſum à morte biennium, ex antiquo ſepulchro exhumatum, incorruptum omnino apparuit, & Deo Optimo Max. plura miracula, præcipue verè dignoſcenci, beneficia præſtare dignatus eſt, eadè reſert. Barezus part. 4. chron. min. l. 1. cap. 47. ad an. 1526.*

6. 3. *B. Didaci Villanouani, Conf. e*] Profeſſione Laicus erat vitæ Religioſiſſimus, vitæ exemplari clarus: vixit circa an. 1545. Exceſſit è viuſ in Conuento S. Mariæ de Luce Moncatij, qui eſt 1. Prou. S. Gabrieli: cuius corpus in eius Eccleſia ſepulchrum & ab omnibus tum ſecularibus tum quoque religioſis, maxima in veneratione habitum. Scribit Gonzaga ibid. p. 1. ſup. & Barezus ſup. l. 1. cap. 4. §. Rapunzus in hñl. Gener. Orig. Recoll. Decad. 8. part. 1. §. 8.

6. 4. *B. Petri, Conf. e*] Doctus erat, concionatorque eruditus dogens adhuc in ſeculo. Factus frater minor. humilitati omnino ſtuduit, & vitæ perfectioni, ita vt breui vitæ,

tatum plenus, ac totus ſpiritalis euaderet. Ea propterea magiſter Nouitorum electus, tantempore hinc oneri incubuit, vt quamplurimum optimorum Religioſorum pater extiraret. Onum ſummè exhorreat, ſilentij, & orationis amariffimus erat: nam poſt matutinas decantatas, in choro, cæteris extantibus, remanebat, flexis geribus coram Domino, in oratione viſque manè. Omnis ieiunius in pane & aqua ſeruabat, de cætero, in cibo & potu abſtinentiſſimus. Pauſerunt, & obediſſimam admodum excolebat. Tandem Beate vitæ finem forticus, ſanctè diem exoluit vltimum in Conuento S. Bernardus, Madriti, qui eſt 8. Prou. S. Iofepi. Florebant circa ann. 1570. Vide Daſani part. 1. chronic. euaſ. Provinc. lib. 2. cap. 20.

*F. Maria à Queta, virg. e*] Religione & ſingulari ſanctitate claruit: quæ cùm intermiſſimè circa amariffimam Chriſti Paſſionem, cuiuſque valorem coram Crucifixo per aliquantulum temporis ſpatiùm meditata fuiſſet: ac poſtea odium in copioſiſſimas lachrymas, quod plurimum tanta ſibi oblata gratia abuerterunt, prorupiſſet, vocem quandam ſibi dicentem adiuuit: menſa quidem parata, atque pecunia in prompto eſt: qui igitur colligere voluerit, colligat, quæ ſicut ſanctè vixit, ita feliciter obdormiuit in Domino apud S. Claræ Todeſyllarum monaſterium, quod eſt 1. Prou. Conceptionis in Hiſpania. Illius memoraunt Gonzaga ibid. part. 3. ſop. & Barezus ſup. lib. 4. cap. 43. ad an. Chriſti 1565, quo ipſa vixit. Vvaddingh. tom. 4. ſup. ad an. 1565. §. 12. Valerianus, de BB. Formin. Ordin. minor. lib. 4. cap. 42.

**A** pud civitatem Armalech, in Tartaria: passio Beatorum a septem Fratrum Martyrum: Richardi, illius vrbis Episcopi: Francisci, Paschalis, Raymundi, Presbyterorum: Laurentij, Petri, & Ioannis, Laicorum: qui sub Alifolda Tartarorum Imperatore, à Saracenis, vinculis alligati, & pugnis, alapis, ac sputis, lacessiti: deinde gladium puncturis, & incisionibus nasi, auricularum, aliorumque membrorum vexati: ad vltimum pro Christo trucidati, Martyrij palmam sunt adepti. Sluxe in Flandria, Beati b Ioannis Pënnemanni, Martyris: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam, iugulatur. Molucis, Beati c Antonij à sancta Anna, Martyris: qui ob Christum à sceminis barbaris gladiis sensim est transferebatur. Vrbini in Picceno, Beati d Petri Hispani, Confessoris: Tertiarij: eximie sanctitatis viri. Neapoli Beati e Ioannis Illyrici, Confessoris. Aquilæ in Vestinis, Beate f Bonaurentæ de Antreodocho, Virginis: quæ orationibus, vigiliis, & ieiuniis iugiter intenta, miraculis etiam coruscavit. Antiquæ-Mellaræ in territorio Cordubensi, Beate g Franciscæ à Cruce, Virginis, quæ Abbatissa effecta, charitate, pietate, & iugi passionis Dominicæ memoria insigniter exornata.

IVNII XXIV.

§. 1. **B**eatorum septem Fratrum Martyrum. a ] Horum gloriosum triumphum describit B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. confortatus. fruct. 8. part. 2. vbi de Victoria Catali, siue Tartarij; ius verbus. In civitate Armalech, quæ est in medio Tartaria Imperio, anno Domini 1340. passus sum pro fide Fratres Minores, scilicet Fratres Richardus Episcopus Armalech, Frater Franciscus de Alexandria, F. Paschalis de Hispania, & F. Raymundus de Præmencia; hi omnes Sacerdotes; F. Laurentinus de Alexandria, & F. Petrus de Præmencia Laici: & Magister Ioannes Niger corpore, de Indis, de tertio Ordine B. Franciscæ, conuersus ad fidem per Fratres nostros. Hi omnes dimissi sunt in dicto Imperio ab Imperatore, qui tunc erat, (quem F. Franciscus de Alexandria à caeteris liberaverat, oratione patris quomodo medicaverit ista de causa Imperator Fratrem istum, suum vocabat Patrem, & medicum) optime tractatus: ut patet de his testis, & presulatus, & auctoritate prædicandi; ac filio suo ipse Fratris data (ut ab eisdem baptisaret, qui septem annis tunc erat) vocato Ioanne: Deo permittente, ipse Imperator dum iacet venatum interit vnicuique; & filij eius quatuor occisi sunt. Cuius Imperium sumptis quidam postmodum Falcheyus Sarracenus de sanguine Imperiali, nomine Alifolda. Et quia Fratres prædicatione sua, multos convertere ad fidem, mandavit hic Imperator, ut trino præcepto subacti, omnes Christiani Saracenis esserentur; & qui non obiderent, occiderentur. Propter quod, cum Fratres prædixissent, suo mandato parere non licent, legatis manibus ante, & omnes ad unum funem: à populis furentibus, percrustionibus, iugis, gladiis, & puncturis, interfectionibus: nasi, auricularum, & aliorum membrorum, demum gladiis trucidati, sollicitè migraverunt ad Dominum. De his autem Imperator post medicum tempus interfectus est, & domus eius igne combusta, passus sunt autem prædicti Fratres, anno præfato, circa festum B. Iohannis Baptistæ, tempore Generalium Fratris Gerardi Odovici. Idem videtur fruct. 11. part. 2. ibid. T. Olfianus lib. 1. hitor. fetsaphic. Ignatius le Ganit de sanctitate Roman. Eccles. cap. 2. sect. 2. Wadingthus tom. 3. ann. 1341. §. 7.

§. 2. Præfata quidem alij confirmant: sed quo ad enumer-

atos Fratres discrepant. Sic enim habet Firmamentum eum ordinem tract. 1. in memoriali ord. sub 19. Generali Ministri minor. Frat. Anno 1341. in Armalech, F. Franciscus de Alexandria, F. Richardus de Præmencia, Episcopus, F. Raymundus Rosi Præmencialis, F. Paschalis Hispanus de Præmencia: F. Laurentinus de Alexandria, & F. Petrus Macelli de Præmencia Præmencialis, Laici Martyres. Eadem refert Speculum FF. minor. ibidem vbi duo additenda sunt: primum quod B. Richardus Episcopus, postpositus: qui tamen debet ipse B. Franciscus prepositus. Secundum: quod B. Ioannes Tertiarus (quem de Silas in cap. 1. regul. tertij ordin. perperam est Athuopia oriundum facit (malè onatur. Marcus Vlyssiponens. 2. part. chronic. minor. lib. 8. cap. 45. ad an. 1342. & Thomas Bosius de signis Eccles. Dei, tom. 1. lib. 7. cap. 3. ad an. 1341. non solum eodem errore laborant: sed & ipsum B. Richardum tacent fuisse Episcopum: cum tamen id facti, patenterque constat, tom ex Pisano, sup. duobus in locis: tem & alio in loco, videlicet fruct. 8. part. 4. sub finem. Vbi recapitulatione facta Episcoporum præcipuorum ex ord. minor. ait: In ordine Pontificum multi habentur sancti Fratres: ut patet de sancto Ludovico Episcopo Tolosano, & de sancto Fratre Richardo, Episcopo Armalech; & sic de aliis, quod idem alij attestant. Vnalsis de Algeria, in Alore Episcopus totius ordinis seraphic. D. Franciscæ. T. Olfianus sup. Plat. lib. 2. de bono status relig. cap. 30. Piquetus in catalog. viros. illust. Francicam. Wadingthus sup. post Marianum lib. 4. cap. 11.

§. 3. **B.** Ioannis, Martyr. b ] Cum per annos singulos, hæreticum in Belgio tabes incurseret nec in persequendis Dei Ministri Heresiarum furor conceperit, ne vel tantillum sese remitteret, sed in dies magis magnæque accederent: Slux Guardiani munere fungebatur Ioannes, (seu, ut alij volunt, Franciscus) Præmencianus, Gandavo oriundus, vir magne in primis doctrinæ, ac nihilominus singularis animi de castissimis, parique firmi prædicit. Hic cum ad Pagum S. Laurentii factus verbi Dei pro more concionatus us proficere, atque in iplo itinere pius preces recitaret, in hæreticorum

furious manus incidens, ab insidem statim moleis verberibus confectus, in terram deicitur, ac eorum vnius sectari iugulum ipsi horrendum in modum amputavit: corpus verò in propinquam fossam præcipitavit: in qua transper iacuit in harnatum, donec re, per pueros omnium custodes detecta, magna cum Catholicorum confirmatione, in præfixi pagi Templo sepultum est. Scribunt de eo Gonzaga part. 1. origin. seraphic. reliq. vbi de factis martyribus ordinis minorum suo xuo, ob Christi fidem passis, in provincia Flandrix. item part. 3. in prædicta provincia sub fin. ann. 1575. Boucherius in sua Franciscanorum historia. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 7. cap. 19. Daça ibidem lib. 3. cap. 72. Hilariom à Costa lib. 3. histor. catholie. pag. 366. Piquetius in catalog. martyrum Franciscanorum. Bofius tom. 1. de signis Eccles. lib. 11. cap. 21. Raiffa in Auctario ad natales sanctorum Belgij, hæc dicit, ac relatione Egidij à Morino. Galterius in Tabula chronolog. sæculi 17. in Appendice.

3. *Beati Antonij à Sancta Anna, Martyr. c.* Oriundus erat ex Castro Garoblij Diocesis Laurionis, in Hispania, qui cum professus Laicus esset inter Patres Discalceatos, locus exitit Beati Sebastiani à Sancto Iosepho. martyrio clari, ( de quo supra ad 18. Iunij ) & in passione collega. Nam cum adhuc iuuenili ætate floretet, servatus est à Barbaris, vt castitas eius proflicuaretur nonnullis feminis ac puellis: quas omnes intrepido animo contempsit. Vnde in furorem verberè, macheris, sagis, cultellis, pugionibusque accendit, et religiosum nudum (quem ipsorum vestibus insisterant) irruentes, corpus eius membratim; sed lentis ictibus, discederat: morientè caput etiam abscinditur, corpus verò in aquas depreciam, mergi non potuit: an. 1610. Vide Marianum lib. 4. & alios sup. in Beato Sebastiani à Sancto Iosepho.

4. *Beati Petri, Confessoris. 4.* Moniens in Ecclesia confraternitatis S. Ioannis Baptiste, Urbini, honorificè tumulatus est, sub manus Altare: vbi à populo magna pietate colitur; hodieque reverenter cunctis ostenditur. Tella Vlyssiponenis part. 3. sup. lib. 1. cap. 31. hunc autem eundem esse cum eo cuius postea meminit cap. 32. valde suspicor. De Sillis in cap. 1. regul. Tertij ordinis.

5. 5. *Beati Ioannis, Confessoris. c.* De eo scribit Boerius tom. 1. annal. Capucino. ad ann. 1577. §. 8. quo oblit, ex MS. provinc. Napol. Mellian, &c. Eminentius exitit conuocator: qui cum operum luce, ac

preclarissimis vitæ exemplis, totius regularis discipline exemplar sepe se ferret, plurimas quoque ius predicatione Iesu Christo animas peperit. Sepe Guadagni officio functus: monialium Neapoli S. Mariæ in Hierusalem diu administrationem gessit: quo in munere potissimum illius charitas ac virtus emittit. Sui obitus diem & horam præficiunt.

*Beata Bonaventura de Andreduba, Virginis. 1.* An. 5. 6. tredochus locus 4. leucis distat ab Aquilana urbe in Vestivis: vnde exorta erat: que ad predicationem Reverendi Patris Onuphrij, eiusdè provincie alumni, tantopere excitata est, vt proinus mundo & vanitatibus sæculi valehdens, Christo Domino totam se consecravit. Nam ex tunc, magna cum assiduitate ieiunus, vigiliis, ac orationibus operam dabat. circulum ferreum ad nudam carnem, pro cingulo, deferebat, que cum Christo sponso se deuouisset, tenuit totentium virum suscipere in maritum: licet ad id plurimum à parentibus sollicitaretur. Hac de re, patriam, parentes, & domum deserens, cæcitas inspirata, Aquilam perexit; vbi Beati Bernardini à Felice exhortationibus, magis ac magis in suo proposito confirmata, Monasterium corporis Christi, intra hanc urbem, ingrederet, & sanctissimè vitam virtutibus plenam transigere: ac miraculis claruit ibidem sepulta: eaque de causa, tum apud reliquos moniales, tum quoque apud vniuersos ciuitatis Amterni accolæ, in maxima habetur veneratione. De ea agunt Gonzaga secunda partè orig. seraph. reliq. in præfatio Monasterio, quod est à provincia Sancti Bernardini: & Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 2. cap. 13. ad ann. Christi 1514. Toffianus lib. 1. histor. seraphic. & Valerius de SS. Form. ordin. minor. lib. 4. cap. 16. Iacobillus de Sanctis Fulginatis in vita Beati Pauli Fulginatis, cuius exequis interfuit ipsa B. Bonaventura, anno 1470. 26. Ianuarij.

*Beata Francisca, Virginis. 5.* Vix sanctitate plurimè emicuit, multèque spiritualis, & ebantate plena exitit: tamque deuota circa Passionem Dominicam, & dolores Christi sanctissimas pro nobis in ea passis; vt in meditatione tantè acerbatis velut exanimis eorneret. Iacet in Monasterio Conceptionis Desparz Virginis Antiquè Mellariæ, quod est 7. provincie Angelorum: vbi Abbatissa floruit. Hæc ex Daça 4. part. chronic. minor. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600.

## SEPTIMO KALENDAS IVLII.

**A** pud Castrum Saphet in Syria, Beatorum <sup>a</sup> Martyrum Iacobi & Ieremie <sup>i</sup> qui à Sarracenis excoriati & fustibus mactati fuere vsque ad mortem. In Enchusia Batauorum oppido, Beatorum <sup>b</sup> sex Fratrum Martyrum: Danielis, Conuentus Alcmariensis Guardiani; Cornelij, Ioannis, Ludouici, Presbyterorum: Adriani & Engelberti, Laicorum: qui sub impiissimo Auriaco Principe, flagella, & ludibria experti, tandem pro constanti Catholice fidei confessione, à Geuziis hæreticis suspendio necati, gloriofum agonem consummarunt. In territorio Valentinenfi, Beati <sup>c</sup> Hieronymi à Condriaco, Martyris: qui hæreticorum furori expositus, crudeli morte occubuit, suoque sanguine fidem Catholicam subsignauit. Tetzuci, in India Occidentali, Beati <sup>d</sup> Ioannis à Ripa, Confessoris: quidoctrina & eloquentia exornatus: paupertate, regulari Obseruantia, ac zelo salutis animarum Indiæ populorum plurimum emicuit. In Austria, Beati <sup>e</sup> Amadei, Confessoris: qui oratione, & verbo prædicationis clarus, fidem Catholicam aduersus hæretes strenuè propagauit, ac tutatus est.

## IVNII XXV.

**B**eatorum Iacobi & Ieremie, Martyrum. <sup>a</sup> Anno 1166. Bendocdar, Soldanus Babylonie (qui tyrannice occisio suo antecessore dominum vsurpauit ann. 1160.) post varias excursions, direptiones & prædas, eum Ptolemaidem, quam aliquoties obsedit, expugnare non possit, venit ad Castrum Saphet, obtinensque, 24. Iunii, & contra deditionis pacta, præter Castellatum, cunctos occidit. Obiit enim (inquit Marianus Sanctus lib. 3. p. 11. cap. 8.) *Castro post solis occusum, missi Admiratum fuerunt, ut Sarracenum legem suspiciant, aliqui quædam clauis peruenit: ac vnusquisque suum Fratrem miserum, qui aderat, mortis, tota nocte confortati, Martyrum potius elegerunt, quam Christi in gere fidem: factaque sanguis per manus declinatum, quasi aqua riuulus fuerunt contra vitra 600. post has verè Fratrem Iacobum de Podio, & Fratrem Ieremiam, quia ceteros in fide firmiterane, & Fratrem Templariorum, excoriati fuerunt, deinde suspensi; postremo ad locum caterorum deducti, capite cassunt. Ecce autem Soldanus locum matera circumdati, quia nobilibus sic per corpora splendebat lux, etiam cernentibus Sarracenis. Hæc ille. Eodem scribit Wadinghus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1166. §. 9. & tom. 3. ad an. 1342. §. 61. De iis S. Antoninus 3. part. histor. ut. 24. c. 9. §. 10. Toffinianus lib. 1. histor. seraphic. Gonzaga part. 1. orig. seraphic. in B. huiusce ordin. Bosius de signis Eccles. Dei tom. 1. lib. 7. cap. 1. confirmat. fruct. 8. part. 1. prouinc. Terræ Sanctæ. Picquet in catalog. viror. illust. minor.*

**B**eatorum sex Fratrum Martyrum. <sup>b</sup> Capta, vique expugnata vrbe Alcmariensi, ab hæreticis ann. 1572. Conuentus Fratrum minor. protinus ab eisdem fidei expulsi est, in quo fuere intercepti, V. Pater Daniel *Arndock*, Conuentus Louaniensis alumnus; tunc huiusce Alcmariensis. Conuentus Guardianus; cum 4. vocis, videlicet, Patre Cornelio à *Plaça*, Diocesis tociualium Sanctæ Claræ Cenobij Conessore: P. Ioanne *Nardus*, Sacerdote, templique minorum *Arduos*; P. Ludouico *Foerz*, concionatore insigni; (qui Louaniensis erat, seu Gallo-Brahantus: ab Arqueuantes originem trahens: ) & doctus Laici Fratre *Adriano Gandens* Conuentus Ianitor: & F. En-

galberto Terborgio, Panis procuratore: qui omnes iudeni fanibus, quibus præcincti erant, fortiter alligati, carceribus sunt mancipati. Et inde tracti, Enchusiam, Maritimam oppidum ducunt: quo in itinere multa grauis perpeffi sunt: nam & opprobriis afflicti, & fustibus caeliangebantur ceptam viam accelerare: quos omnes præfatus Pater Guardianus, ad martyrium fortiter perferendum, vt vir sanctus feruido animabat affectu. Patientissime igitur omnia sufferentes, noctem in diuinis laudibus consummaverunt.

Die crastina, sententiam mortis exceperunt, qua <sup>6. 3.</sup> suscipio necarentur: & hoc, ubi liberam confessionem præsentæ corporalis Christi, in Eucharistie Sacramento: tum, pro defensione Summi Pontificis sanctitate antea: & Catholice religionis constantia, propter quæ elegerunt potius ignominiosè ad patibulum ab ipsis plagiariis hæreticis strangulari, quam Romanæ fidei sinceritatem quoquomodo labefactare: quorum mortis conspectu Dominus preuola, signis admirandis tunc eum illustrata. Quædam reponunt illorum Martyrum die 23. 24. fe. 25. Iunii: sed vltimus assensum. De his clarissimis Christi Athletis scribat Faustinus Tasso hist. or. sui temporis. Thomas Bouchierus hist. Ecclesiæ. martyr. Obseruantin. Fratrum. Gonzaga part. 1. orig. seraph. relig. in factis martyribus ordin. minor. fuo quo, ob Christi fidem passis, in prouincia Germaniæ inferioris, apud Belgas. item part. 3. in Conuentibus Louaniens. & Alcmariens. qui sunt 2. & 14. prouinc. German. inferior. Petrus Operius lib. 1. chronograph. decad. 2. Barezus 4. part. chron. minor. lib. 6. cap. 1. 2. & 3. Daquin. lib. 3. cap. 71. Grauzin in *voce Tartaris* part. 2. cap. 14. Augustinus Castell. in Triumpho Martyr. Florentius Leydanus in hist. Martyr. Alemanniæ. Fernandus lib. 3. hist. Eccles. c. 40. Sedulus in hist. seraph. sub fin. Bosius de signis Eccles. Dei tom. 1. lib. 22. cap. 22. Hilarion à Costa lib. 2. hist. catholic. pag. 366. Arnoldus Hæuentius cap. 30. speculi hæreticæ crudelitæ. Surius commentar. rerum gallic. an. 1572. Algezira in Arbore Epilogica notus ordinis Franciscan. Picquetus in catalog. sup. Raslia, hæc die, in Auctano SS. Belgij.

8-4. *Beati Hieronymi, Martyr. d*] Eximius concionator erat, & Gracianopoli, aliisque in locis, verbum Dei summo cum animarum fructu, annuntiavit. Cum autem Valentiniensis Convenus PP. Capucinarum Guardianus esset, à Calumnia Puffum inter & Privanum interceptus, ad eum crudelis martyrio cruciatus fuit; ut corpore obruto, plures septemdecim, partim ensum, partim pugionum ictus, numerati fuerint: oculi effossi, nasus depressus, facies vnicuique ita deformata, vt vix à suis Religiosis Fratribus, nisi ex Sacerdotali corona agnoscere potuerit, ann. 1629. circa diem 25. Iunii: cum lex diebus à sua passione transactis corpus eius repertum est. Vide Mercurium Gallicum tom. 15. eo anno, pag. 479. Galterium in Tabula Chronograph. in Appendic. ad secul. 17. vbi de sanctis & illustribus viris.

8-5. *Beati Isaacii à Rapa, Confessoris. \**] Prouincie S. Gabrielis fuit alumnus; sextum tenuit locum inter illos 12. Patres, qui primi Indos sacro regenerarunt lauacro. Guardianus apud Mexicum & Quinquinaoam, extitit; ac Diffinitor prouincie S. Euangelij. Obsecrantissimus præterea religionis, & paupertatis, ac regularis Observantia cum esset: quoniam de rebus ordinis agebatur, raro ipsius seruiore exstibat. Post-

quam igitur plurimos labores, tum pro conseruando regulæ nitore, tum in Indorum conuersione exantillat; nihilque eorum, quæ ad perfectum, zeloticaque religiosum requiruntur, pretermisisset: denotaque aliquot opuscula, Mexicana lingua edidit: anno 1568. Terzuciano in Conuentu, curatis propè lectum genibus, animam creatori concessit: crucem præ manibus tenens: cuius corpus ibidem condigno honore humatum est. Arguit de eo Gonzaga part. 4. sup. in hoc Conuento, qui est 11. prouinc. 5. Euangelij. Barezus 4. part. sup. lib. 4. cap. 25. Willotus Athenar. orthodoxar. Franciscan. letara I. Rapineus hutor. general. orig. Recollec. deca. 5. part. 1. §. 9. & part. 2. §. 5. Hilarion. à Costa lib. 1. sup. pag. 115. Marius lib. 1. cap. 40. & Daça. 4. part. chronic. minor. lib. 2. cap. 21. et multis alijs.

*Beati Amadei, Confessoris. \**] Hic superioribastem- 8-6. poribus, quibus Lutheraua luteris grassari cepit, mirum in modum floruit; fuit enim vix zeli ardentissimus, atque concionator feruentissimus: insuper & multoties inter orandum expansis in æra manibus subleuatus extitit. Illius meminere Gonzaga 2. part. sup. in fine prouinc. Austrie. Barezus sup. lib. 5. cap. 25. Daça sup. lib. 3. cap. 76.

## SEXTO KALENDAS IVLII.

**I**N Italia, Beati <sup>a</sup> Benedicti à Græccio, Confessoris: pietate & religione conspiciui. Stellæ in Aquitania, Beatorum <sup>b</sup> Petri Romeri, & Ioannis Lazeani, Confessorum. Apud Montem Carolum, in Tuscia, Beati <sup>c</sup> Angeli de Gropina, Confessoris: qui humilitati ac charitati addictissimus: Angelicam vitam duxit. In Plaia oppido Insulæ Tertie Lusitanie, Beati <sup>d</sup> Catharinæ de Ornelas, quæ inibi extructo à se Monasterio, habitum religionis induit: in quo virtute abstinentiæ, oratione, humilitate & charitate summo perè emicuit.

## IVNII XXVI.

8-7. *Beati Benedicti, Confessoris. \**] Vocatur ipse B. Benedictus ab *Ephraim*, à Marco Vlyssiponenf. part. 2. chronic. minor. lib. 6. cap. 26. §. 4. an. 1304. sed, vt opinor, error inibi irrepit: & pro *Ephraim*, dicendum est, à *Græccio*. De quo meminit Gonzaga 1. part. orig. seraph. relig. in BB. viris huiusce ordinis: illis verbis. *Beatus Benedictus à Græccio vix deuotissimus*. Picquetus in catalog. viror. illust. Franciscan.

8-2. *Beatorum Petri, & Ioseph. Confess. \**] Hi duo Fratres Laici multa pietate & virtute commendabiles, obiit in Conuentu Stellæ, Valconie oppidij olim prouincie Aragonie, sub Custodia Nauaræ. Vide Wadingham tom. 4. annal. minor. ad an. 1400. §. 31. et Toffiniano lib. 2. histor. seraph. ibidem.

8-3. *Beati Angeli de Gropina, Confessoris. c*] Claruit apud Conuentum S. Francisci, montis Caroli ( qui est 15. prouinc. Tusciæ ) propè pagum S. Iohannis de Valdarno, cuius Elogium ibidem describit Gonzaga part. 2. sup. *Hæc aliquando locus ( inquit ) acicola fuit, profundissima humilitatis, atque summa charitatis: Fratres Angeli de Gropina Laici: qui conuentione primæ cum *uxore sua*, in illa sanctimonialium Monasterium, quod Camelia nuncupabatur, Florentiæ ingrederetur; postquam cum conuuijs vixit masculina Franciscanum habitum induit, solemnique voto emissit, Angelicam in*

*eo potius quàm humanam vitam duxit; ac tandem videri: quæ illarum bonis operibus pleuit hoc in Conuentu, anno Dominica Incarnationis. 1498. hinc mortali vita valedixit. Eadem refert Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 52.*

*Beata Catharina de Ornelas. d*] Est in Oceano mari Insula, nomine Tertia, siue Asturum, nuncupata: & in ea Plaia oppidum, intra cuius mœnia per deuota ac nobilis femina, B. Catharina, Monasterium sub titulo Deiparæ, siue Domine nostræ de *luz*, suis sumptibus & discandum curauit: quæ tandem monastico habitu induta, prima omnium in eo, imò, & in vniuersa hac Insula solenne religionis vocem emisit: cuius exemplum imitatur aliquot atq; pietissimæ ac nobiles eadem Insulæ femine habitum religionis induerunt: & secundum regulam sanctæ Virginis Clare professæ sunt. Vixit hæc religiosissima fundatrix ibidem aliquot annis; in abstinentiâ, oratione, humilitate, charitate, ac in omni virtutum genere, magno faciens progressus: quapropter è viuis sublata, cum corpore sponso Iesu Christo regnare existimatur. Arguit de ea Gonzaga in eo Monasterio, quod est 18. prouincie Algarbiorum: & Barezus sup. lib. 2. cap. 14. ad ann. 1520. Valerius de SS. Feminis ordinis minor. lib. 4. cap. 17.



## QVINTO KALENDAS IVLII.

**C**Orneti, in Apulia, Beati a Benvenuti Eugubini, Confessoris: qui nobilitate ac militia clarus, humilitati, chantati, patientiæ, atque obedientiæ sic studuit: vt & his paupertatem, orationem, & silentium adiciens in numeris miraculis coruscavit. Ortonæ, in Aprutio, Beati b Blasij Aquilani, Confessoris: qui diuinis mysteriis contemplandis iugiter intentus: omni virtute & religione emicuit. Areali, in territorio Abulensi, Beatæ c Sanctiæ Martinez à Montaluo, viduæ Tertiaræ: eiusdem loci Mōnasterij fundatricis: quæ nobili genere exorta, tanto spiritus feruore pœnitentiam, humilitatemque amplexata est, vt totius perfectiōnis & sanctitatis cæteris exemplum effecta sit.

## IVNII XXVII.

**B**eatæ Benvenuti, Eugubini, Confessoris. <sup>5</sup> Nobilitatis equas fuit, cum ipsius mensuris humi illocebris, Scraphius Patris D. Francisci vestibus toto nisu inlucit: à quo receptus ad ordinem, Lucorum statum rennit, ann. 1122. cum litteras penitus ignoraret: sed alia edoctus sapientiâ, humilitatis suæ multiplici dedit indicium. De mandato eiusdem S. Francisci, ad feruendum leporeis accedens, illis veluti Christo charitativè immittit. Obedientiæ calmen sic ascendere conatus est, vt ad omnia puzlatorum iussa impigeret, & sine mora, pareret. In suis infirmitatibus, quibus à Domino fuit probatus, patientiæ evincit. Sanctissimæ paupertatis amator, vix extrema vitæ & vultus requiebat. Silentii cultor: pietatis sacrificiis super afflictos affluens; orationi & contemplationi sic fuit deditus, vt vix que ad horam tertiam in publicum nullatenus exiret, ne occupatione aliqua perfectis delicias minus pateretur, aut mitteret. Cùmque Gallix officium exerceat, tandem semel in Ecclesiâ peribit, vt nel pro fructum prandio paratum haberet: sed coquam ingressus, cecidit omnia Angelico famulatu, esse parata. Hæc illi autem ad eo fultit virtutes; vt nec verbo nec factu, aut signo, quidquam in eo fuerit reprehensione dignum. Denique vir fuit sanctissimus, & signis stupendus; obiit circa an. 1113. apud Cornetum in Apulia. In qua prouincia summo honore colitur: cuius miracula (per Bullam Apostolicam à Gregorio Papa IX. ann. 1236. disiectam) ab Episcopis Melphitano & Venetino, sunt collecta, examinata & authenticata: & interim concessum à Pontifice, vt in tribus vicinis Episcopatibus eius celebraretur festum, de eoque diuinis recitarentur officium. Scribunt de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformat. fruct. 8. & 21. part. 2. in fratribus inuisionibus sanctitate illustribus prouinciarum sancti Angeli. Codex MS. Abbot. S. Victoris Paris. ibid. Marcus Vitiipontens. 1. part. chron. minor. lib. 2. cap. 17. Goozaga 1. part. origin. setaph. relig. in BB. vici huius ordinis. Tossinatus lib. 1. huius rei aplic. in eo. Wadingius trem. 1. annal. minor. ad an. 1122. §. 21. & ann. 1132. §. 14. & 19. ex

Marano lib. 2. cap. 9. Piequetus in catalog. vitæ. illust. Franciscan.

**Beati Blasij Aquilani, Confessoris. b** Fuit olim B. Ioannis Capitulum charissimus socius; omnique virtutis, religionis, atque sanctitatis ornatus; qui diuinis contemplandis mysteriis, perperuo intentus, nunquam otiosum se vixum protulit: sed quicquid, siue inter seculares, siue etiâ inter fratres loquutus, id est maxima grauitate prolaturum, in Dei honorem proximo; edificationem egerit. Obiit, septuagintaque est apud antiquum Sancti Francisci Conuentum extra moenia Ortonæ vici. Huius meminerunt Goozaga part. 1. sup. in Ortonensi Conuentu, qui est 7. prouinc. Sancti Bernardini, & Barozus part. 4. chron. lib. 1. cap. 47.

**Beate Sanctiæ Martinez à Montaluo, Tertiaræ. c** <sup>5</sup> Maxima humilitate ac vix perfectione, hæc illustri Heroina fuit ditata: et variis persecutionibus, exercitiis penitentis, orationibus atque obsecrationibus, & ieiunio sic operam dedit, vt breui, virtutum specimen exhiberet. Cùm autem sanctitatis hæc pauca præbuisse indicia, à Domino vocata, feliciter migravit in celum: cuius corpus humatum est apud Arealium, in monasterio sanctiæ Elizabeth, à se constructo: Hispanicè, *De las Montañas*, ob id nuncupato. De ea agit Barozus supra lib. 2. cap. 53. ex Goozaga in eo Monasterio (quod est 29. prouinc. Conceptionis) part. 3. sup. sic scribente. *Prestissima Sanctiæ Martinez à Montaluo, Des Ecclesiam hanc ex esse instituta, hæc Monasterium Beate Elizabethæ factum, Areali, ex propriis facultatibus sub anno 1440. organizo 1440. edific. aut, atque huius reddidit completavit. Præterea Franciscanorum Tertiararum habitas de Religioso more induta, ceteris aduentantibus: in tantis religiosis viuendū vixisse facta est. Cuius sancti humilitas tanta exiit, vt licet clavis vix natalibus, & nobilissimo olim viro iuncta, non traheret aquam ex fonte hauriam, propriis huius, per medium sanum Monasterium, à se constructo inferre. Valeus de Sanctis Fæmin. ord. minor. lib. 4. cap. 31.*

## QUARTO KALENDAS IVLII.

Duo autem ex istis tenere egor: quæ videri nonnullis vel teax, vel cum hesitatione recipi. Primum est, *Officium de Cruce, seu de Passione Christi*: quod in gratiam S. Ludouici IX. Regis Franco-rum composuit: ab Ecclesiæ approbatum, & nunc vtiq, abque alia immutatione: à cunctis fidelibus recitatur: Ita auctoritate Præna, & Gonzaga, ac Tostianus sup. in temporib. Franciscanis, Marcus Vlyssiponens. part. 2. sup. lib. 2. capite 5. Othavianus Suelanus: Bellarmus, Willotus: & Wadinghus sup. tom. primo. 2. annuim millesimum ducent-tesimum quatuoragesimum tertium, §. 8. Galefus 2. cap. 6. vitæ D. Bonaventuræ. Sarnanus Cardinalis, sup.

Secundum est, *Psalterium Beatissima semper Vir-ginis, genitricis Dei Mariæ*. ab ipso D. Bonaventura editum: vt asserunt Bellarmus, Marcus Vlyssiponens. Willotus, Galefus, Wadinghus, & Porcus

& Poitcus sup. cap. 8. §. 6. numer. 4. Cardinalis Sarnanus sup. Franciscus à Cruce, in hortulo vię. quadro 4. cap. 6. Cũ autem ipse S. Bonaventura prius Ioannes vocatus fuerit & B. Alexander Aletis nonnullam Discipulus credidit firi: De eo Simerius, in Epitoma. Bibliothec. Gnesneri, hæc impudens locutus est. *Ioannes de Ales, scripsit psalterium virginis: in quo omnes psalmi corrupti, & ad virginem Mariam convertit: impressum super eam profavione Ioannis Brenti.* Hinc sero Iacobum Magnæ Britannię Regem, in libro, cuius titulus est, *Triplix modo, triplex canas*, id opus, multa indignatione condemnasse, & tanquam quid nefandum reprobasse: quem postea sequuti sunt, eodem invidiæ livore frementes nonnulli hærenici, quibus tamen strenuè obstarunt, illusterrimus Cardinalis Peronius, Sesonens. Archiepiscopus in Replicatione ad Responsum Magnæ Britannię Regis. Coiffetellus, Marsiliensis Episcopus, in Responso ad eundem Regem: & R. Pater Ignatius le Camille, nunc Vacans Generalis, & Commissarius Apostolicus omnium Recollectorum Gallię lib. de sanctitate Eccles. Rom. cap. 2. sect. 7. vers. fin. nusquam enim depravatum est psalterium Davidicum per D. Bonaventuram: nec tamen huiusmodi psalterium Mariæ à S. Bonaventura editum, aut ex libris factæ scripturæ canonicos recensitum est: ut ex canonico à fidelibus acceptum vti ad sacrarij perperam autumant.

§. 11.

Quod igitur amplius opus saltem suppositivum est, & ipsi S. Bonaventuræ falso adscriptum: inquitur præfat. Peronius & Ignatius. Nam neque Trithemius, neque Gnesnerus, illius vocum meminere. At, quàm fatalis sit hæc ratio, exinde perspicuum erit inveni: quòd nec recitare tenentur: quæ à Trithemo & Gnesnero omnia seu intacta sunt: cum ab aliis præstantissimis viuis fuerint commemorata. Quapropter illi scripti. Illius Cardinalis Bellarminus ingenue fateatur, id opus esse ipsius sanctissimi Doctus Seraphici: idem in sua edita Apologia, pro Responso ad librum supradicti Anglię Regis, cap. 11. tom. 7. sic ait. *Quærit, dicit, à sancto Bonaventura, sacre legē corruptum esse psalterium: cum Dominicus, pro Domino, in toto psalterio posuerit: at sanctus Bonaventura a psalterium Davidis, quod ad scripturam Canonicam pertinet, omnino non tetigit: sed ad similitudinem psalterii Davidis, aliud psalterium ipse composuit, ex quo ad Beatam Virginem affectus: cui conscribit Coiffetellus sup. potro, id psalterium B. Marię Virginis, Iodocus Badius, Sapphicis versibus postea descriptis: telliptis Gnesnero, in Bibliotheca, atque Simlero sup. extat psalterium Virginis MS. in Bibliotheca S. Victoriana Paris. sub littera KK. 7.*

§. 12.

Præterea, monitum re olim (mi Lector) Psalterium præfatum diutius modè nunc te perit impressum: & vnumquodque disicere ab alio: tum in quibusdam verbis, aut nominibus, motus vel adnotatis: tum in dispositione & ordine recitationis, pro vniuscuiusque pietate & devotione, quæ omnia à servantur in nostra Bibliotheca Consensus Annuntiationis Deiparę virginis, iuxta Lutetiam Parisiorum: suburbium San-Martinianum: qui quidem est quintus Prototypus Recollectorum, sub Titulo sancti Dionysii in Francia primum atque Psalterium Parisiis in duodecimo Impressum est, per Thielmannum Kersey, commoatorem ad signum vnicornis, in magno vico sancti Iacobi (procurante hoc ipsum honorando viro *Petro le Gouls* Reipo procuratore apud Vrhem Belenensem) Anno Domini 1521. die 26. Septembris, prout constat ex Epigrammate incho operis conscripto, ad Lectores.

*Hæc Bonaventura quondam monumenta fuerunt  
In quibus excimim est Religiosa opus.*

*Hæc pia Verbi - para celebratur gloria matris  
Quæ talis atherem virgo parensque Deum.*

*At Petrus antiquè le Gouls cognomine datus  
A tenebris præsentis eruit ecce decus.*

*Posteritas igitur tanto pro munere gratas  
Semper laxatus, optime Petre, canet.*

*Felix Belna, mihi nimirumque Beata Videris:*

*Cum Procurator Regis ipse tibi esset:  
Ille Sibyllinus vinct vel Nestoris annos:*

*Qui de pueribus vendicatur istud opus:  
Regis & Æterni cernatur in amine tandem:*

*Et videat felix quam colit ipse Deum.*

Deinde Aothor captata sanctissimę virginis benevolentia, cum nonnullis Antiphonis & oratione: Psalterium incipit ordine Davidico, quod tamen distribuit per omnes septimanę dies: initium sumens à Domini-nica die, ad nocturnum, cui dat 15. psalmos primos: additque in fine cuiusque psal. *Gloria ipsi tibi fili Regi-na cælestis: & vult tempore noli mi oblitisci.* Die Lunę, ad nocturnum, eodem ordine, 12. allegat die Martis, 14. die Mercurij, 16. die Iouis, 10. die Venens 17. die Sabbathi, 12. pro Dominica die, ad Vesperas, eodem ordine 5. die Lunę, 7. die Martis, 7. die Mercurij, 5. die Iouis, 6. die Vcnens, 6. die Sabbathi octo.

Aliud prostat psalterium, in triginta duo, cum eo titulo: *Psalterij Virginis Marię à sancto Bonaventura editi, ad psalterium eiusdem Virginis de Saluatoribus Angelibus condonatus: venale reperitur Parisiis in domo Pellicani, vici sancti Iacobi, è regione sancti Iovnis.* Eodem quippe ordine Davidico recensetur, sed alio modo distribuitur per hebdomadam: quod etiam perspicuum ex præfatione ipsius.

Intelligentia admodum illius duorum Psalteriorum virginis Marię, perspicuum satis, & hactenus multis miraculis extita reuelatum: quod gratiam habere virgę gloriosam ablatam sibi coronam Imperialem: extritus coronam, seu Capiteus, construatam, qua & Psalterium Marię nuncupatur: quod ex centum quinquaginta saluatoribus Angelibus, quomodo psalterium Davidicum ex centum quinquaginta psalmis constituitur, in cuius tamen centesimij quolibet denarij, ad dicendam coronam, oratio interponitur Dominica, sic quod ipsa completa compositis, ex centum quinquaginta saluatoribus, & quindocim Dominicis orationibus, perfectior. Verumtamen, quia ipsi coram contrates Alemanni, vincta dicitur coronam, seu psalterium in hebdomada persoluitur (quod parum) nisi verè Gallicis singulari diebus, quod multum mihi visum est) vult propere potantibus vitiosant genus mortem vitamque moderate, ac inter parum istud & multum: medum quoddam temperamentum inducere. Quia nihilominus est & aliud virginis Psalterium à Seraphico Doctore Bonaventura, Spiritu sancto distante compellam, non abs re Psalterium dicitur, quod insit Davidica psalterij, centum quinquaginta psalmis similis inebatantibus continet: quodque sicut in illo, ad Deum laudandum, & orandum, vniuersi generis orantes, deprecationes, obsecrationes, laudationes, & benedictiones continentur: ita & istud ad virginem ipsam collaudandum, & deprecandum: id quidem orationum genus, deprecationum, obsecrationum, imprecationum, & in summa, quic-



quid reverentia, venerationis, obsecrationis, & gratiam altissimi, eidem officio possit, preculdubio complectitur. Hoc solum propterea ac vixile diximus formulam dare quia ipsius Fraternitatis confratres, cum prefato salutarium psalterio, & istud quoque psalterium intermiscerant: quod utique infatigabiliter in septem hebdomadis facient, dicendum in prima, tertia, & quinta Dominica, quoties: ceteris vero diebus tres psalms sub una tantum Gloria; & consequenter unum Capletium. Singulis autem tertius diebus tertium Capletium completum: & sic ipsa corona ex his tribus Coronulis, seu Capletis completa, consistantem erit: ut quomodo pro corona Imperiali complectentur, crux superponitur, sic ad istius coronam corporalis complectentur, loca Cruxis, Antiphona: Salve Regina superaddatur, prout in ipso distinctionis psalterio. Et sic qualibet die, habebit ipsa Regina unicum Capletium, & ipsum quoque in triduo triplicatum, unicum qualibet triduo habebit. Imperialis in maiorem modo Regina est, ipsa & Imperatrix, ut patet Mater & Sponsa Regis ac Imperatoris talis creatura. Denique hi prefati psalmi in prima hebdomada, qualibet die sic terminantur.

Gloria tibi sit Orphanorum mater: fac, gratias sit nobis omnipotens pater.

In 2. hebdomada. Gloriatibi sit Virginum Regina: duc nos obsecramus ac calorum Reges.

In 3. Gloria perennis tibi sit spes nostra: qua regnas in caelis tolle nos ad Africa.

In 4. Gloria tibi sit Regina Virginum, tecum nos perducas ad Regna caelorum.

In 5. Gloriatibi sit advocata nostra: firmos tuos ducas ad Regna beata.

In 6. Gloriatibi sit Imperatrix poli: tecum nos perducas ad gaudia caeli.

In 7. Gloria, laus, honor, Virgini Maria: qua secum nos trahat ad Regnum gloria.

- 9-14. Sub Pontificatu Sixti V. P. pap. ann. 1588. operâ Cardinalis Sarnani, Romae in lucem prodit, in folio, Psalterium Virgini Matris: iuxta ordinem Davidicum, cum Gloria Patri, & Filio, &c. in fine cuiusque psalmi. Tandem, anno 1624. Apud Sebastianum Ilvianum, via san-Jacobae, ad insigne Cordis bene, editum aliud in 24. fuit, ordine quodam Davidico: sed vano modo partitum per Hebdomadam. Nam ad matutinas, & per omnes horas (demptis Laudibus) tres distributi psalmi, dummodo psalms 118, dividatur in eas partes, quas Brevarium Romanum continet ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam. Ad Laudes, duo assignantur psalmi cum uno ex canticis canonici. Idem quoque ad Completorium Sabbathi servatur. Qualibet autem die, in fine psalmi ultimi cuiuslibet horae, additur unum ex Gloria tibi sit, &c. que nuper retulimus: cum oratione propria.

- 9-15. B. Mansueti, Confessor. b ] Miraculis coruscavit in Provincia Pennensi, siue Dia. Bernardus, ubi sepul-

tus iacet: teste Wadingho, tom. 2. sup. ad ann. 1270. §. 29. alius est, ut opinor a illo P. Mansueti, de Castellone Aretino, cuius meminit ipse, tom. 1. ad an. 1244. §. 5. & Tostimanus libr. 2. in custodia Aretina.

B. Bonomas, Confessor. c ] Florentinus erat, sanctitate clarus, de quo idem Wadinghus sup. ad an. 1290. §. 16. quem sanctus Bonaventura libenter & avidè audiebat.

B. Balhaqueris, Confessor. d ] Cum eruditione iunctam habens singulari pietatem, tanta Diuvini verbi pollebat gratia: ut Declamator Angelicus, optimo iure ab omnibus nominaretur. Sacris Virgibus S. Claræ oppidi Louanienfis sic profuit annis 14. quod plurimum profuerit. Eius quamplurima adhuc extant Opuscula MS. Mortuus hac die ann. 1373. loco humili sepultus, quem vir humilis sibi delegerat, iuxta Scholam Conventus Louanienfis, magno sui relicto desiderio. Vide Gonzagam part. 3. sup. in hoc Conventu Louanien. qui est 1. Prouinc. Germaniae inferior. Barezzum part. 4. chron. minor. lib. 7. cap. 7. Daçam, ibid. lib. 3. c. 24. Raiffam in Auditorio ad patella SS. Belgij Ioannis Molani.

B. Adriana Tertiar. e ] Sotor erat B. Margaritæ & Cortusis, quam & pro virtus studuit imitari: plenaque virtutibus refultit. Memoratur à Wadingho sup. ad ann. 1297. §. 29. ex vetustis Godicibus & antiquis Ordinis Monimentis, de Sillis, in cap. 1. Regul. Tertij Ordinis, a quo & Andraana, dicitur.

B. Clara, Mantuana. f ] Huius honestissimæ feminae meminit Gonzaga 1. part. sup. in BB. Secundi ac Tertij Ordinis Minor. feminae: an vero ea fuerit illustrissima ac Religiosissima soror Clara Ioannis Francisci, prima Mantuanorum Marchionis filia: (de qua Gonzaga part. 2. in monasterio 1. Prouinc. S. Antonij) igitur: nullam enim aliam, nomine Claram Mantuae inuenio. Algeria in arbore Epitologica, totius Ordinis Franciscan. Wadinghus, tom. 1. sup. ad ann. 1238. §. 20.

B. Catharina, virg. g ] Prima extitit Abbatissa monasterij Belusiani (quod est 6. Prouinciae Angelorum) illudque aetas 17. rexit admirabilis cum exemplo totius sanctitatis & virtutis: multis illustrata revelationibus à Deo, eiusque matre sibi collatis. Erat quippe ingenti caritate, oratione, & silentio decorata: tantaque deuotione ferebatur, erga Passionem Dominicam, ut praeter lachrymarum profluum, oculorum lumen amiserit, quod tamen decem post annos, cœlitus sibi restitum est. Obiit, hac die, sanctissimè, cuius anima, in specie columbae, visa est in caelum conscendere. Ita Monumenta illius monasterij, ex quibus Daça sup. lib. 4. cap. 50. ad ann. 1600. quo floruit.

## IDIBVS IVLII.

**I**N Piceno, Beati Gerardi à Florentia, Confessoris, sancti Bernardini Senensis socij: patientia, oratione & obedientia, exornati: qui ad summam usque senectam perveniens, sancto sine quicuit. Apud Campum-Bassum in Apulia, Beati b Pauli de Petra Roya, Confessoris: humilitate & abstinentia insignis. Apud Ilbam Tyreni maris insulam, Beati c Baptista de Rotano, Confessoris: pauperare, charitate, aliisque præcipuis virtutibus spectabilis. Rosarij Adripam Tictaris amnis in Territorio Abulensi, Beati d Christophori, Confessoris & Concionatoris eximij: qui & ingenrem animarum fructum reportavit: & virtutibus ac meritis cumulat, in gaudium Christi inrravit. Alenconij in Neustria, Beate e Agneris Viortæ, virginis: virtutibus in regirare, & Religione celebris.

## IVLII XV.

- §. 1. **B**eati Gerardi à Florentia, Confessoris. a) Habitum Religionis de manu sancti Bernardini susceperat: cuius postea focus fuit, deinde B. Jacobi Picentis: cum quo senex effectus, tamque pæ caritate ambulare non valens, illum in Pronoviam Marchie ablegavit: ut inibi vite reliquum pacificè pegeret. Laicus erat professione, vir simplex, & humilis: superiorum obedientie præoptimè parebat: charitate plenus erat: viliæ quæque officia magna cum alacritate exercebat. Sæcularium confortia maximè fugiebat: fratrum quoque familiaritatem declinabat, tanto opere profecerat in custodia ac mortificatione sensuum: ut per 20. annorum spatium, quo obitari officium exercerat: vilius hominis aut femine nomen sciens, vel personam (præter R. P. Guardianum, & Scindicum,) viderit, aut cognoverit, patienter fuit incredibilis: nam per 30. annos, podagra & colico dolore graustus, quando plus his vexabatur morbis, tanto magis, ferventi oratione spiritum sursum levabat ad Deum, cum hymnis & canticis spiritualibus. Diem & horam sui obitus prævidit: à cunctis fratribus veniam oratorum humiliter petens, feliciter migravit in cælum, hora nona: ann. Christi 1506. ætatis lætæ 105. ab ingressu vero Ordinis 76. ut testatur Marcus Vlyssiponen. 3. part. chronice. minor. lib. 8. cap. 27.
- §. 2. **B.** Pauli de Petra, Confess. b) Vir fuit humilissimus & abstinensissimus: professione quidem Laicus, sed vitæ integritate, atque morum graustate ornatissimus. Memoratur à Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in Conventu S. Marie de Giantis Campobassi, qui est 16. Provinc. S. Angeli. Barezio, lib. 3. cap. 60. ad ann. 1550.
- §. 3. **B.** Baptista de Rotano, Confess. c) Obiit hic devotissimus Frater, ann. 1560. apud Conventum S. Salvatoris Ilbensis insule: qui est 49. Provinc. Tuscæ: cuius ibid. meminit Gonzaga part. 2. Orig. Seraph. Relig. Sepulchrum hæc (inquit) hæc in Conventu, Frater quidam Laicus, nomine Baptista de Rotano, cui, quando vixit,

milis clarus à paupertate, humilitate, abastate, obedientia, ceterisque virtutibus, quæ hominem Deo clarum efficiunt, in hac mortali vita fuit. Quamobrem maximum sui desiderium, maximamque sanctitatis nomen omnibus sibi notis reliquit. Eadem refert Barezio part. 4. chronice. minor. lib. 4. cap. 19.

**B.** Christophori, Confess. d) Cognominabatur de Calozuelis, Dialectus Placentiæ pago, cœu à Rosario, eo quod in Conventu Rosarij (qui est 4. Provincie sancti Ioseph) habitum Religionis sumpserat. Iam sacerdos ac Theologus erat, cum Seraphico Ordini nomen dedit. Humilitati primùm operam præstitit, & sinceræ menti animum addidit. Obedientissimus Deo & Prælati. Solentium & solitudinem summè affectabat: sanctamque orationem admodum excolebat. Eximus etiam etiam sit Concionator, sicque suis ferventissimus prædicationibus auditorum animos commovebat, ut & peccatores ad penitentiam revocaret, & pios ad virtutem alliceret. Numquam otiosus visus est: nam vel choro aderat, aut in cella lectioni, moderationi, & orationi vacabat, vel confessioni & prædicationi intentus erat. Vide Joannem à S. Maria 1. part. chronice. præfatæ Provinc. lib. 2. cap. 39. ad ann. 1580. quod ibidem.

**B.** Agneris Viortæ, virg. e) Hæc etiam Seraphici Patris S. Francisci ordinem primò, sed postmodum primam S. Clare virg. Regulam professâ est: quæ plurimas, easque gloriosas de Sathana victorias retulit: & demùm, non abique sanctitati nota, diem clausit extremum apud monasterium S. Clare Alenconij, cuius denique corpus, hæc humidissimo loco tumulatum post 12. annos integrum omnino, incorruptum, atque suavissima fragrantia teporatum, fuit inventum. Claruit circa ann. Christi 1550. Senbanc de ea Gonzaga part. 3. sup. in hoc monasterio, quod est 6. Provincie Franciæ Pansien. & Barezio sup. lib. 2. cap. 21. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertij Ordinis Valerius de S. S. Famulus Ordinis minor. lib. 4. cap. 19.

## DECIMO SEPTIMO KALENDAS AVGVSTI.

**A** Pud Montem-Brifonem, Secufianorum oppidum in Gallia: Beatorum, Martyrum Ioannis, Francifci, Antonij & Stephani: qui ab hæreticis diuerfis pœnarum generibus affecti, nouiffimè gladio iugulati funt. Occaniz, in Territorio Tolerano, Beati<sup>b</sup> Alphonsi Botroxij, Confefloris: Doctõris, atque Concionatoris eximij: qui Prouinciæ Castellæ Patrum Obferuantium primus Prouincialis electus: vita exemplari, zeloque Seraphicæ Religionis: & fanctitate insigniter refultit. Mirandulæ, in Insubria, Beati<sup>c</sup> Innocentij Carpenfis, Confefloris: miraculis clari. Volaterræ in Hethruria, Beati<sup>d</sup> Michaelis Volaterrani, Confefloris, humilitate & oratione insignis, In Thufcia, Beati<sup>e</sup> Dominici Bononiensis, vita & fignis admirabilis.

## I V L I I X V I .

3. 1. **B** *Beatorum Martyrum, Ioannis, Francifci, &c.* 2] Hominum illustre beatorum nobis repræfentatur à Gõzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu Montis-Brifonis, qui est 4. Prouinc. Burgundiz. f.ue S. Bonauenturæ, Elizearius lib. 3. cap. 10. f.uen Mont. Oluæ. Daça part. 4. chron. min. lib. 3. cap. 38. Grauiua in *Viue Tertius*, cap. 24. part. 1. Fernandus lib. 3. hiftor. Ecclef. cap. 19. Foderet. & Picquetus in descriptione huiusmodi Prouinc. Vbi de prefato Conuentu Mont-Brifonenfis, in Secufiano feu Foesio agitur. Nam id oppidum, an. Chrifli 1362. hæc die à Barone *des Ardretz*, alicuius hæreticorum præfidi *Pourenet*, & *Sadoret*: vi occupatum, eorum furorem in fe expectum effundum ciues vniufque fecus incredibilem cadem fenum perpeffit. Inter hos autem 4. admirandæ focti uicini & conftantæ Religiofi monachici inftituti Patres, videlicet, B. B. Ioannes *de Sano*: Francifcus *Bonouentus*: Antonius *Mala*, & Stephanus *Cortani*: variis fupplicibus ac pligis affectis, tandem crudeli hoftis mucrone, pro Chrifto fanguinem fuderunt. Quorum corpora poftquam in plateis & comitis diu iacuerunt inhamata, cæcis volatilibus, acque caribus dilamanda, tradita funt: ita vt vix à quoquâ dignofci poffent. Gõzaga, & Wadinghus tom. 2. Annal. minor. ad an. 1270. §. 13. id reponunt fub 14. Iulij. Sed alius modis aftenantur.

5. 2. **B.** *Alphonfi Botroxij, Confef. b*] Primò quidem Conuentualis exuit, fed poftea viuendi genere strenuus Regularis Obferuantis cultor & propagator. Hic cum effer facer Theologiz Doctõr, fequentes habebat ad populum conciones, quomobrem eius fanctitatis, fpiritus, atque feracis fama, per vniuerfum Hifpaniam diuulgari cepit. Vnde & Reges ac Magnates, reliquumque vulgus ad eum, tanquam ad Diuinum oraculum, in occurrentibus fibi neceffitatibus, refpõfa, atque remedia relaturi recurrebant. Celebrato denique Capitulo PP. abierunt. Prouinciæ Castellæ in Conuentu S. Iuliani *de Capreia*, ann. 1447. Ipfo B. Alphonsi Botroxio in primum eonftem familiar Vicarium Prouincialem, electus, atque per 15. annos conuocatus, eo officio fundus est: cuius quidem B. Patris indultu ac diligenti minime in modum primitiua illa Seraphici Ordinis Reformatio excreuit. Vir quippe erat Religiofiffimus, & maturo præditus confilio. Vita exemplari pollebat: & zelo monaftice obferuan-

tie nitebat. Tandem plenus dierum ac bonõrum operum, diem claufit vitium in Conuentu Occanienfi, an. 1469. vbi honoficè tumulatus eft, fed eo temporis, quo Ecclefia illius loci amplata catuit, euafit. eufdem B. Patris corpus, inde effoffum eufdem ferentiffimo Philippo II. Regis Hifpaniæ, atque ad Maulozum propè locum færo Euangelio folemniter decantando deputatõ tranflatum eft, an. 1563. Apud de eo Marcus Vlyffiponenf. 3. part. chron. min. lib. 2. cap. 17. & lib. 3. cap. 39. Gõzaga fup. part. 3. in Prouinc. Castellæ item in Conuent. 2. 7. 8. 9. 12. 13. & 14. eufdem. prou. item part. 1. vbi de Origine Regularis obferuantiz apud Hifpanos, & in B. B. vixit huius Ordinis. Speculum fratrum minor. tract. 1. in memorial. Ordin. fol. 69. & 70. Telfiniensis lib. 2. hiftor. Seraph. Picquetus in Catalog. vitõr. illuftr. Francifcan.

**B. Innocentij Carpenfis, Confef. c**] Mortem obiit hic vir 6. 3. Dei. in Conuentu S. Francifci Mirandulano: vbi & honoficè feputus eft, plucimis poft mortem claris miraculis. Propter ea, aliquot eius offa, pia veneratione adferuantur in facratio Conuentus S. Francifci *de Villa*. Diocelis Ariminenfis. Memoratur à Gõzaga 2. part. fup. in Conuentu 1. & 16. Prouinc. Bononiensis. Sed hallucinatur, dum ait ipfium migraffe ad aftra an. 1530. cum enim obiit tempore Leonis X. Pap. liquido patet apponendum effe an. 1513. cui 1520. quibus fedebat hic fanctus Pontifex: non autem an. 1530. quo iam excefferat è vita.

**B. Michaelis Volaterrani, Confef. d**] Laicus erat profeflione, & profundiffima humilitate adornatus: feruentique orationi addictus, vnde Deo gratiffimus euafit, & hominibus charus. Cùm autem iam centenarius effer, & Altiffimo rotis vifceribus famulaffet, tandem in bona pace, bonique operibus plenus, quieuit in Domino: Apud Conuentum fancti Hieronymi propè Volaterram: circa ann. 1540. Illius meminerit Gõzaga part. 2. fup. in prefato Conuentu. qui est 13. Prouinc. Tufciz Baretuz fup. lib. 3. cap. 20.

**B. Dominici Confefloris. e**] Ex Obferuantibus ad Capucinos commigrans: nullus eo fanctior habebis eft: cuius gefla defcribit Bouerus, tom. 1. Annal. Capucinõr. ad an. 1551. §. 58. quo obiit, ex Petratio, & Salodienfi.

## SEXTO-DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**C**Atnotæ, propè Alanquerium in Lusitania: Beati <sup>d</sup> Didaci Ariz, Confessoris: Concionatoris eximij: qui doctrina & virtute præclarus: Regularis observantiæ primus fundamens iecit in Portugallia: ac mirifice propagavit. In Gallia, Beati <sup>b</sup> Ioannis Tilleti, Confessoris: Sancti Bernardini Senensis locij: qui doctrina & sanctitate floruit. Apud sanctum Romulum, Liguriz oppidum: Beati Balthasaris à Vigono, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. In villa Pallhaes ad Tagum Portugalliz fluvium, Beati <sup>d</sup> Martini à sancta Matia, Confessoris: Genetis nobilitate, & vitæ sanctitate illustris: Prouincizque Arrabidæ Fundatoris inelyti: qui ieiunijs, vigilijs, & orationi iugiter intentus: solitudine etiam, ac paupertate, miroque spiritus fetore emicuit,

## I V L I I . X V I I .

**B**eati Didaci Ariz Confess. a] Inuenio hunc B. famulans virtutibus illustratum fuisse. Alitur erat natione, vitæ doctrinam, & bonarum artium scientia æquè imbuitus: atque egregius concionator. Qui tanto Regulari studio affectus est, vt cum aliquot annis patribus Lusitanam prædicauit, illic Regiarum oblationum initium dedit: & Conuentus quam præces extruxit: quorum primus fuit sanctæ Mariæ à M. p. p. ad tertium miliare, à Tuscensi Gallæcorum ciuitate: ann. 1391. Item Insulanus, in ipso faucibus Minij flumij, ac inter crispantes vndas, non longè ab oppido, Conuentus, fundauit. Cùm verò in hac Insula aqua dulcis in penuria horretur, neque esset vnde exhaustus possent, inuenit enim laborem esse: & ad bibendum, & ad viuendum, Conuentus petere, atque hac de causa non possent, nisi præterquam pauci fratres incoleere: placuit Vigeni. Quæ quædam culiferis suis prospiceret. Intempta nocte, cùm arctissimus formis B. Didacus Atum completus esset, visus est sibi videre diuina quadam specie puellam, quæ iubet certum quendam Insula locum fossi, fossentem vt aqua petita reperitur. Id quod postero die ad euentus comprobauit: fossio enim loco inuenta est aqua dulcis, quæ adhuc durat, nec vquam postea defecit: Re. quidem miranda, in medijs ferè mans fluctibus, locique arenosis, aquarum dulcium copiam largissimè Virginem Matrem ferens suis suppeditalle. De eo agit Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de origis Regularis Observantiæ in Lusitania. Item part. 3. in prouinc. sancti Antonij Portugalliz, & in 1. 2. & 3. continent. huius loci prouinc. Marcus Vlyssiponenf. 1. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 23. & 24. Tollinamus lib. 3. Hist. Seraph. Vvadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1392. §. 4. v. 19.

**Q**uo autem anno obierit, vel quod locum, quæ sit: non omnino constat. Quidam volunt illum è vita excessisse in Italia dum Romam pergeret: postquam genissimum mortuo consumptus fuisset: & Romæ corpus eius humatum esse: at præfatus Marcus Vlyssiponenf. contendit ipsum diem mortis accepisse in Conuentu s. Catharinæ à Carnata (qui est 13. prædictæ prouinc. ibique sepultum esse. Quod citè vetustissimus est. Iam ipse Reuerendissimus Marcus huius loci scolis nonnumquam fuit, hancque prouinciam, vt minuter secundus prouincialis, rexit: & tan-

dem Episcopus Portuensis in eadem Lusitania creatus est: quare illi magis assentimus. Porro ille Conuentus S. Catharinæ conditus est ab ipso B. Didaco Ariz, an. 1408. distatque passuum milibus duobus ab Alanquerio Vlyssiponenf. Diocesis oppido.

**B. Ioanni Confess. b]** Floruit in Gallia, temporibus sancti Bernardini Senensis, & B. Ioannis Cap Strazi: quorum socius nonnumquam extitit amantissimus: illos in sanctitate & doctrina ad summum imitatus. Agum de eo Marcus Vlyssiponenf. sup. lib. 5. cap. 48. sub. an. 471. Firmamentum tuum Ordin. traçt. 1. in memoriali Ordinis Minor. sub 37. Generali ministro.

**Beati Balthasaris à Vigono Confess. c]** Floruit sanctitate an. 1325. apud Conuentum S. Mariæ de Consolatione, propè sanctum Romulum, in quo diem elausit extremum: cuius corpus, cùm plurimus annus suis terra delituerit, inde casu exhumatum, impure atque in corruptum omnino apparuit, eodemque modo vique impotentiarum perseuerat. Quamobrem non secus ac Beatus, Deoque çparus ab illius patris Iniquissimus veneratur, coliturque. Ita de eo scribit Gonzaga part. 1. sup. in præfato Conuentu, qui est 17. prouinc. Genex Barezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 49. ad an. 1326.

**Beati Martini à sancta Matia Confess. d]** Natione Castellanus fuit: ab inelytis S. Stephani Comitis progenitus: & prouincie Carthaginiens. abunius. Qui cùm peregrinationis ergo, socio illum comitante, Religiosam gloriæ Virginis Mariæ de Guadalupe adisset xdem, obuium habuit inelytum Heroera Ioannem ab Almagro Auzantensem Ducem, cognatum suum: à quo tandem agrorum, rogatus fuit: vt libi Lusitaniam petenti concedi vellet: quandoquidem ei esset eremitiorum in patria, atque in propria ditone, sit omnibus, quæ suo antio infederant, omnino idoneum. Huiusmodi fuit B. Martinus, vni cum præfato Duce ad montem quendam aspectum, saxorum, atque ferè innum, faucibusque Tagi flumij (per quas Oceanum mare ingreditur) imminentem, cui Latine *Arabza*, Lusitanicè verò, *Arabada*, nomen est, peruenit: illumque ad amulum contemplans, præfatum verò Eremitiorum, quod sussem montis lateri adhæret: eius oblationem sibi ab inelyto Duce factam ex animo admittit, an. 1340.

Verùm, cùm ipse alperitiam, ac omnino pauperem §. 6.

dicere vult, p[ro]indeque humani peccati aliis loci subtra-  
dine, quæ fratri socio minus ardebat, ab eo proprium  
prouinc. Carthagensem repente derelictus est, nihil  
tamen exinde perierunt, sed magis, quibusque rigor,  
iugis, vigilis, orationis, castetisque virtutibus studens,  
in insigni moniũ casis. Cuius fama sanctitatis vbiq[ue] p[er]  
Hispaniã diuulgata: BB. Patres Iouanes ab *Aquila*, &  
Petrus de *Alantara* ex prouincia S. Gabrielis ad eum  
inuisendum conuolant: porro, auspicijs prædicti  
Ducis Auerani, & hienus Reserendiss. P. Iouannis  
Calui totius Ordinis Minor. Generalis ministris, vbi  
eremitorium in Conuentum erectum est sub titulo  
sanctæ Mariæ de *Aboda*: cui ipse B. Marimus Guat-  
danus præfuit: ann. 1542. eandem alij Conuentus

constituntur. quorum omnium eam gerens, Cu-  
stodis officium exerceat: sicque Arabiis prouincia  
iuxta habere cepit. Denique Deo tamquam vacare  
cupiens, sique ab omni & conuulz sollicitudine ab-  
horrens se prelatura humiliter abiecit, & in Con-  
uentum sanctæ Mariæ de Consolatione, non  
longè à Villula *Pallares* vulgò nuncupata, se-  
cessit: vbi sanctissimè vitam finit. Hæc ex  
Gonzaga part. 3. sup. in prouinc. Arabidor: & in 1.  
2. 3. Conuent. eiusd. prouinc. Barezza sup. lib. 3. cap.  
18. Rapinzo. In histot. general. ong. Recollector.  
Decad. 8. part. 1. §. 10. & 12. post Marcum Vlyssi-  
ponens. sup. lib. 9. cap. 33. & Iouannem à sancta Maria  
1. part. chronic. prouinciz S. Iosephi lib. 6. cap. 4.

## QVINTO DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**A** Pud montem Libanum in Phœnicia. Beati a Griphonis Episcopi: eruditio-  
ne, humilitate, ac paupertate clarissimi: qui salutis animarum maximè sit-  
tundus, hæreticorum & schismaticorum, præcipuè verò Græcorum & Marroni-  
tatum copiosam multitudinem ad fidem Catholicam reduxit: quibus à Calixto III.  
Romano Pontifice Patriarcha datus: mira vitæ sanctitate eluxit Tercuci in India  
Occidentali, Beati b Iouannis de Aora, Confessoris. Palentiz, Beati c Francisci à  
Fraxinero, Confessoris: qui pœnitentiæ operibus sese continuò exercens, ad bra-  
uium supernæ retributionis tandem peruenit. In Hispania, Beati d Petri à Conym-  
bria, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Orapellæ, in territorio Abulensi, Beati e  
Iouannis de Alcazari, Confessoris: qui humilitate, obedientia & charitate pollens.  
Diuiniq[ue] charismatibus plenus, quieuit in Domino. Segobia, Beati f Antonij à san-  
cta Maria, Confessoris: qui scientia, & virtute præclarus, in Prouincialem electus est:  
ac meritis & sanctitate conspicuus migravit in cœlum.

## I V L I I XVIII.

5. 1. **B** EATI Griphonis Episcopi. a] Gallus erat natione, pa-  
triam Flandiæ, Doctus eximius, & sacre Theol. 1522  
in Alma Parisiensis Vniuersitate Professor: qui cum  
sua regulæ seruandæ desiderio teneretur, ex Patribus  
Conuentualibus ab Obseruantibus se constulit: inter  
quos tanta humilitate emuit, vt omnium in sui admi-  
rationem attraheret animos. Itaque, post nauatam  
non segnem in interpretandis sacris literis operam,  
Religionis voto, Palæstrinam presono Christi Iesu  
erone irrotam lustrauit, & apud Conuentum mon-  
tis Syon demoratus est. Cùm autem totus esset in ani-  
marum salute procuranda: per sepe nuntium Græcæ &  
Arabice litteris vacans, eis perfectè didicit quibus  
fides, Græcos, præsertim Marroitas, montis Libani  
in Phœnicia accolos, P. Francisci *Barrinensis* adiutus  
suffragio, generosa concitacione, & miraculosa solis  
retrogradacione à Deo per ipsum obtena, in sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ fidem præstendam, compulsi. Vi-  
ginti quinque annis ibidem mansit, vt eos in Religionem  
Catholicam firmaret: quo tempore libros aliquot sacre  
scripturæ in eorum linguam transiulit.

5. 2. His na factis expletis, Roman profectus est: vbi,  
eo verè pietatis officio, tantum apud Calixtum III.  
summum Pontificem obtinuit: vt Episcopatus eregus  
sit, & Regionum illarum Patriarcha appellaretur. Ex-  
tinde mare traiecit, Libanum reuertens, & huius no-  
uæ solobis populos sanctissime rexit. Nam paxul erat  
vix sanctitate præditus, paupertatisq[ue] alissimæ  
amantissimus: & quamuis sibi aulterus eisset, alijs ta-

mentissimus erat, & maxime charitatis ergo proxi-  
mum. Ab eo, vbi cotissima homines Euangelico re-  
te pœcandi sperabatur ad futura occasio: iter patans,  
hæc senex, erepus mundo, cælo insertus est, honorum  
operum mercedem accepturus: ann. Christi 1475.  
E multis vnicum hoc illius opusculum: cui Titulus:  
*Itinerarium terra sanctæ*, superest. De hoc agunt Mar-  
cus Vlyssiponens. 3. part. chronic. lib. 3. cap. 38.  
Willotus, Athanasium Orthodoxar. Franciscanor. lit-  
tera G. Toffinianus lib. 3. histot. Straphicæ de scripto-  
rib. Eccles. Ordin. Minor.

Beati Iouanis de Aora, Confessoris. b] Hic vniuersum,  
qui primi in nouam Hispaniam venerunt, ann. 1513. fou:  
qui Sacerdos fuit, senexq[ue] iam cum B. Patre Petro  
Gandaueni Tercucum urbem, ad fidei conuer-  
sionem, venit: pauciq[ue] post diebus discessit. Corpus  
eius in præstans euilidari vni domo repositum est:  
quo vique Conuentus sub D. Antonij Patrauci no-  
mine in hucm prodit. Tunc enim vbi B. Toribio Mo-  
tolino, illius loci Guardiano, ad ipsum translatum est,  
honestoque loco reconditum extitit: quod ab incolis  
eius sanctimoniam maximè venerat. Memoratur  
à Gonzaga Ong. Seraph. Relig. part. 4. in præfatio  
Conuentus, qui est in prouinc. sancti Euangelij, &  
Barezza part. chronic. Minor. lib. 3. cap. 35. sub an.  
1571. & lib. 6. cap. 18. Hilariæ in 1. Colla lib. 1. histot.  
Catholic. pag. 11. Rapinzo histot. General. Ong. Re-  
collector. Decad. 1. part. 1. §. 7.

Beati Francisci à Fraxinero, Confessoris. c] Remedium 5. 4.  
magna

magna cum deuotione pargebatur; carnem iugiter donabat, ieiunij, vigilijs, macerationibus, & orationibus: quibus vix profectus; vt in vita & in morte Deo charus extiterit. Obijt apud Conuentum sancti Michaelis Prouincie: ob cuius virtutes singulares cum celsicolis beatis existimatur. Fleuit circa an. 1700. hęc ex Gonzaga part. 3. sup. in eo Conuentu, qui est 13. p. ouitic. S. Gabrielis, & Conuentu 3.9. eiusdem Prouincie. Barezo sup. lib. 7. cap. 14. ad an. 1575. Raynaro sup. Decad. 4. part. 2. §. 6. & Decad. 8. part. 1. §. 8.

5. 5. *Beati Petri Confess. d.]* I. alius erat, moribus laudabilis, & vita sanctissima, necnon professionis suę zelo, exornatus: robur suum longè ante sibi cognatum alius prædixit; teste Daza, 4. part. Chronoc. Ordin. Minor. lib. 3. cap. 76. ad an. 1175. ex monumentis prouincie pteritis: in qua huc Deo seruus clarus sanctitate.

5. 6. *Beati Iohannis Confess. o.]* Inter laicos fratres habitum sumpsit in Conuentu B. Virginis de Laureta Montfortij (qui est 3. prouincie S. Iohannis Baptistę) non tamen que egi vna cum B. Palchali Baylen ac postea socius de conue B. Alphonsi Lepi. Humilitate admodum clarus, qua se indignum peccatorem palam confitebatur, & aliorum consorcio fratrum meritis persuasum: quos summe palam venerabatur, & conuenter alloquebatur. Sæcularium, maxime mulierum fugiebat: colloquij & cum quibus nec se carum se esse dicebat. Orationi diu vacabat, serpente eccliam & rapto pasciebatur. Silentijs, pauperibus, & obedientijs fuit amantissimus: abstinentiæ & penitentię actibus ceteros antecelluit: sed in charitate & patientia, erga fratres infimos, quoniam curam gerebat, omnino ceteris admirabilis. Septuagenario maior, sanctissime decessit in vita. Vide Iouanem à sancta Maria, 2. part. Chronoc. Prouinc. S. Iosephi. lib. 4. cap. 10. ad annum 1595.

5. 7. *Beati Antonij Confess. f.]* Nobilibus parentibus natus est Placitus, in Extrema Dacia, abhinc uocabilis, virtus, pietatis, & iustitias operam dedit. Mox à soluta oratione, vulgari ac Latina excelluit: Doctoremque in utroque inre euasit. Romanus profectus, illa ob ingenij sagacitatem, multis cameræ Apostolicę munitis præ-

clarè fundus est: donec obtento quodam beneficio, in partem reuocatus est. Rediit in domum eum esset, curę salus animarum, pro suo Pastoralis officio, tanctopere arrium dedit; vt & vix suę exemplo, & bonorum operum exercitio, atque virtutum penè omnino praxi, cunctos in viam Domini dirigeret, verum ipsi haud contentus, nisi & aliorum perfectionis gradum attingeret, seculo valedicens perrexit in Conuentum nostrum *sancti Martini de Angelijs* (qui est primus prouincie S. Gabrielis) vt inibi ad Francicam militię palestram se accingeret. Factus itaque Frater Minorum, quatuor vauitibus, mox vti notum iubet, irraduauerit; nil enim eo humilias, nil obedientius, nil feruentius, ac pauperius. Vix Christi, passiones Domini, & omnium, que pro nobis, in terris operatur est, vel passus, vel iugum semper alia mente habebat repositum.

Romanus ablegatus, pro vico prouinc. S. Iosephi negotijs, & rebus arduis petagendis, illic amicum contraxit cum B. Petro X. vrbis, & Alphonsio Lepo: eiusdem ordinis, notæ sanctitatis viis. His facile societate que peractis, in Hispaniam reuocatur, vbi quasi nouo charitatis igne succensus, alio lohim vertere ardentissimè concupiscit: nempe, in Indian trajicere, & vsque Philippinas, Iaponum, Chinamque nauigare: zelo salus animarum omnino exarsitans. Sed diuina virtute impeditus: breui electus est Muniter Prouinc. an. 1711. Quo in officio, tantis varisque virtutibus, cunctis illustrat, vt eas referre, opus hic labor esset. Eius inuenimus, prouincia diuina fuit in duas: vnamque, in prouinciam S. Iosephi, & prouinc. S. Pauli. In ea enim postrema moram traxit, vitæ que finem habuit apud Conuentum Segobiensem, an. 1602. die 18. Iulij, ætatis lxxvi. quorum quadraginta in Religionem expleuerat, abiqua illa mortalis peccati fide. Eius egregia facta copiosissimè percurrunt Ioan. à sancta Maria, part. 1. Chronoc. sancti Iosephi, lib. 4. cap. 17. §. 8. & 19. nonnulla compulso opuscula: vti, vti in Scraph. P. S. Francisci: vti in S. Antonij à Padua: *Explicum in breuem* super Regulam Minorum, &c.

#### QUARTO-DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**L**ondini in Anglia, Beati Antonij Brorbei, Martyris: qui ob defensionem Catholicę Religionis, in teretrum carcere coniectus, & durissimis cruciatibus affectus, ad vltimum eadem chorda, qua præcingebatur, strangulatus est. In Territorio Lucensi, propè Bargam Tuscię oppidum, Beati Francisci de Barga, Confessoris: vitæ sanctitate & miraculis cõspicui. Sinfonzæ in Mechio ac Canõnico Regno, Beati Petri à Garobilis, Confessoris: admirandę Religionis & obsequantiz viri: qui multis perfundus laboribus in Conuertendis Indię Occiduz populis veneranda canitie, & ingenibus meritis præclarus, ad cœlestia migravit.

#### I V L I I X I X .

5. 1. *Beati Antonij Brorbei, Martyris. a.]* Vix fide in humanis diuinitate hæretis appropinque veritas, Græcam & Hebraicam linguam callens, insignis quo Theologus; qui & Orator in Academia, seu Collegio sanctę Magdalenzę: publicè diuinarum rerum scientiam edocuit: & Londini prædicans in Ecclesia S. Laurentij, atrocem Henrici VIII. Anglię Regis contumacię quo, Catharica Regina repudiata. Animam de se ipsis sibi in vltimam, contra Ecclesiasticam iuram assumpsit, imponere tuo-

bat. Hac de causa, lasciuientis parentisque Regis imperio capitur, in carcere reclusus, quæstionibus acerrimis torquetur: eosque supplicij genere, & neruis & iudicari, toto corpore tortorum vitam immantem distenditur, vt os illi vix hæretet. Incredibile tamen constantia vir Dei hæc pertulit, ad exemplum sui capitis Christi, summo subeundis martyrij desiderio affectus. Interim eo supplicio impotens effectus, atque mutus, quæ nec minus ad os quiescere voluisse, à fidelis ma-

liete, nutritio officio fungente (ex Dei providentia) v-  
 canque sustentatur. At verò post dies viginti quinque  
 carumque mutator, qui cum illa, quam ex D. Francisci  
 instituto gestabat, chorula, in carcere, vbi maxima cordis  
 afflictio necne misera pressus iacebat, in Catholice  
 fidei, & obediencie confessione fortiter permanentem  
 strangulavit. Hæc ex Gonzaga part. 1. Orig. Seraph.  
 Relig. in Martyribus Ordinis Minor. suo xuo ob  
 Christi fidem, in Anglia passis. Item part. 3. in provinc.  
 Anglæ. piqueoto. In Catalog. viros. illust. Francisc.  
 Daça. 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 31. Gra-  
 uina, in *vite Tertium*, part. 2. cap. 24. Quidam asserunt  
 ipsum fuisse ab inimicis prosectum in ignem: quo in  
 cruciatu, pussimum spiritum suo Creatori reddidit.  
 Ita sententiæ Marcus Vlyssiponenſis 3. part. Chronic.  
 Minor. lib. 9. cap. 37. Hilario in Coſta infra. Scribunt  
 verò alij, vt Batezæ 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 2.  
 B. Antonium coniectum fuisse in tenebrosium feti-  
 dumque carcerem: vbi iugem squalore carceris, &  
 maximo caloris æstu, occubuit suffocatus, an. 1518. die  
 17. Iulij secundum Hilanoneum 3. Coſta, lib. 1. Histo-  
 r. Cathol. pag. 162. sed verius die 19. eiusd. mensis. Iuxta  
 Gonzagam part. 3. sup. & Batezæ ac Daçam, an. 1539. licet  
 idem Gonzaga part. 1. sup. ponat, an. 1538. Hoc vis verò,  
 an. 1540. 1. de signis Ecccl. 7. c. 1. sec. 9. & l. 12. c. 12.

*B. Franciscus de Barga, Confess. b*] Ille est, quæ B. Jacob.  
 Papiens, iam moribundum iamque restituit. Nam cum  
 animam ageret, signu crucis super os eius faciens Deum,  
 sic precabatur: *Isus, Isus, Domine mi Isus sine placet res-  
 taurari, & sanctorum obsequio expediri. Amen optima res-*

*ligiosum, servum que vobis fideliter ut finis iam visis meret  
 obire:* quibus votis anuens possimus Deus, illum incol-  
 lam mentem reddidit: magna certe fuit fides atque preditus hic  
 B. Franciscus: qui etiam in vico uiculi patæ vixit testimo-  
 nium, miraculis viuos ac mortuos conuulsit, & vita ex-  
 cessit an. 1489. sepultusque est in Conuentu S. Marie  
 de Gratis prope Barga, qui est 19. provinc. Tuluzæ.  
 De eo Gonzaga ibid. part. 2. lop. Marcus Vlyssipontenſ.  
 3. part. Chri on. l. 7. c. 10. Batezæ sop. l. 1. c. 10. Brotius  
 tom. 18. Annal. Ecccl. ad an. 1488. 5. 12. Daça part. 4.  
 chronici Minor. lib. 1. cap. 28.

*B. Petri de Garabato, Confess. c*] provinc. S. Michaelis  
 erat alumnus, quando in Mechicoanum Regnum  
 apud occidentos Indos iter est aggressus. Qui postquam  
 Indicum ultus patæ idoma (hoc Tarafcum vocant)  
 apprime didicisset, totum se in fidelium conuersionem dedi-  
 dit. Nec tamen frustra: cum infinitos penè idololatras  
 Christi fidem suscipere iussu feruenter conuocibus  
 coegerit: & mille aliquando idola, vno die, vel ignibus  
 tradidit, vel in frusta commouit. Excehilla præ-  
 terea quædam sacrifica, à Mortuis Scandensibus Indis  
 Dæmonebus offert solua, longè eliminavit. Qui tandè  
 senio confectus, meritis opinomus, graui morbo cor-  
 ruptus, animam celo reddidit, Sinzontæ, in Conoentu  
 S. Francisci Floruit an. 1530. memoratur at Gonzaga  
 part. 4. sup. in eo Conuentu, qui est 1. provinc. S. Petri  
 & Pauli. Batezæ sop. l. 3. c. 18. ad an. 1535. Rapnaro in  
 huior. General. Orig. Reculle. Decad. 7. part. 3. §. 1.  
 pag. 167. Matiano lib. 2. cap. 23. Chrouc. Reformat.  
 Daça, sup. lib. 2. cap. 31.

§. 1.

TERTIO DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**A**larisij in Tettitorio Orenfano, Beati <sup>a</sup> Garciz Blandez, Confessoris: qui  
 nobilissima ortus profapia, oratione etiam, ac feruentissimo amore in Chri-  
 stum, pollens: plurimum valuit in salute proximi procuranda. Demum provincia-  
 latus munere laudabiliter expleto; ac virginitate, quam perpetuò illibatam seruauit,  
 & miraculis illustis, excessit è vita. Casinchiz, prope Venzolascam Corficum oppi-  
 dum, Beati <sup>b</sup> Francisci à Venzolasca, Confessoris: humilitate ac pietate spectabilis:  
 qui & signis admirandis viuus ac mortuus refulsit. Vitiolæ in Hispania, Beati <sup>c</sup> Al-  
 phonſi ab Erena, Confessoris: eximie sanctitatis ac perfectionis virt. Volateræ in  
 Hethruria, Beate <sup>d</sup> Andræ de Bandinis, virginis.

IVLII XX.

**B**eati *Cecilia Blandez, Confess. a*] Lucentiz in Gallicia,  
 nobili familia natus est: qui vt exualis vauitibus &  
 illecebris ex pedibus renunaret, Ord. Minor. adhuc  
 iuuenis intravit. Castitatem summopere coluit, orati-  
 onis erat amantissimus; Passions Dominicam la-  
 chrymabundis compassione meditabatur, ex qua con-  
 solationum spiritualium haurire copiam. Sanctis-  
 simam Desparam singulis deuotiose prosequabatur,  
 cuius & frequentè visitatione huius modicum delecta-  
 batur. In concionib. & colloquijs mutus, illius verba  
 tanto diuino amore etiam inflammata: vt corda audien-  
 tium amodo amolletet, traheretque in supernatu resu  
 contemplatione. R adij enim splendidissimi à facie eius  
 emitti iugiter credebantur: quibus & operabatur effica-  
 cissimè, que ceteris persuadebat, & multorum secreta  
 pandebat. Prouinc. S. Jacobi in Gallicia Minis. Prouin-  
 c. extus: & confessus Violanti Castellæ Reginz, Re-  
 gis Alphonsi X. vxoris. Demu vixit castitate, virginitate,  
 & miraculis clarus, obdormiuit in Domino an. 1332.  
 Apud Cono. S. Francisci Orenſis: cuius sacrum corpus  
 postea translatum est ad Monast. S. Claz Alantij (vbi  
 nonnumquam confessorij harum monialium munus exer-  
 cuit): & in altero Ecclesiæ Sacello honorificè recon-

ditum: cuius meritis plura in dies beneficia, miseriors  
 Deus, fidelibus præsertim ipsi monialibus, quarum ad  
 illum deuotio in credibilis est, impertitur. Horum om-  
 niu abundè meminit Marcus Vlyssip. 3. p. chron. Min.  
 l. 9. c. 1. a. 3. Itè Gonzaga 3. part. Orig. Seraph. Relig. in  
 part. Moens. Allantij, quod est 6. provinc. S. Jacobi.  
 Toffin. l. 1. hist. Ser. Marie. l. 17. hist. Ecc. S. Hisp. c. 29  
*B. Fracisci à Venzolasca, Conf b*] Scribit de eo Gonzaga  
 p. 2. sop. an. Cono. S. Franc. Casinchiz (qui est 9. pro-  
 uinc. Coelice) vbi scrib. *m* corpus requiescit: erat autè laicus  
 professione. *Posterius, inquit, B. Frac. à Venzolasca  
 quada humilitate infimo officio perpetuò intendere voluit:  
 quapropter à Deo Opt. Max. amittit vultu largiore, immo in  
 vultu, in quoque in morte, psalteri meruit. Mandatum siquidam  
 adhuc vultu, etiam si signu famina quanda, nomine Mariam  
 Franciscam, legatam à Ambrosij de Episc. Siliem, atque Gregij  
 Venzol. vultu, à gravissima lepra, qua insellectat: & con-  
 fess. Pauli Venzol. à Damone, pedè pharmano x. sui liberanti,  
 Mortuus vero ipsa die 20. Iulij, an. 1370. Mandatum siquidam  
 de Tertio Seraph. P. Franc. Ord. amittit ceteris, postquam  
 oculorum visum restituit: & plurimò à Damone postbe-  
 te, à quibus mortu aliter contagebantur, eripuit. Eadem  
 attestatur Batezæ 4. par. chron. Mun. l. 5. c. 13.*

§. 1.

§. 4.

§. 2.

3. *Beati Alphonsi ab Ereca, Confessoris.* e) Vita sanctitate admodum floruit: qui postquam in Flandria sub vexillis Caroli V. Germanarū Imp. cui ob animi fortitudinem gratissimus extitit, strenuē militasset, sub Christo Regum Rege, in provincia sancti Ioseph, multo fortius, feliciter, atque gloriosius necertavit, ita ut ob eius singularē vitæ perfectionē, atque heroicās virtutes Guardanatus, Custodiariusque orthodoxus sanctus fuerit in quibus tamen iudicabit se gessit, etiam Laicus solammodo esset: atque de Demone humani generis exento hoste illustres triumphos reuerit, diemque clausit extremum ann. Christi 1575. in Conuentu sancti Iohannis Baptiste Vitiolæ, (qui est

3. præfate provincie) vbi & sepultus est. Agunt de eo Gonzaga part. 1. sup. in eodem Conuentu. & Baretus sup. lib. 7. cap. 11. & lib. 8. cap. 61. Rapinæ in hist. general. orig. Recollector. decad. 8. part. 1. §. 11. Gualtus in *usur. Turcorum* part. 1. cap. 14. Iouannes à Sancta Maria part. 1. chron. provinc. S. Ioseph lib. 1. cap. 11. & 35.

*Beati Andree de Boudins, Virginit.* d) Vita & virtutibus claruit in Monasterio Claustralium Volaterræ, quod est i. provinc. Tuscæ. Illius meminit Gonzaga sup. part. 1. ibid. & Baretus sup. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1563.

## DVODECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**L**Vgduni, Octava sancti Bonaventuræ, Cardinalis, & Episcopi Albanensis. Tholozæ, Beati b Oluerij Maillardi, Confessoris: Doctotis, ac Concionatoris eximij: qui totius Cismontanæ Observantæ familiæ iterato Generalis Vicarius electus, necnon Legatus Apostolicus à Summo Pontifice in Gallias directus, tandem prophetiæ dono, religione, ac vitæ sanctitate conspicuus, obdormiuit in Domino: & post mortem miraculis coruscavit. Vixit Salentinorum in Apulia, Beati c Angeli Pelitenfis, Confessoris: summa humilitate, simplicitate ac mansuetudine, in signis. Apud Marianum-montem, in Castellonensî Saltu, Beati d Ioannis à Sillis, Confessoris: ingentis perfectionis atque contemplationis viri.

## IVLII XXI.

1. *Octava Sancti Bonaventuræ.* a) Solemniter agitur in toto ordine seraphico: ex concessione Sixti IV. Summi Pontificis: qui & Indulgentias dedit visitantibus Ecclesiam Fratrum minor. Lugdunensî. vbi sacre illius asseruantur Reliquiæ: scilicet qui intererat officio diuino hæc die ibidem celebrato: vt constat ex Bulla canonizationis ipsius sancti Bonaventuræ. Eius festi memoria recensetur in Breviario antiquo & nouo ordinis Fratrum minor. & Tulliano lib. 1. hist. seraphic in eo.

2. *Beati Oluerij Maillardi, Confessoris.* b) Gallus erat natione, patria Armenicus Britannus, atque prouincie Aquitanie recentioris alumnus: Concisionator famosissimus Theologus Parisiensis: vita & virtutibus clarus: nam & propheticè syderis donatus est: atque huius Cismontanæ familiæ Observantæ, ter Commissarius seu Vicarius generalis electus: nempe an. 1487. in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, in suburbis Tholozæ, item an. 1491. Florentiæ, quæ ad prouinciam sancti Ludouici spectat: & an. 1499. Mechlini in Belgio: qui etiam Apostolica Legatione, ab Innocentio VIII. Summo Pontifice ad Carolum VIII. Francorum Regem Christianissimum, prudentissimè functus est. Denum sanctitate celebris, obiit an. 1501. apud præfatum Conuentum Tholosanum, cuius fama permoti Patres, in Comitibus generalibus Barcinoæ an. 1508. apud Conuentum Beatæ Mariæ de Iesu, in festo Pentecostes habitis, hæc decreuerunt. *Item concedatur quod corpus Reuerendi Patris Fratris Oluerij Maillardi transferatur de loco Capituli, in quo fuerat sepultum, ad capellam nonam in eius honorem fabricatam.* Ibique miraculo consecrare gloriosissimè asseruit, nonnulla scriptis opuscula, quibus ingenij sui Mome

**Beati Ambrosij, Confessoris. h.]** Nascitur Lamalis, §. 10. in extremis finibus Episcopatus Conuonensis, ex patre hærenco, sed matre Catholica & pia. Factus Frater minor, exemplar fuit totius pudicitæ: multumque deditus erat orationi, cui non sine magna lachrymarum effusione vacabat. Cùm autem Diaconus esset, & vigesimo secundum ageret annum, diem clausit extremum, in Conuentu Parisiensi, post deuotam Sacramentorum Ecclesiæ susceptionem: hac die ann. 1578. prout latus testatum reliquit R. P. Yuo Magistri part. 1. Manipuli, seu Oculanij minorum, fol. 10. 11. & 12.

**Beati Stephani, Confessoris. i.]** Ex Prouinciali Min- §. 11. stro prouincie D. Francisci Oberaninum, sit Capucinus: cuius præclaras virtutes recenlet Bouerius tom. 3. annal. Capucior. ad ann. 1580. §. 31. quo obuit.

## DECIMO KALENDAS AVGVSTI.

**I**N Palestina, Dormitio Sanctæ a Annæ viduæ, Matris Genitricis Dei Mariæ. Placentiæ, Beati b Francisci Mayronis, Confessoris: Doctoris cognomento illuminati: vita & virtutibus atque mira eruditione celeberrimi. In Umbria Beati c Baldi Eugubini, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Martyri in Lusitania, Beati d Gundisalvi Marini, Confessoris: qui nobilissimo exortus sanguine, vitæ quoque sanctitate claruit: atque vnus fuit ex Regulari Obseruantie conditoribus in Portugallia. In Picceno, Beati e Iuliani à Fabriano, Confessoris: qui genere, oratione, & virtutum splendore illustris, plenus dierum & bonorum operum sancto sine quieuit. Pinciis in Castella, Beati f Ioannis à Sancta Cruce, Confessoris: singulari abstinentia, pietate & charitate insignis. Alcamii in Sicilia, Beati g Archangeli Calatafimi, Confessoris: qui austeritate vitæ, oratione, & paupertate resurgens: crebris etiam miraculis nunc vsque coruscet. Garacici in Canaria, Beati h Ludouici à Lerma, Confessoris: eximia humilitate, religione, atque signis admirandis gloriosus. Veladæ in territorio Abulensi, Beati i Petri à Valentia, Confessoris. Setabis in territorio Valentino Hispanico, Beati k Petri Nieta, Confessoris charitate, patientia, & oratione admodum eminentis.

## IV LII XXVI.

9. 1. **S**ancta Anna, Vidua. ] Constat ex Antiquis gratissimisque Authoribus, peruersum fuisse Sanctæ Annæ cultum, tam in Orientali, quam Occidentali Ecclesia: vti liquet apud Molanum in notis ad Visardum: & Baronium in annotat. ad Martyrolog. Roman. hac die. Galli id festum maxime venerati sunt: estque de eo Sermo D. Fulberti Episcopi Carnotens. De miraculis sanctæ Annæ Trithemius scripsit, corpus eius magna fidelium pietate colitur apud Aptam Iuliam in Ecclesia Cathedrali: in Phocenii Gallie provincia: qua de re Nostadamus in historia provincie part. 3. sub ann. 299. Pacificus in suis peregrinationibus pag. 140. Galia Christiana, in serie Episcoporum. Aptens. Saulayus in Martyrologio Galliano, hac die, & Reuerendus Pater Ioannes Raballeus Recollectus, provincie nostræ alumnus, in vita Sanctæ Annæ.

9. 2. Illius venerandum caput, asseruati Duræ, quod est oppidum Iulia, ensc. recitatur Molanus sup. cui assentiant Baronius sup. & Gaxenus tom. 2. in vita sanctæ Annæ: quod est intelligendum de quadam portione ipsius caputis S. Annæ. Maior etenim pars, ne tota dicatur, extat in thesauro Ecclesiæ Cathedralis, Carnotens. Nam Ludouicus Blesensis Comes, atque nonus Carnotensis Comes: cum in expeditionem Terræ sanctæ profectus esset, exiit de caput S. Annæ misit in Galiam ad vxorem suam, Catharinam Comitiſſam, filiam primogenitam Radulphi Claronmontani Comitis: vt dono daret, offerretque, suo nomine, prefatæ Ecclesiæ Cathedrali, quod haud signiter prebitum, circa an. Christi 1154. tempore Roberti LXIII. Carnotensis Episcopi: prout obseruauit Sebastianus Rouliardus, vir clarissimus, in Parthena, seu historia Carnotens. cap. 8. §. 4. item cap. 15. §. 9. & Saulayus in Martyrolog. Galliano, hac die. Tuncque pars eius habetur apud Versicampi Abbatiam Dorcæ. Nouioudunens. ab ann. 1490 teste Valuero lib. 4. hultor. Eccles. Nouioudunens. cap. 5.

9. 3. Præterea veneratur Reliquiæ sanctæ Annæ apud

Arelatem, Theca argentea desurata, magnificentissimæque exornata inclulæ, quas vias, & pro pietate osculatus sum anno Christi 1610. Et iam Reliquiæ sanctæ habentur Rothomagi, apud Ecclesiam Metropolitani in capella sanctæ Annæ: vbi & insignis confraternitas erecta est, & hac die, publica, solemnissimaque fit processio generalis, cui interueniunt totius vrbis infantes ac paruuli que sexus, nondum septuages, in albis incedentes. Mitto alias, quæ per Neustram seruantur, eisdem sanctissimæ Choriſſæ Annæ Reliquias, quas in opere, quod de rebus Neustriacis molitur, recensebimus.

De ea autem festiuitate celebris fit officium in nostra Religione Scaphica: recenseturque inter festa propria Franciscana: cum in antiquo ac nouo Breuiario ordin. minor. tum in Missalibus eisdem ordinis ex constitutione Sixti IV. quod vique nunc perseuerauit. Quem quidem ritum Gregorius XIII. Paps, diuino iussu spiritus, Apostolicis suis litteris, datis an. Christi 1584. Kalendis Maij, sui Pontificatus ann. 12. firmavit auxitque: præcipiens nimirum, vt perpetuis futuris temporibus, Beate Annæ dies festus 7. Kalendas Augusti, per totum orbem Ecclesiæ, quotannis recolatur, Romano, & aliis Ecclesiarum Kalendaris addatur; duplexque ei adscribatur. Vide Baronium sup. de Ribadeneiram in vita S. Annæ to. 1. flor. Sanctæ. 26. Iulij. Onophrum in Sixto IV. Porsum trad. 4. triplic. coron. Virgin. esp. 4. 6. 6. Licet enim Pius V. quondam abhulerit ad ordine officij Eccles. D. Rocham & S. Annæ, Præsentationem Virginis, & officium proprium Conceptionis ipsius Desparæ: non ideo tamen, quia aliquid saluum id officium contineret, vel horum Beatorum dei ogaret sanctitatem: sed quia voluit ad antiquum morem reuocare officia: vni scilicet adnotat Carthigena tom. 2. de Arcanis Despar. Virgin. lib. 1. homil. 19. §. 3.

Beati Francisci, Confessoris. b ] Gallus fuit natione, §. 34 ex Citerio les potius Digna oriundus, provincie Phocenensis alumnus: vti probatissimus, scituus & vita clarus

clarus: Beati Iohannis, Doctoris subtilis auditor, scholasticæ Theologicæ caput omnium calculo habuit: diuinarum literarum cognitione ad eum potenter, ut *Doctrina illuminata* & *Arta* nomen, nemine reclamante, obtinuerit. De rebus scholasticis tam multa scripsit: ut à bonè institutis ingenijs amari se semper debeat & colli. Actum, quem vocant Doctores Parisienses Sorbonicum, nobis palatram Theologorum toto orbe admittendam appellare licet, primus sub ann. 1315. instituit & solido die propolitis respondit. In cuius rei perpetuam ætatem, veteri Academiæ consuetudine, prima huius conuersionis diei Franciscano, vltima Dominicanò decreta est: hæc est quod vulgò in Gallia dicitur; *Franciscanus aperit, Dominicanus Sorbonam laudat*. Hunc tanta affectione profectus fuit S. Elzearius, Comes Ariani, ut ascensum cum libi in Confessarium: ac postea inter albulmet manus spiritum Deo reddiderit Parisiis ann. 1323. Paulo post autem, dum Placencie inuocaret, obiit circa ann. 1323. in cuius commendationem R. P. Franciscus *Sanson*, generalis Minister hoc monumentum extulit.

*Conditar obscuro, lumen, res palchra, sepulchro:*

*Doctrinæ hic sacre gloria luxque iacet.*

*Dogmata flete, quibus Franciscus de Mayronis*

*Extremum constat imposuisse manum.*

*Vos quibus arma dedit caelestia, flete Minores:*

*En cecidit vestri firma columna chori.*

*Qui quæ antè excelsis fulgentia sidera Phœbus,*

*Tanquàm alius iuperas lumine Doctor, ane.*

Agunt de eo Tithemius & Bellarynus tom. 7. de scriptorib. Eccles. Sanctus Antonius part. 3. histor. titul. 24. cap. 8. §. 1. & cap. 9. §. 25. Planus lib. 2. conseruata, fruct. 8. part. 1. in Francis. minor. doct. in illustrib. & fruct. 11. part. 2. in virt. eiusd. orô. prouinc. Bonouell. sanctitat. illustrib. item in prouinc. pronuntia, ac Francis. Volaterranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Demophilus lib. 82. hist. Scot. §. 907. Lelandus & Balrus in scriptor. Britan. Gallia Christiana in Ebedumen. Atchsep. Guelinetus in bibliotheca. Simlerus in epitom. eiusd. Georgius Venetus in harmonia mundi Cantic. 2. tono 1. caput. 9. Marcus Vlyssipontis, part. 1. chromie. minor. lib. 9. cap. 21. & part. 2. lib. 7. cap. 3. Genebrardus lib. 4. Chronograph. ad ann. 1315. Gonzaga 1. part. orig. topographic. relig. in scriptorib. illustre. ordin. minor. & in alno Conuentu Parisiensi. Willoms Athenar. orthodox. littera *Francisci de Mayronis*. Galterus in Tabulis Cosmograph. lib. 12. in scriptor. sacris, & euan. lib. memorabilib. Platus lib. 2. de bopo itat. relig. cap. 32. Sabellicus Aeneid. 9. lib. 6. & 8. Spondanus ad ann. 1315. Elzearius lib. 2. cap. 10. Lacti mont. Olyuet. Supplementum ehoronic. lib. 13. ad ann. 1319. Wadinghus tom. 2. sup. ad ann. 1278. §. 36. 1289. 43. & tom. 3. ad ann. 1323. §. 22.

§. 6. *Beati Baldi, Confessoris.* De eo Gonzaga part. 2. sup. in Conuentu Sanctiæ Mariæ de Angelis, (qui est 2. prouincæ S. Francisci) prope Allium: hæc commemorat. *Denique super huius Ecclesiæ reuolunt quædam scripta V. regis gloriosa magis, cuius rotati parua- lina lesus residerit. Hanc seruet atque uerum sitatem, populo- que, qui lætandus non indalgentiarius gratia sempiterni impredicabitur, bene dicentem vidit quidam Baldus Euguimus, reliquæ ex tempore sacro Fratris aduanti voluit: inter quas et laudabiliter, sanctissimæque, quor-*

*quænta. & eo amplius, annis dixit.*

*Beati Gondalsali, Confessoris.* Gallæcus erat, inter optimates nobilissimus atque opulentissimus: aliam vero in quibusdam extruendis Conuentibus consump- sit. Quibus expletis, ordinem monitricum professus est in prouincia sancti Iacobi deinde Lusitaniam petens, vna cum Beato Didaco *Aria*, & ceteris patri- bus inibi, ann. 1392. Regularis Observantia iunctura dedit. Qui postquam multis annis, in summa vix per- fectione Deo delatasset, diem obit extremum apud Conuentum sancti Francisci Meritens. (quod oppidum *Pisanna* nunc appellatur) illicque plurimum annis iacuit sepulchris sub iustura quadam Ecclesiæ, vbi impositi fuerunt eius sepulchro albi quidam lapides, operæ ac expensis Ducis Bragançini, Iohannis I. Lusitaniz Regis nocti, cui cum eodem Beato Gondaloo magnus fuit usus, eiusque vix sanctissimè ad hæc locupletissimus & ceruissimus testis exiit. Postea quidam Guadianans prædixit ædificandi sepulchrum effodi- dit, omniaque iam ossa assumpta repetens, quæ- quid ex illis reliquum fuit, in capsula inelatum sibi Altari maximo præcipui scelli collocari mandauit. Scribunt de eo Tullian. lib. 2. sup. Marcus Vlyssipontis 3. part. sup. lib. 2. cap. 23. & 24. Gonzaga 2. part. sup. vbi de origine regular. Observant. in Portugalla. item part. 3. in prouinc. Sancti Iacobi Conuentu 25. & in prouincia sancti Antonij Portu- gall. ac Conuencu 3. eiusdem prouinciz. Wadinghus tom. 4. ad ann. 1389. §. 4. & ann. 1392. §. 4. 19. & 20.

*Beati Iuliani, Confessoris.* e] Sancta conuersatione exornatus erat; lætus quidem facie, sed spiritus feruentissimus, Deo & hominibus amabilis: orationem maxime excolebat: & nonnumquam sacratissime Virgini Deiparæ, atque Angelorum visitatione dignari meruit. Denique post quinquaginta annos in religione completus, vix curiam sanctissime absoluit, in Conuentu de Monte Annano Prouinciz Marchie: pro- ut testatur Marcus Vlyssipontis 3. part. sup. lib. 7: cap. 37. ad ann. 1302.

*Beati Iohannis, Confessoris.* Mira referuntur de eo, quæ Gonzaga 3. part. sup. de scriptis: vbi de B. quorundam Patrum fuenibus agi; quibus illustrat Conuentus sancti Francisci Piscicorum, seu Valhiol- letani, (qui est 1. prouinciz Concepcion.) his verbis. *Deinde sepulchre Religiosissimi Patris Iohannis à sancta Cruce; vixit vixitque mirabilis abstinentia, oratione, atque charitate præditus. Qui cum post finitum tunc maxi- ma laude per triginta continens annis V. caritatis offi- cium in nobilibus atque Regio Clarissimi Monasterij Tor- disyllano, hinc in loto, (qui 15. millibus passuum distat) ex superis mandata moram traheret; que dæmque Monialis nomine Conuersus, ceteris Monialibus nulli iustissimo agensibus, animam in cubiculo ageret, ab Angelo per amantissimæ fuit, resumpto de facieo vincta- bilis acerrante sibi congrederetur; dumque nil minus cogitaret, agnoscentis oculo appulsi, Conque sibi et pau- nientia et Eucharistia sacramenta ministrasset, atque ad animam usque exhalauimus auspisset, per eundem Angelum, in locum, vnde assumptus fuerat, mirabiliter sub noctis silentio relatus exiit. Id autem non apud Francos, tum quæ apud Mosuales, vna certum est: ut pauulum se inextinguibile, vel minimum excensis vritatem dabitur. Eadem confirmat B.æzzus 4. part. chronie. minor. lib. 1. cap. 49. ad ann. 1326. sed et- roce labitur, dum ipsum B. Iohannem dicit Madem*

mortuam ac sepultum esse. Daça ibid. lib. 1. cap. 33. qui eum simpliciter cognominat à *Crucē*. Petrus Calvus in Defensorio factar. relig. cap. 33. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1248. §. 24.

§. 10. *Beati Archangeli, Confessoris. g.*] Vitam duxit admodum austeram: humilissimus erat, & in oratione frequentissimus; sanctorum paupertatis amantissimus, suarumque regularum verus obsecrator, quibus virtutum Deo maxime placuit. Dni mortuus est Alcamā, in Conuento S. Martini de Iesu, quo tandem beatae virg. finem obtinuit, ibique homatus est: & crebris, tam in vita, tum quoque in morte claruit miraculis. Cuius sacrum corpus Fratres, ad mirantissimas Alcamensium preces, à communi sepulchro educere, ac honestiori narmoreo quo loco recondere, coacti sunt: vbi quotidie ad eius inuocationem multa cœlitus operantur magna. Memoratur à Gonzaga part. 1. in prefato Conuento, qui est 16. prouinc. Siciliæ. Barcezo sup. lib. 3. cap. 21. ad ann. 1540. Daça 4. part. ibidem lib. 1. cap. 28. & 31.

§. 11. *Beati Ludouici, Confessoris. h.*] Habitum seraphicum Lacunæ, in Conuento S. Michaelis Vicōniarum induit deuotissimè. Postea veid Garacicum ablegatus, Conuocatum Dominæ nostræ de Angelis incoluit: vbi tanta humilitate, tantaque vitæ sanctitate, ad vicium usque vitæ habitum perleuerat; vt certissimum sui exitus horam prænosce, atque vultus miraculis clareso meruerit: quorum nonnulla recensent Gonzaga 4. part. sup. in prefato Conuento de Angelis, qui est 6. prouinc. Canariens. & Barcezo sup. lib. 3. cap.

59. sub ann. 1550. Bofius tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 21. Daça part. 4. chronic. minor. lib. 1. cap. 31. Grassia in *voce Turonis* part. 2. cap. 24. Petrus Calvus in Defensorio factar. relig. fol. 296.

*Beati Petri, Confessoris. i.*] Vir fuit admirandæ sanctitatis: qui cum Guardianatus munere fungeretur, obicit magnique in veneratione habetur. Volætz, in Conuento sancti Antonij, qui est 23. prouinc. D. Gabriellus. Illius meminit Gonzaga ibidem part. 1. sup. Rapi-nus hist. general. org. Ræcollector. decad. 8. part. 1. §. 2.

*Beati Petri Netti, Confessoris. l.*] Virtutum veluti compendium se habere visus est. Charitate quippe erga Deum & proximum omnino flagrabat: mira etiam adornabatur patientia in laboribus & afflictionibus. Vir erat obediens, humilis, spiritualis, seruidus, & orationis, ac lectiois assiduus: parentem deidus sibi seuerus, alius veid benignus ac mitis. Missam singulam cum pietate celebrabat, lacrymis suum contínuo irrogans sacrificiū, ut datum valde deuotum *De Oratione Mensalis* edidit in hac. Multa præsentat futuræ maximè auctem sui felicitatis ad Deum transitus diem, in festo S. Annæ, vt optauerat. Sepulcrum nactus est in Conuento S. Onuphrij (qui est 10. prouinc. S. Ioan. Baptiste) non longè à Setabi (vulgo *Xativa*) Cuetariis Hispaniæ ciuitate: vbi sex post annos corpus eius ceptum est integrum. Ita refert Ioannes à S. Maria part. 1. chronic. prouincæ Sancti Iosephi lib. 1. cap. 49. ad ann. 1585. quo floruit.

## SEXTO KALENDAS AVGVSTI.

**L**ondini in Anglia, Beati <sup>a</sup> Thomæ Corti, Martyris: qui pro fidei Catholicæ lutione, vincula & carceres passus, tandem fœditate loci, famisque inedia, & alius diuersis pœnis diu vexatus, ibidem gloriosè occubuit. Bithi in Silesia, Beati <sup>b</sup> Alexij Hungari, Confessoris: vita & miraculis conspicui. In Tuscia propè Podium Bonitum, Beati <sup>c</sup> Francisci à Sancto Stephano, Confessoris: ingentis sanctitatis vitæ. Sanfuerini, in Apulia, Beati <sup>d</sup> Antonij de Ripa, Confessoris: dono curationum illustris. Triocæ in Sicilia, Beati <sup>e</sup> Pauli à Randatio, Confessoris: miraculis clari. Apud Maderam Insulam in Lusitania, Beati <sup>f</sup> Petri à Guardia, Confessoris: qui summa humilitate, obedientia, & charitate pollens: oratione etiam extatica admodum emicuit. In territorio Coriano, iuxta Gattam oppidum, Beati <sup>g</sup> Michaelis, Confessoris: qui post præclara virtutum insignia ad caelos euolauit. Aquilæ in Vestinis, Beati <sup>h</sup> Iacobæ Aquilanz, Virginis, quæ silentio, oratione, signisque admirandis illuxit. Carpi in Insubria, Beati <sup>i</sup> Camillæ Picæ, Virginis: quæ illusterrimo genere nata, vitæ sanctitatem miraculis quamplurimis comprobauit. Tiburi, Beati <sup>j</sup> Euangelistæ à Sublacu, Virginis: humilitate & patientia, insignis.

4. **Beati Thome, Martyris.** <sup>a</sup>] Anglus erat natione, gaudere qualem illa fuit, sed fide ac virtute & zelo Catholicæ Religionis nobilior: qui cum Henr. VIII. Anglor. Regis fruenti am imperatoris eum cogderet, statim à satellitibus Regis, aliisque hæreticis comprehensus, in teterrimum carcerem detrahitur: ubi maximo pædore & squalore, ac fame afflictus, ingratum in carcerem. In cuius hora tantissimam, clarissimam lux oborta totum replens carcerem: quare Rex, aliqui S. viro infelissimus, eo patenti miraculo conuersus, iussit. Martyris corpus sepulture mandari, an. 1537. Agunt de eo Marcus Vlyssiponten. 3. part. chronic. minor. lib. 9. cap. 56. Gonzaga origin. fetaph. relig. part. 1. in factis martyrib. ord. minor. suo xuo, ob Christi fidem, in Anglia passus: & part. 3. in provinc. Angliæ. Bar. 2. tus 4. part. chronic. minor. lib. 3. cap. 1. Daça ibid. lib. 3. cap. 31. Grauna in *Vitæ Thomæ* part. 2. cap. 4. Hilariæ in *Costa histor. catholic. libr. 1. pag. 162.* ex Faustino Tasso in *hæronia* vt temporis. Thoma Bouchiero in *hæronia. Eccles. martyri. Franciscan. obseruat. Sanderi lib. 1. schismat. Angl. Suro, Polina, Sec. Piqueto in catalog. vitæ. illust. Franciscan. Bosio verb. an. 1540. tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. scul. 9. & lib. 12. cap. 22.*
5. 1. **Beati Alexij, Confessoris.** <sup>b</sup>] Claruit ann. 1465. Bichi (que Silesie ciuitas est) apud Conuentum S. Nicolai, qui est 13. provinc. Bohemæ. Illius meminit Marcus Vlyssiponten. sup. lib. 5. cap. 29.
5. 3. **Beati Francisci, Confessoris.** <sup>c</sup>] Vt fuit incredibilis sanctitatis; cui, cum B. Pat. Bernardo de Feltra, montis pietatis in ciuitate Lucensæ erectum meditant, aliquot enas ciuitate tergerentur, ac B. ipse Patre ferè de asseruendo negotio despetaret, Christus Dominus presati montis institutionem absque dubio futuram reuelauit, præcepitque vt prædictum B. Bernardinum hæc de re certiore redderet. Obiit in Conuentu S. Lucehij propè Podium. Bonitum, qui est 6. provinc. Tuscor. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 1. sup. Waddinghotom. 1. annal. minor. ad ann. 1111. §. 13.
5. 4. **Beati Antony, Confessoris.** <sup>d</sup>] Omni virtutum genere eximie ornatus; in quoque miraculorum celeberris, hic sanctus vir laicus: prout testatur Gonzaga 4. sup. in Conuentu S. Bernardini oppidi S. Susezini, qui est 9. provinc. S. Angeli, quæ tunc tumulatus. Latus de eo egit Marcus Vlyssiponten. sup. lib. 8. cap. 39. ad ann. 1514.
5. 5. **Beati Pauli, Confessoris.** <sup>e</sup>] Laicus erat professione: quæ talisque est *Troscenfi*, sine à *Rendatio*: cuius corpus optimo loco reconditur: à secularibus; ob miracula quæ inibi contingunt, in maxima veneratione habetur. Scribit de eo idem Gonzaga sup. in Conuentu S. Marie de Iesu Troscen. qui est 21. provinc. Siciliæ.
5. 6. **Beati Petri, Confessoris.** <sup>f</sup>] Res gestas huius viri Dei corpore referunt Marcus Vlyssiponten. part. 1. sup. lib. 9. cap. 44. ad ann. 1505. Bosius tom. 1. de signis Eccles. lib. 12. cap. 21. Petrus Caluus in defensorio sacrar. relig. c. 40. Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu S. Bernardini insulæ Iguorum, (Hispaniæ *della Madera*) qui est 15. provinc. Portugaliæ: In eo etiam requiescit, prædictus B. Petrus à *Guardia*, laicus pulcherrimus, & omni virtute præditus. Huius S. Fratris tanta fuit virtus austeritatis, acque rigor ad seipsum, tantaque charitas ad proximum, vt vix humana lingua exprimi queat. De eius tamen oratione atque exitu hæc titulum dixerim,

quod per continuos viginti annos, quibus hoc in loco degit, semper seie inter orandum, tapum pateret; & motiens disenteria, coliculis quandam ex se fragrantiam emittit. Diei obitus sui haud ignotus fuit. De eius Apotheosis modò agitur in vrb: teste Waddingho tom. 1. sup. ad ann. 1268. §. 10. Rapineo in lib. sine. general. orig. Recollector. part. 1. præfat. §. 4. et Libello Neapoli impresso, apud Typographiæ Ioan. Roncalioli an. 1616. Daça 4. part. chron. minor. lib. 1. cap. 40.

**Beati Michaelis, Confessoris.** <sup>g</sup>] Laicus erat profes- 5. 7. sus, profundissima humilitate adornatus: cuius etiam ad Deum atque ad proximum caritas inenarrabilis est, diem mortis exoluit in Conuentu S. Marie de Luete Monticuli, qui est 2. provinc. S. Gabrielis. Eius meminit Gonzaga ibid. part. 3. sup. Waddingho tom. 1. ad ann. 1214. §. 21. Daça 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 30.

**Beati Iacobi, Virginis.** <sup>h</sup>] Socia fuit B. Antonie à 5. 8. *Florensi* virg. Floruit circa ann. 1580. in Monasterio episcopis Christi ciuitatis Aquilanz in Aprutio, silentio, obedientia, oratione & vix sanctitate clara, vbi deus spiritum Deo reddidit: atque honorifico tumulo condita est: vbi miraculorum gloria celebratur: quare, cum apud reliquos Moniales, tum ipsoque apud viuaces Amicetæ ciuitatis populos in maxima veneratione habetur. Memoratur à Tulliano lib. 1. histor. fetaphic. Gonzaga 3. part. sup. in eo Monasterio, quod est 1. provinc. S. Bernardini. Barezo sup. lib. 2. cap. 13. ledatus Mateo Vlyssiponten. sup. lib. 7. cap. 15. ad ann. 1490. & Bosio tom. 18. annal. Eccles. ad ano. 1488. §. 13. quo obiit, Valerio de SS. Eremianis ordin. minor. lib. 2. cap. 45. Iacobillo de SS. Fulgus, in B. Paula Fulgurar. 1. f. m. r.

**Beata Camilla, Virginis.** <sup>i</sup>] Hæc nobilissima Heroi- 5. 9. na, illustrius Gilberti Piri, seu Pij Sebouda, Carpenis principis atque filia: quæ imperatoris ab Innocentio IV. Papa Apostolicis litteris an. Christi 1484. ex consilio B. Pauli Stephani Galli (de quo 18. Iunij) Monasterium S. Clare ex obueniente sibi pinguisima hereditate, Carpi encephidum conuix: euocatisque sacro corpore Christi Cremonensi Canobio sex Monialibus 4. Ioh. an. 1500. huic seculo, cuius illecebris prius valedicto, ipsum vni cum illis ingressa est: atque communem Regulam, viuendique modum solenniter professi: quod reliquum sibi vite fuit, sanctissimè transiit. Cumque plura edidisset miracula, corpus eius huiusmodi loco reconditur; & ab omnibus Monialibus & secularibus, pinguius honore colitur. De ea scribit Gonzaga p. 2. in prædicto Monasterio Carpeni, quod est 15. provinc. Bononensi. Barezo sup. lib. 2. cap. 13. Daça sup. cap. 31. <sup>o</sup> **Beata Euangelista, Virginis.** <sup>l</sup>] Religiosissima soror 5. 10. extitit; Monasterij S. Laurentij *Parsi-prna* in vrb: Roana, alumna, quæ etiam vni. cum aliis virginibus est educata, vt Monasterio Tiburtino iunium daret, circa ann. 1543. vbi vix sanctitate pollens, SS. Laurentij atque Hypolliti Martyrum presentia, pluribusque diuini immittentibus, ob profundissimam humilitatem, maximamque patientiam, atque alias, quas summe colitur; virtutes, dignari meruit. Vide Gonzagam 2. part. sup. in huiusmodi Monasterio Tiburtino, quod est 11. provinc. Romanæ.

## QVINTO KALENDAS AVGVSTI.

**I**N Ægypto, Beati <sup>a</sup> Alexandri Ioannis, Martyris: qui ob publicam Christi prædicationem à Mauris & Turcis captus: pluriesque ad varia, sævaque tormenta peripetus: tandem in ignem tertio iniectus, sed nil lætus, gladiis confoditur, & lapidibus obruitur. Falezij in territorio Sagiensî, Beatorum Martyrum <sup>b</sup> Petri, Ioannis, & alterius Petri: quos hæretica rabies, crudelissimis affectos supplicii. immanissimæ neci tradidit. In Italia, Beati <sup>c</sup> Jacobi Manfredi, Confessoris: patientia, & zelo obseruantiz Regularis insignis. Apud montem Odorosum in Apulia, Beati <sup>d</sup> Antonij à Lionella, Confessoris, & Doctotis cregij: qui genere & innocentia vitæ clarus, miraculorum etiam gratia exornatus fuit. Compluti in Hispania, Beati <sup>e</sup> Francisci à Turribus, Confessoris & concionatoris eximij: paupertate, castitate, & abstinentia conspicui. In Castella, Beati <sup>f</sup> Ioannis Ruizij, Confessoris: qui renuntiato Prouincialaru, humilitati, rerumque cælestium contemplationi operam dedit, & sancto sine quæuit. Neapoli in Campania, depositio Beate <sup>g</sup> Sanciz, vtriusque Siciliz, Hierusalem, & Maioricarum Reginz: quæ inclyti Regis Roberti primi relicta, cuncta pro Christo contemnens, Regulam Clarissimarum professa est, in Monasterio ibidem à se extructo: vbi in maxima paupertate & humilitate, cæterarumque virtutum praxi, vitæ cursum feliciter consummauit.

## IV LFI XXVIII.

6. 1. **B**eati *Alexandri Ioannis, Martyr.* 1) Ex Apulia ortiendus erat, siquæ frater lætus apud prouinciarz S. Gabrielis Dicalceatorum in Hispania: diu autem motatus est in Conuentu S. Marzæ de Iesu Saluz: terq; eiusd. prouinc. quo in loco, mira vitæ austeritate, abstinentiâ, cilicio, oratione, spiritusque festiuitate enituit. Qui cùm martyrij desiderio flagraret, in Lybiam profectus est: vbi à Mauris, ob Euangelij prædicationem, crudeliter subibus nudo corpore cæditur, & penè mortuus relinquitur: sed à paulo post, Christo huius iterum publicè prædicationis, lapidibus appetus, fugatus est. Indo Memphim perueniens, ibidem in piorum manu, vultu totum corpore verberatur, iniuriis & opprobriis, fameque maceratus dehinc dimittitur. Ad vitimum iterum captus, in ignem conjicitur, à quo in gulfus, tandem gladiis confoditur, & lapidibus obruitur, ponitur, c. ca. ann. 1533. Hæc quidem breuiter & succinctè referuntur: eo quod non omnes conueniant, in modo, quo hic insignis athleta Christi, martyrij gloriam adeptus sit.

3. 4. **Q**uidam enim volunt bis in Africam traiecit, & tones multa à Barbaris esse peripetum tormenta: primo vna cum B. Antonio *Argentariis*: secundò cum B. Iganno *Zuaza*: tunc erant Hierosolymam profecti, deinde Alexandriam, Memphim, seu Cayrum adierunt: Illucque, post cruciata, variazque supplicia, bimis inuicta consumpti, mortui reperimus in carcere: si Marco Vlyssiponenf. fides adhibenda sit. At ceteri fixæ carnz quidem præfatam B. Ioannem mortuum esse transtunt: sed B. Alexandrum suspectum adhuc fuisse: cùm opera & interuentu cuiusdam Legati Regis Fran-

ciz, per ea loca tunc fortè transeuntis, liberi dimittentur: liber igitur factus B. Alexander, in aliam ciuitatem uer est aggressus: vbi, ob Christi prædicationem, in carcerem detrahitur absque cibo & potu: sed cùm nihilominus ex alta turri magis ac magis conquaretur, sectam Mahameticam condemnans. Inde extrahitur, ignis supplicio peremptus. Vetus semel & iterum in ignem iniectus, nec in aliquo latus: in togum tertio projectus, atque lapidibus obruitur. Addit Gonzaga hunc martyrem, apud Memphim, gladiis Ægyptiorum interitisse. Arguit de eo Marcus Vlyssiponenf. 3. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 32. Baiezus 4. part. ibid. libro secundo, capite decimo septimo, & decimo octauo. Daqui. ibid. lib. 3. cap. 43. & 48. an. 1557. Baptista Molez c. 25. Memorial prouinc. S. Gabrielis. Gonzaga 23. part. ibid. Origin. Seraph. Relig. in prædicto Conuentu Saluz: terz, qui est 6. part. prouinc. Rapinuz in Hist. Generali Origin. Recollator. Decad. 7. part. 2. §. 7. & Decad. 3. part. 1. §. 8. Algairia in Arbore Epilog. c. totius Oudin. Franciscan. Marcanus libro quarto, capite vigesimo octauo. Bonerus tom. primo Annalium Capucinorum, ad annum millesimum quingentesimum usque finem notum, paragrapho primo, & ann. 1531. paragrapho secundo, &c. Vide sup. ad 4. Ianuar. §. 1.

*Beatorum Petri & Ioannis, Martyrum.* 2) Falezium seu Falezia, oppidū est Ducatus Nornicani, Diocesis Sagiensî. in quo extat Conuentus monasticus sanctæ Mariæ Magdalenz: decatus: qui hæreticorum rabie grauius, magna ex parte demolitus est, ibi duo præfati

præfati BB. Concionatores extimj, palmam martyrij obtulerunt. Quorū vniūm erat Mathæus *Prequet*, alteri vero Iohannes *Benoulet* vltimo Petrus *Hœr*, ceteri *Goffroy*, vel *de Greyes*, *de Gibert*, *de Cœrs*, sed meliùs *de Seer*, *Sagenis*. Iuxta Gonzagam 3. part. sup. in eo Conuentu, qui est 27. prouinc. Franc. & Batezzum sup. lib. 4. cap. 24. ad ann. 1561. Daquam ibid. lib. 3. cap. 51. Graunam in *voce Tarentis* part. 2. cap. 24. Idem tamen illiūm fuit præfili Gonzaga part. 1. vbi de BB. martyrib. Franciscanis, suo xuo, & ob Christi fidem passis: vocat primū Beatum Petrum *Præbet*: & de eius facio, atq; quod in forum adductos, sublimiq; trabo suspensus, hæreticis in gymnum circum crucem illudentibus, spiritum gloriosè emiserit. Idem habet *Prequet* in catalog. vitor. Franciscan. Wadinghus tom. 2. anal. minor. ad an. 1288. §. 38. Batezzum item lib. 7. cap. 5. Marcus *Vlyssiponens.* sup. cap. 1. B. *Bosius* de signis Eccles. Deutom. 1. lib. 7. secul. 9. cap. 1. *Hilanon* à *Cœrta* lib. 2. lulton. *Catholac*. pag. 165. *Aligxira* sup.

§. 2. Erat *Isachs*, *Confessor.* ¶ Hic vñ cum aliis BB. patribus, multa q; amaque passus est pro defensione Religionis feruacq; & puritate Regularis Observantia à *Festre Helya*, eiusque sequacibus: à quorum tandem clamum eos viderunt Beatus Iohannes *Parmentis*, electus *Minister* generalis an. 1248. Vide *Marcum Vlyssiponens.* 2. part. sup. lib. 1. cap. 28. *Wadinghum* tom. 1. sup. ad an. 1244. §. 11. qui hunc vocat *Iacobum de Monte Rubens*, loco *Mathæi*.

§. 1. *Beati Antonij, Confessor.* ¶ Hic cum Doctore esset, & nobili genere ortus: illustrior extitit omni virtute, ut que sanctitate, qua semper pollebat. Tanta autem simplicitate & innocencia coram Deo fulgebat, ut aures cæli, & beatorum sibi ad nutum parentent. Tandem miraculis ac virtutibus gloriosus migravit ad Dominum, in Conuentu *Vlyssiponensi* prouinc. S. *Angelij*: teste *Mæro Vlyssiponensi* sup. part. 1. lib. 8. cap. 13. ad ann. 1511. *Bosio* sup. lib. 21. cap. 21.

§. 4. *Beati Iohannis, Confessor.* ¶ Is, dum vixeret, Religiosissimam vitam duxit, suaque status ac professionis osterantissimus eruit. Viram verò aut carnes in v. gentissima in necessitate, nunquam admisit: paupertatem piæ teræ & castitatem, quam diligentissimè coluit. Cuiusque practiceoas Apostolicæ officio seruandus, vniuersim formè *Hospitium*, peragravit, aselidum, aut aliquod aliud iumentis genis nunquam admisit, sed pedes perpenno ne cessit. Passoribus ac qua rultibus libatissimè cunctacionibus, quod buncce *Spiritu*. li pabulo egere eos certò sciat. Complacit autem obiit ann. 1580. Sepultusque in Coniunt *Sancæ Mariæ* de *Iesu* causus funen vniuersæ Complutenis ciuitatis interfecti: cuiusque Beatum, Deoque charum plenus buccis prædicat: atque eius vel habitus, vel crinum aut choræ particulam, non lectas ac sanctas Reliquias accipere contendit. Scribit de eo *Gonzaga* 1. part. sup. in dicto Conuentu, qui est 1. prouinc. Castellæ. *Batezzus* sup. lib. 7. cap. 36. qui vult obfisso in Conuentu S. *Iuliani* de *Caperna*, sed *illudicariæ*.

§. 5. *Beati Iohannis, Confessor.* ¶ Is Occania oriundus erat, qui ne parentum prosequorū, & amicorum inuidiam, molestiasque pareret, us, atque patris latibus longè post se relictis, in *Batezzum* prouinciam, in quoque facit unum seiplosque Religionis habitum induit: ac tandem pro offensione eius, Castellæ prouinciam, que sibi patris erat, utroque iam parente orbatus, cepit, in qua cum per aliquantulum tempore commotus fuisset, stridens vitæ cupidus, ea quoque relicta, ad prouinciam S. *Iosephi* conuoluit: totius *Ministrum* prouinc-

iale in strenuè aliquando egit. Paupertatis Euangelicè fuit amantissimus: necnon egregius Ecclesiasticus. Humilissimus erat, vnde, cum abiens ad prouinciam S. *Iosephi* ministracium à *Patribus*, electus esset, in *Provinciæ* Capitulo, an. 1577. p. apud *Conuentum* S. *Andræ* de *Monte scopè* *Arenas*: vix ab eisdem peraculatam vocatus adijci potuit, ut manus acceptaret. *Coax*us tandem ad ipsum obundum, nunquam quieuit, quo ad ipsi renouacit. Quod cæmen, nollem eius fortior: aut pusillanimitat adhibere: sed potius humilitati, qua maxime præditus fuit. Nam adeo prudenter, & pacificè per annum cum dimidio, prouinciam rexit: vt vix sibi parum ab eius ecclesione haberet. Eo autem onero subiacens, plus austerius: diuinarumque rerum contemplationis inquit vacauit, vique ad ann. 1580. quo, illo putaturo morbo ( qui tunc per ventit: suum orbem graualatur) infectus, ex hac vita ac celestem paciam pererit. Cuius corpus, ut acc conditum in Conuentu *Sancæ Iohannis Euangelicæ* *Turris* *Stephani* *Abeau*, illius memorie *Gonzaga* 1. part. sup. in *Conuentu* 27. 28. 29. & 31. prouinc. S. *Iosephi*, *Rapinæ* *hutor. general.* orig. *Recolletor*, decad. 2. part. 1. §. 11. *Iohannes* à S. *Maria* sup. lib. 2. cap. 30.

*Beati Sancia, Regina.* ¶ Vxor fuit *Roberti I. Regis* *Neapolis*, *Siciliæ*, &c. *Fratræ* S. *Ludouici*, *Tholonia* *Episcopi*, ex ordine minor. assumpti, qui quidem *Robertus Rex*, tercij ordinis *Franciscanæ* erat attemptus, volutque cum habitu minorico, moriens sepelitur in Ecclesia *Monasterij* corporis *Christi* apud *Neapolim* an. 1543. p. ut testatur S. *Antonij* 3. part. *hitor. titul.* 24. cap. 9. §. 16. *Beatus Bartholomæus* *Pisanus* lib. 1. confessor. *fruct.* 8. part. 1. *Marcus Vlyssiponens.* 1. part. sup. lib. 8. cap. 4. §. 1. &c. 49. §. 11. *Wadinghustop* 3. anal. minor. 13. 42. & 1341. *Volaterranus* lib. 21. *Antropolog.* 11. de *Eremitis*. *Gonzaga* part. 1. sup. in præfati *Monasterio*. Anno verò ab obitu præfati *Regis* expleto 316. dies duodecim *Regis*, mundo optans vitam emouit habitam *Reliquias* etiam susceptæ de manu *Remerendissimi* *Patris* *Fortanij* *Vissali*, *Galli*, ex prouincia *Aquitanæ*, tunc *Generalis* locus ordinis, an. 1543. non autem 1566. vt mendicè habetur apud S. *Antonij* 9. 17. sup. qui etiam in ceteris sequendus est: cuius verba haud piget hic apponere. *Eodem anno idem* *Ordo* *Abbatum* *S. Clara* *illusterrimum* *Dominam* *Sanciam* *de* *Mata* *riens*, *Siciliæ*, & *Hierosalem* *Reginam*, ac *in* *hij* *pe* *ca* *sa* *Dominæ* *Regis* *Roberti* *reli* *quias*, quæ ab *seruatore* *pan* *per* *tatis*, omnia *municiana* *contemnent*, in *Monasterio* *S. Crucis* *de* *Neapoli*, sub *prima* & *altiori* *regula* *S. Dominici* *seruatore*, *plagi* *Dominæ*, sibi nihil *tempore* *relin* *quas*, *perpetuis* *famularis*: quod *Monasterium* *viuis* *de* *clericali* *præ* *ca* *sa* *pe* *Fratræ* *mendicatis*. *Eit* *antem* *de* *dit* *in* *audia* *humilitatis* *exemplum*, quod *proprium* *no* *men*, & *tantum* *Regis* *volens* *dimittere*, *eidem* *Gene* *rali* *humiliter* *supplicauit*, *vt* *acceptis* *su* *o* *mnibus*: quod *de* *cetero* *nihil* *Fratræ*, *vel* *Seræ*, *vel* *ca* *sa* *Dominæ* *Sanciam*, *vel* *Reginam*, *sed* *Serore* *Claram*, & *ancillam* *Seroram* *S. Clara* *quod* *fallum* *fuit*. *Hæc* *Dominæ* *Reginæ* *multa* *Monasteria* *Sanciam* *S. Clara*, & *alia* *Ordinis* *non* *sub* *ita*, *ab* *de* *uotum* *in* *ordis*, *confir* *ma* *ta*, *viuente* *adhuc* *conuicte* *quor.* *D. Regis* *Roberti*: & *infra* *ciuitatem* *Neapolitanam* *quatuor* *Monasteria* *ordis* *sub* *ita* *condita* *fuit*, videlicet, *Monasterium* *profatum* *tanquam* *Christi* *(ubi* *Rex* *Robertus* *est* *sepul* *chus*, *sepulchro* *maximè* *culpto*, *signis* *palæstris* *no* *is*; quod *Monasterium* *in* *uicis* *ad* *fructu*, & *redditis*, & *ornamentis*, & *Reliquias* *est* *ditatum* *in* *quo* *ser* *u* *di* *cencia* *Serore*, & *quingenta* *Fratræ* *moras*

§. 6.



*beatæ Conventualiter, Monasterium Sanctæ Mariæ Magdalene: & Monasterium Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, & Monasterium Sanctæ Crucis: in quo, in paupertate & humilitate maxima vixit, & viâ carum fideliter consummavit.*

- §. 10. In eogitur vltimo Monasterio ad vltimū vsque habitum sanctissimi vixit, tenuis, silentio, orationi, aliisque pijs operibus Domino fideliter deseruens, & mortuus anno 1345. iuxta summum Altare sepeliri voluit. Agnus de ea Pharus sup. part. 4. D. Antoninus, Volaterranus, & Gonzaga sup. in Beatia Monialibus 1. tit. minor. & in Monasteriis Corporis Christi, S. Mariæ Magdalene, & Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, item part. 2. in Conuentu Sanctæ Crucis Neapolit. item est 2. provincie Terræ-labotis. Platus lib. 2. de bono stat. rchz. cap. 37. Elzearius lib. 2. cap. 3. facti

mont. Oluet. Grauna sup. cap. 21. De Sillis in cap. 2. Regul. tertij ord. Toffinianus lib. 2. histor. seraph. Marcus Vlyssiponten. sup. lib. 8. cap. 15. §. 1. cap. 17. §. 1. cap. 24. & 49. §. 2. vbi ait hanc Reginarum obiit mulle à Rege marito, loca quædam in Terræ sancta pro Franciscanis Fratribus, quibus & suis expensis Conuentum extruxit apud Montem Sion: que omnia præfatus Rex impetrat à Soldano ann. 1304. iuxta eundem Authorem ibid. cap. 20. §. 2. lib. 6. addit autem libe. 8. capit. 49. §. 1. Monasterium Clarissarum apud Aquisensem urbem in Gallia, fuisse ab ead. Beata Regina Sancia fundatum: quod & Gonzaga confirmat. part. 3. in eo Monasterio 4. prouinc. Sancti Ludouici. Wadingbustom. 3. ad ann. 1337. §. 11. 1343. §. 16. 1344. §. 10. & seq. ex Summontio & alius.

#### QVARTO KALENDAS AVGVSTI.

**T** Arasci in Gallia Narbonensi, Sanctæ Marthæ, Virginis, hospite salutatoris, & fororis Beatæ Mariæ Magdalene, ac Sancti Lazari: cum quibus, post Christi Ascensionem, diuino nutu, commigrans in Gallias, prouinciam Phocensem incoluit: vbi vitæ regularis prima dedit specimina: & post piorum laborum perfectum cumulum, gloriosa tranlit in cælum. Aureliani, Beatorum sex Fratrum Martyrum: qui ab hæreticis incarcerati ac vallati, multisque diebus extrema fame afflicti, tandem in toxicato pane ab illis perfidis extincti sunt. Stampis in territorio Senonensi, Beati Ludouici de Plana, Martyris: qui in persecutione Caluinistarum hæreticorum, pro defensione Catholice Religionis, gladio percussus, ad cælos euolauit. Fugiaci apud Ruthenos in Gallia, Natalis Beati Ademari de Felsinio, Confessoris: qui genere & virtutibus illustis: sapientie, prophetie, ac miraculorum donis magnoperè excelluit. Viterbij, Beati Soldanerij, Confessoris: doctrina & vitæ integritate spectabilis. In Italia, Beati Paulonis à Monte Feltrio, Confessoris, Tertiarij: eximie sanctitatis viri. Puteoli in Campania, Beati Bernardini Perusini, Confessoris: candore & innocentia vitæ conspicui. Florentiæ, Beati Francisci Petri & Gori, Confessoris, & Concionatoris egregij: qui spiritu propheticò, atque signis admirandis emicuit. Apud Campum-Bassum in Apulia, Beati Marci à Bononia, Confessoris: motibus Angelicis & miraculis elati. Corcoron in Sicilia, Beati Pauli à Corcone: Confessoris: qui viuus ac mortuus miraculorum gloria extitit sublimatus. Sergnij, in Apulia, Beati Angeli Storrens, Confessoris, Tertiarij: genere & charitate in pauperes conspicui. Badeiocij in territorio Hispalensi, Beati Martini à Numbela, Confessoris. Mexici, Beati Francisci de las Naucas, Confessoris: qui zelo salutis animarum plenus: multa millia Indorum conuertit ad Christum. Sagunti in Hispania, Beati Anonymi, Confessoris. In Hispania, Beati Francisci Doziechi, Confessoris: prouincie immaculatæ Conceptionis Virginis Recollectorum in Aquitania, fundatoris inclyti: qui humilitate, paupertate, eximiaque charitate exornatus, sancto fine quieuit.

#### IV LII XXIX.

- §. 1. *Beata Martha, Virgini.* Particulari deuotione sæpè sumper veneratus est nosor ordo Franciscanus in Capitulo generali Marsiliæ, anno 1324. sancitum reperio Festum eius agendum esse die 10. huius mensis: vti refert Speculum Fratrum minorum, trad. 3.

in ordinationibus circa diuinum officium. Hinc recensetur inter festa solemnia nostri ordinis ab Authore Firmamento trimum ordinum minor. part. 3. in ordinationibus diuini officij. (Modò autem, et vniuersitas seruatur hæc de ea Virgine Festum cum Ecclesia Catholica,

tholica, 29. hie Julij, vii habetur apud Brevarium & Martyrologium Romanum, ac Gallicanum; quo die Laurentia *Strigata*, Moenialis virgo illustissima, tres Hyomos in eius honorem coecit.

2. *Beatus in f. Martij. b.*] Hominis nominis penitus ignotantur. Passi sunt autem an. 1162. apud Conventum Fratrum minorum Aurelianensium, tunc provincie Turonie; nunc vero provincie sancte Marie Magdalene PP. Recollectorum, ab anno 1600. quo illis datus fuit, auctoritate Clementis VIII. Pap. Agunt. do us Gonzaga 3. part. ong. fersaph. relig. in praedicto Conventu Aurelianensi, qui erat t. provinc. Turonie. Barezus 4. part. chronic. minor. lib. 4. cap. 27. Elzevirius lib. 4. cap. 10. facti mortui. Olyuet. Wadinghus tom. 1. animal. minor. ad ann. 1171. §. 14.
3. *Beati Ludovici, Martij. c.*] Motem gloriosè subit ann. 1368. dum eo tempore, haereticis sacras Stampenium rdes fundicis essentibus, Conventus nuntius in consilio lapidum aereus motus est. Cuius rei memini Gonzaga sup. in Conventu S. Iohannis Baptiste Stampenis; qui est 18. provinc. Francie. *Sub immensitate* (usque) *Hugoniscarum perfessione V. P. Frater Ludovici de Plana, claro natu sanguine, pro Christi gloria, summissimo animo, martyrium complevit, qui erat bonus Stampensium Conventus alumnus, ex quo magno fructu servatus est portatus. Eadem proles relict. Barezus sup. lib. 5. cap. 13. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 1. sup. ad an. 1339. §. 19.*
4. *Beati Ademari, Confessoris. d.*] *Ademari*, cui *Ademarus* nuncupabatur, cognomento, de *Felino*; vel *Felino*; illustri genere natus, patre talice. Domino de Castro-novo, & Monte-novo; oridientemque Iohanneum ingreſsus est apud Conventum Figuerienſem Custodie Ruthenicæ, in provincia Aquitaniae, Dionysii Caturceni. Mirum: quantum profecerit, in via perfectionis, & scientia Sanctiorum. Meditationibus & oblectamentis delectus erat: diuinum Mille sacrificium, sic christianis affectibus, animique dulcedine, peragebat: ut totus videretur in lachrymas defluere. Cilicio, ieiunio, oratione, & ceteris purificationibus, locheque asperitate corpus edomabat: ab obediencia pronptus erat, paupertate maxime colabat. Dono sapientiae, & spiritus propheticè (quibus mylbos abstrusosque facere se penae et lenas religat, & secreta cordium) anderet) admodum pollebat. Maximus etiam coruscant miraculis: nam mortuus ad vitam reuocatus, cæcis visioni testatur, vexatos à demonibus curauit, pluraque alia signa, in vita & post mortem odidit. Floreat lib. an. 1310. Impulsiu, est in praefato Conventu, qui postea haereticorum rabie solo x quatus est. Ita Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratibus minoribus provincie Aquitanie sanctitate illustribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Tollimannus libr. 2. histor. seraphic. Gonzaga part. 3. sup. in Conventu 13. provincie Aquitan. Recentotis. & part. 1. in Beatis viris baulice ordinis S. Antonij 3. part. histor. total. 2. 4. cap. 9. §. 13. Wadinghus tom. 2. animal. minor. ad an. 1290. §. 28. & to. 3. an. 1309. §. 7. Marcus Vlyssiponensis 3. part. chronic. minor. lib. 7. cap. 18. 29. & 30. quod indicat videtur Monachum fuisse Benedictinum, antequam ordinem Franciscanum proficeretur. Piquetus in catalogo viror. illust. Francican. ex Martino lib. 5. cap. 3.
5. *Beati Soldaneri, Confessoris. e.*] Motibus, vita, & eruditione preclarus obit. Memoratur à Pifano sup. in provincia Romana. Gonzaga part. 1. in Beatis viris ordinis minor. Tollimano sup. Wadingho tom. 1. sup.

ad ann. 1216. §. 19. & 1241. §. 19. et Bernardo à Bessa & Mariano lib. 2. cap. 13. & Picqueto sup.

*Beati Ludovici, Confessoris. f.*] *Ludovicus*, cui *Lauda* & *Laudani* vocatur: in maxima veneratione, ob virtutes §. 6. quas operatus, habitus. Illius meminit Gonzaga sup. in Beatis viris Tertulij Franciscan. & Marcus Vlyssiponensis. 6. part. sup. lib. 9. cap. 15. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1242. §. 21. post Mariano sup. c. 25.

*Beati Bernardini, Confessoris. g.*] *Hic* Beatus Franciscus *Papensis* praeclare fore minorum futurum, ab §. 72. eoquetur sancti viri prophetiam, habitum Religionis voluit accipere: in quo tantopere interfuit, circa praecipuum acquisitionem virtutum, ut sanctissime vixerit. Puto illi obit: cuius corpus post Neapolim translatum est, & in Conventu Sancte Trinitatis Fratrum minorum tumulatum: vbi condigno honore venturatur, teste Marco Vlyssiponensi. 4. part. chronic. sup. lib. 1. cap. 57. in vita B. Francisci *Papensis*.

*Beati Francisci, Confessoris. h.*] Ex nobis *Gordano*, §. 8. seu *Tortorom* familia natus: vix fuit deuotissimus, & seu temporis inclytus conuator: super cuius caput, tres micantes stellae inter concionandum apparere, ex quibus tanquam ex certissimo praesagio certissimum sui obitus diem praedixit, adstantique cotone, de longæ gestis praedixit. Fuit etiam spiritu propheticè donatus: quo plures calumnias, pluraque incommoda, quæ certissime subsequuta sunt, tum Romæ atque Florentiae praenuntiavit. Eum produxit nobis Politiana ciuitas, illius tamen corpus, cui praerogati lapidus eius effigie graphice elaborata, a praerogati tribus stellis insignitur superpositus est in Ecclesia Sancte Crucis in Hierusalim Florentiae erecta tumulatum acce: quod & Florentinus, ob aliquam miracula ab eo patrata, in maxima veneratione est. Obit an. 1513. Vide Gonzagam 2. part. sup. in Conventu S. Marie de Fonte Calculo prope Montem-Politianum, qui est 7. provincie. Tullie. Tollimannus sup. Bouetum tom. 2. animal. Capucinor. ad ann. 1514. §. 36. Daçan 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 28. Petrum Calium in Defensionibus Sacrarum relig. lib. 2. fol. 294. Alius est à Beato Franciscano *Neapolitano*, Capucino, signis & virtutibus conspicuo, mortuo an. 1577. cuius Sensus per Aduentum praedicas, teste eodem Boueto.

*Beati Marii, Confessoris. i.*] Fuit vique sanctissimus, §. 9. atque Angelicis moribus præditus, necnon & plurimum illustratus miraculis, sepultus in naclis est in Conventu Sancti Iohannis Campi-Bassi, qui est 6. provincie. S. Angeli. De eo scribit idem Gonzaga ibid. part. 1. Dmetius est autem ab eo, cuius nomenius sup. ad 27. Maij.

*Beati Pauli, Confessoris. l.*] *Hic* dum habitavit, mortemque obit in Conventu S. Marie de Iesu Corleoneus: qui viuens atque mortuus plurimum claruit miraculis: vti huius Corleoneus ciuitatis populus facillimè testatur; qui nedum ad eius corpus, sed & ad indumenta, ut uno & ad sepulchri pulueres, maxima fertus deuotione. Agit de eo Gonzaga in praefato Conventu, qui est 13. provincie. Sicily. & Daça 4. part. sup.

*Beati Angeli Stronci, Confessoris. m.*] Vir fuit illustrissimus, simul atque pulcherrimus, oppidi Calki Petozi-ffim temporalis Dominus, & Tertij ordinis philosophi alumnus: cui Beatus Pater Franciscus, pridè quàm ex hac vita migraret, apparuit; ceteroque condonacione suorum peccatorum, ob eximiam charitatem, in Christi paupere exercitum, ac diuina dispensatione, reuelauit. Tumulatus est Sengui in Conventu Sancte Marie de Grauis, qui est 19. provincie. S. Angeli. Ita Gonzaga sup. in hoc Conventu.

- §. 13. *Beati Martini, Confessoris.* \*) Clauit vite sanctitate an. 1170. apud Conuentum sancti Gabrielis Badoeniensis. qui est 12. provinc. S. Gabrielis: de quo scribit Gonzaga 3. part. ibid. & Daça sup. lib. 1. cap. 76. fuisse penitentem, abstinentem, & orationis valde deditum, nonnullique miracula in vita edidisse.
- §. 14. *Beati Francisci, Confessoris.* o) Hic ex Conceptionis provincia cum sex aliis Fratribus ab Imperatrice, & Regina Hispaniæ, Elizabetha, missis an. 1518. novum Hispaniam venit. primus omnium, eos Indos, qui *Populaca* nuncupantur, an. 1540. dimo lauacro tinxit: quorum duobus mensibus plusquam duodecim millia baptizati sunt. Cùm autem Conuentus S. Iacobide *Tasulca*, con *Trasnilca* Guardianus esset, Mexicanique aduenisset, illic mortuus est ac sepultus an. 1578. iuxta Gonzagam 4. part. sup. in Coniuentu Mexicano, qui est 1. provinc. S. Euzangelij. Marianum lib. 2. cap. 35. chiron. Reformat. Non autem in Coniuentu prefato S. Iacobi, vt placet Barreto sup. lib. 7. cap. 26. ac Rapinzo hist. gener. orig. Recollect. decad. 7. part. 3. §. 4. Daça verò 4. part. chiron. musoc. lib. 2. cap. 35. locum tacet.
- §. 15. *Beati Anonymi, Confessoris.* p) Ille est, cuius animam B. Nicolaus *Palaz*, dum Valentis orationem vacaret, inter Angelorum choros conspiciens: qui in Coniuentu S. spiritus sancti (qui est 7. provinc. Valentis) è visis excesserat. Ita Gonzaga 3. part. sup. in Coniuentu 19. eiusd. provinc. Valenti. Barrezo, & alij, qui res gestas prædicant B. Nicolaus descripserunt lib. 35. Dec. 6. *Beati Francisci Dozerebi, Confessoris.* q) Gallus erat natione, in Aquitania natus provincie Aquitanicæ Antiquioris: in qua multus perfructus est orationis manus.

Raphael Bradom: equidem à Dæmonibus miserimè afflictus, atque ad eius sepulchrum adductus, spiritibus huiusmodi nequissimis preceps prostratus, suisque Tartareis fides recipere compulsi, liberant. Quapropter Cuius quilibet habent Dæmoniacos hanc locum piete compellunt.

- 4- **B. Ignatii, Confess. d.]** Sacerdos erat ac Concionator egregius, qui à Mario Capucinorum Generali in Cretam, quæ Candia hodiè nuncupatur, sub Commissarij Generalis titulo missus, ut ea in Insula Religionem propagaret: illustris ibi clarioris virtutis ac sanctimonie testimonia præbuit, vir quidem ingenio admirabilis fuit: Græcæ atque Hebræicæ linguæ optime callebat. Qui cum & diuini verbi predicatione, ac coc-

lestis vitæ institutione totam ferè Insulam ad pietatem perduxisset, atque inde Cretenfis Apostoli sibi apud eos populorum nomen comparasset: Ganæ mortale corpus deposuit, circa an. 1570. post obitum verò, tot corpis consicere miracula, ut ob eorum numerum & magnitudinem, maximamque populi venerationem, plures lampades ante ipsius sepulchrum accensæ sint & appensæ. Vide Bouerium tom. 1. Annal. Capucin. ad ann. Christi 1569. §. 51. & 53. ex M-S. provincie Marchie.

**B. Catharinae Alvarez, Virg. c.]** Summa humilitate, castitate, & oratione prædita: obiit Alcarazij in Monasterio S. Marie Magdalene, quod est 8. provincie Carthagenens. ius. ta Gonzagæ ibid. part. 3. sup.

## QUARTO NONAS SEPTEMBRIS.

**B**eatus in territorio Fulginesi, passio Beatorum <sup>a</sup> Jacobi & Philippi, Martyrum. Magduni in territorio Aurelianensi, Beati <sup>b</sup> Iohannis, Tuedriqui, Martyris: qui in persecutione Hæreticorum Calvinistarum, plurimis exquisitisque pœnarum generibus afflictus, demum crudelissima morte, illustris martyrij cursum confecit. In Italia, Beati <sup>c</sup> Alberti Pisani, Confessoris: pietate, doctrina, & zelo Regularis Observantiæ conspicui: qui ob ingentem vitæ perfectionem, Prouincialatus munere functus est in Anglia, Germania, & Hispania, ac tandem totius Ordinis Seraphici Generalis electus, breui post tempore ad beata præmia migravit. Fabri, in Picæno, Beati <sup>d</sup> Maximi Zanzalini, Confessoris: vitæ & eruditione insignis. In Mexico, Beati <sup>e</sup> Iohannis Oforij, Confessoris: qui generis nobilitate, humilitate, atque oratione pollens, sanctissimè obdormiuit in Domino.

## SEPTEMBRIS II.

- 4- **B. Beatorum Jacobi & Philippi, Martyrum. a.]** Scribunt de eis Marcus Vlysioponensis 2. part. Chron. Minor. lib. 9. cap. 33. §. 3. ad annum 1377. Wadingus tom. 4. Annal. Minor. eodem anno §. 1. & 2. & 1390. §. 9. Iacobillus de SS. Fulginitib. hac die, in vita eorum, ex Actis M. S. B. Jacobi à Beauigno, Dominicani. Nam cum tyrannidem Tricisij de Trinitate, magna constantia decertarent, & Beatus in publico foro, modo populam ad tollendam à Deo scississimam pro peccatis vindictam, pie hortaretur: modo tyranno crudelitatem, & innocentem in insulam oppressionem audacter objicerent: à satellitibus, verberibus opprobriisque detectos, Tyranni iussu, alij occiderunt vel vesperam huiusce dies, an. 1377. quorum corpora ignominiosè ad aliorum terrorem proiecta, decreuerunt die sequenti proijci in prohibentem flumem Toppini. Ille verò, in cuius conspectu pretiosa est mors seruatorum suorum, noluit sine honore in aquis sepechi: verum quibilibet nature immutato ordine, contra impetuosi cursum fluminis ascendere fecit arcam, in qua iam à plis virtus condita erat eorum corpora, vique ad Pontem à sancto Magno nuncupatum, line vellis, vel ramis, aux ductore aliquo. Quod miraculum ceteris vix non pauci, Arcam ad lucus traierunt: de radiceque optreulo, viderunt sacra corpora religiosè compocita, recenti valere hiantia, & suauissimum odorem spicantia, quibus signis iudicarent, pios viros propter iudicium occupasse. Re delata ad Fulgines, Clerus obuiam processit, & funebri pompa, ea in vrbem, mox ad Ecclesiam Cathedralen S. Feliciani deduxit. Sed præ fortibus opposuit hæretici: nulla enim vi arte vel industria Tem-

plo huic potuerunt inferri. Interim insolito cinnitu, nullo trahente, resonant campanæ zdus Francicæ: quibus miracula non immerito crederent omnes satis persuasum ini, his Martyribus deberi sepulchrum apud sui iudicium confodales. Illuc proinde directæ totius populi & Cleri supplicatione, magno honore in sacello ad dexteram Altaris præcipui, Nobis tanulo condita sunt: vbi in hunc diem fidelium patet veneratione. Paulo post, vitus est Dominus sanguinem seruatorum suorum: perit enim mirabiliter Tricisij & fenestra præcipitatus, & carnifices auctores, qui gladio percusserunt, gladio perierunt.

**B. Ioh. Marty. b.]** Hic cum esset prædicator eximius, & sæptè in oppido Magduno concionaretur: ab hæreticis tandem comprehensus, & atrocibus excruciatu tormentis, pro fide ac Religione Catholica, martyrij coronam, constantissimo animo excepit, circa an. 1572. Memorat à Gonzaga part. 3. Origin. Seraph. Relig. in Consuetu Magdunens. qui est 13. provincie Turon. Pictamen.

**B. Alberti, Confess. c.]** Dùm Seraphicus Pater S. Franciscus semel atque iterum Pisis prædicaret, plures suæ adscriptæ militiæ, sed præ ceteris notiores B. Agnellus, ius Angelum Pisatum (de quo sup. 11. Martij) & Albertum etiam Pisatum (an. 1291. quos idem D. Franciscus postea ablegauit in Galham, ann. 1216. undèque in Angliam, vbi B. ipse Angelus, primus Prouincialis Minister factus, succedens habuit in eodem muore hunc B. Albertum, focum prius amanatissimum, an. 1219. Hinc euocatus in Germaniam ab eodem Patre D. Francisco, iussus est B. Casario Spicellus (ds eo 1. April.) in Ministrum Prouincialen Teutoburg,

Teuchoniz an. 1213. à quo tamen absolutus an. 1227. tandem Hispaniz Provincialis electus est: & ad totius Ordinis Generalium assumptus an. 1239. & à Pont. Max. Greg. IX. confirmatus, in Capitulo Generali Romæ celebrato. Vit fuit verè probus, & vndequaquo perfectus, magni zeli & virginis ad res magnas obeundas à natura factus; sed intra paucos menses consummatus in Broui, expleuit tempora multa, diem vltimum claudens eodem anno mense Septemb. circa festum Natiuit. Virg. Mariæ, cuius mortem ouo solum planxerit vniuersus Ordo, & ipse Pontifex, qui hominem valde dilexit. A gunt de eo S. Anton. 3. part. histot. Timl. 24. cap. 7. §. 1. & esp. 9. §. 2. Peregrinus Bononiens. in excerptis Ordin. Minor. M. S. Marianus lib. 1. cap. 7. §. 21. cap. 11. 12. 13. Chronic. Saxon. M. S. ad an. 1223. & 1227. Bartholomæus Pifaos lib. 1. conformitat. fruct. 3. & 11. part. 1. in ptouine. Franciz & Angliz. Item in Generalib. Minoris. Firmamentum triup. Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis, & Speculum Fratrum Minor. part. 1. ibid. Toffianius lib. 1. histot. Seraph. ibid. Marcus Vlyssiponen. L. part. 1. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 31. & part. 2. lib. 1. cap. 6. Gonzaga part. 2. sup. vbi de Generalib. Ordo. & 3. part. in ptouine. Saxoniz S. Crucis: & Argentinens. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1211. §. 25. 1216. §. 3. 1219. §. 31. 42. & 43. 1223. §. 23. 1227. §. 4. 1239. §. 7. & 8.

5-4. Succellatorem fuisse B. Iohanni Parenti in Prouincia-  
latu Hispano, asserit Wadinghus ad an. 1211. §. 25. &  
1239. §. 7. quod non omnino negamus. Nam B. Iohan-  
nes de *Plano* Carpini susceptus est huiusmodi B. Iohanni  
Parenti, non B. Albertus, vt & ipsemet Wadinghus

faciat, ad an. 1210. §. 16. ex Chronico Saxon. M. S. circa tempus & modum electionis B. Alberti in Generalium: errat etiam Toffianius, scribens eum an. 1236. absentem Angliz Prouincialem electum fuisse: quem tamen antiquiores auctores voluit adfuisse an. 1239. pto sui officij ratione in his Comitibus Generalibus, vbi & primam Missam cantauit. Vnde Wadinghus ad an. 1239. parag. 7. Rexit Ordinem tribus mensibus, & paulò plus, nempe, à 15. die mensis Maij, vsque ad initium mens. Septembris: vt proinde ratiendi sint, qui illi 4. aut 6. menses, & amplius tribuor. Postremò hic B. Albertus longè alter est ab alio illo Alberto Germano, Stadenis prius Benedicino Abbate, deinde Minorita, & historico: quos tamen Willotus in Athenis Orthodoxos Franciscan. & Posseniuis in suo Apparatu, perperam confundunt: provt rectè annotauit Wadinghus sup. ad an. 1239. parag. 32. & 1240. §. 4.

B. Maximi, Confess. d ] Memoratur à Chronico Fabrianensi M. S. ad an. 1268. & Wadinghus tom. 2. sup. eodem anno, parag. 3. inter præcipuos illos pios viros; qui Fabriani doctrina & sanctitate claruerunt: quippe, qui ultra sanctam vitam, in liberalibus artibus, sacra Theologia, & Iure Canonico optimè versatos esse.

B. Ioan. Oforg, Confess. e ] De hoc nobilissimo atque sanctissimo Laico Religioso, scribunt Gonzaga part. 4. sup. in Conuento Mexicano (qui est 1. prouinciz S. Euangelij) quo vitam finit an. 1581. eum habitum Ordin. Franciscan. indussit an. 1541. Barceus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 42. Marianus lib. 2. cap. 37. Chronic. sicutior. Obseruant. Reformat.

## TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

**V**iriz in Neustria, Diœcesis Baiocensis, Beatorum a Martyrum Iuliani Magnesi, Iohannis Bunij, Guillelmi Montani, Iohannis item Merensis, Diaconi: qui post ludibria, aliaque hæreticis perpeffi supplicia, illustre martyrium pro defensione Sedis Apostolicæ subiere. Mesuracæ, in Calabria, Beati b Petri à Belcastro, Confessoris: eximie simplicitatis, humilitatis atque sanctitatis viri. In monte Arenarum, Diœcesis Abulensis, Beati c Iohannis de Iesu, Confessoris: qui humilitate, abstinentia; necnon silentio atque patientia adornatus, cum Domino virtutum, viuit in gloria. In Hispania apud Monasterium Ciuitatense, Beate d Hadabonz, Virginis: quæ charitate, oratione, omnique genere virtutum clara, miraculis continuis elucet.

## SEPTEMBRIS III.

5. 1. **B**eatorum Iuliani Magnesi, &c. Martyrum. a ] Nobilis fuit Sacardos B. Iulianus Magnesi, qui ab Hugonoticiis hæreticis Viriæ comprehensus, ac plurimis primò in iurijs, grauissimisque tormentis exagitatus, suscitatus tandem in Domino obdormiuit. B. verò Iohannes Bunus, Sacerdos & Concionator eximius, eorumdem hæreticorum gladius confossus, diem clausit extremum. B. Guillelmus Montanus, siue de Monte Magno, insignis prædicator, ab ipsismet Calaniensis captus, atque natus, susculsus truncatus, postremò repetitis bellicorum tormentorum ictibus

confossus, & laqueo suspensus animam exhalauit. At B. Iohannes à Meer, seu Merensi, Diaconus: sub eorumdem manibus perfidorum, post plurima perpeffa ludibria, martibus, maxillis, naribus sibi præcisus, in rapidum flumen proiectus, ibidem tormentorum gladius confossus, vitam gloriosè finit. Horum illustre Martyrium commemorat Marcus Vlyssiponen. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. capite 59. Faustianus Tasso in histot. sul temporis. Thomas Boachietius in histot. Eccles. Martyrum Obseruantionum Fratrum Minorum.

§. 1. **B. Eati Guillelmi Gandani, Martyris.** a] Popponis filius erat, à patria autem *Gandano, Gandano*, siue *Gandano* cognominatur. Hic prodiit ex Consensu Louanensi fortis athleta Christi, qui tametsi Louanii processus non fuerit, tamen lude fluidiorum causa multus, pietatis feminam bona sui peccatoris terra suscepit, quæ suo tempore, anno videlicet 1572. sub Geuziorum hæreticorum persecutionis rabie, gloriosum martyrij fructum palliatur. Nam Gertrude Berga, Hollandij oppido, à sibi ipsi hæreticus capto, sub finem Augusti, eiusdem anni 1572. comprehensus est ipse B. Guillelmus: qui alapis & pugnis in faciem cæcis, ac opprobriis & ludibrio veraxus: in retoricum, fœdendisque carcere conijciatur, quo in certamine in quantum viam diem, qua de morte triumphum egit. Ita continuis precibus, pulque colloquiis (quæ cum suo quodam B. Ioanne *Versifouge*, Tertiano, conceptivo mucebat) die nocturne ita spiritum roborare satagebat: vt voci compos factus, nullo pñcorum martyrum censendus sit infensior, quemadmodum passionem eius legenti (quam breuitati studens ornato) scilicet liquet. Viocienda manus libentissimè protulit, quas licet impus ita sicuti fanthus alligauit: vt ex omni parte sanguis distilleret. Ductus ad supplicium scalamque com ascendisset, dixit: *Domine, dimitte illas, quia nesciunt, quid faciant*: choragæ sui et tanquam immirrente: septè ea verba eruditus: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*. Sicque preteat, fide, eruditione, ac constantia, patientiaque clarus, sumam suspensio complecti seipsum enatus martyricum, die 4. Septembris, feria sexta: in hoc etiam suo Redemptori conforis. Historiam scripturam complexus, illiusque alij fuerunt memores: nempe Guillelmus Estius lib. 4. Arnoldus Swanus, cap. 19. Gozaga 3. part. Origin Seraph. Relig. in Consensu Louanensi, qui celsi. prouinc. Germanz Inferior. Item part. 7. in facis Martyrb. eiusdem Ordinis, in eadem prouincia apud Belgas, ex Raula in Auctario ad Nates Sanctos, Belgij, hac die, ex 2. Decadis lib. 4. Petri Opmeert. Daça 4. part. Chronic. Minor. libro tertio, capite 70. Henricus Sedolus in histor. Seraph. sub fin. Faustinus Tasso, hist. sui temporis. Thomas Bouchierus Eccles. hist. Martyr. Francican. Obseruanc. Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 1. 2. 3. & 4. Hilarion à Costalib. 2. histor. Cathol. pag. 366. Picquetus in Catalog. virot. illust. Francican. Bosius tom. 1. lib. 12. cap. 12. Toffianus lib. 2. hist. Seraph. Fernandus lib. histor. Eccles. 3. cap. 40. Grauius in *voce Turris*, part. 2. cap. 24.

§. 2. **B. Petri de Almona, Confess.** b] Aduertendum est anno Domini 1192. orto schismate in Romana Ecclesia, & bellis ingruentibus inter Castellæ acque Portugalliz Reges, aliquot Gallicos atque Castellanos Patres Lusitaniam venisse: hac nacta occasione, ad reformandum Ordinis Franciscanij statum, ex edificandisque aliquot xdes Obseruancz. Qui proinde meto, dica pœuerunt fundatores strenui, atque propagatores primarij Regularis Obseruancz in Portugallia exterræ. Inter quos locum haud vltimum obtinuit hie B. Petrus *Almona*, seu *de Almona*, professione Laiicæ: cuius opera, extructi sunt Consensus S. Franciscæ *de Oreni*, non longe à vrbe Viuonico: & Con-

uentus S. Antonij à *Casbahera*, Diocesis Vlysioponensis. Atque iam fenox& prouicte eratis, in Galliciam, vnde ornatus erat, cum licentia Superiorum reuerfus est: in quo sancto fine quiescit. Agunt de eo Marcus Vlysioponens. 3. part. Chironia Minor. lib. 7. cap. 23. & 24. Gozaga sup. part. 5. vbi de Origine Regularis Obseruancz in Portugallia. Item part. 5. in prouinc. S. Antonij Portugall. & in Consens. 5. & 7. eiusdem prouinc. Toffianus lib. 2. hist. Seraph. Wadingham tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1192. §. 6. & 23. *B. Mañibij Aguilans, Confess.* c] Hic etiam Laiicus est processus, qui vir humillimus, summeque simplicissimus, atque adeo io ostensione, Diuinoque mysteriorum contemplatione assiduus, feruensque fuit, vt sapius à terra eleuatus, aëricque tantum innoxus à fratribus visus sit: quamobrem Deo gratissimus extitit, prout & rei euentus comprobauit. Nam vix sanctissima illa anima eius corpus defuerat, quando innumera miracula, in miserorum solatiu, coram frequentissimo cœcu, qui ad eius funerals conuenerat, coruscare cepit: sepultusque est Aquilz in Consensu S. Iuliani, qui est a. prouinc. S. Bernardini. Memoratur à Gorzaga ibid. part. 3. sup. & Barezus sup. lib. 7. cap. 9. sub an. 1216. Melchiorum illum appellante: sed malè: vt patet ex libello de vita illius à B. Bernardino de Fassa scriptu. Marco Vlysioponens. 3. part. sup. lib. 8. cap. 44. an. 1517.

*B. Rosa, Virg.* d] Virginitas & miracula præclata enasit per Italiam, præcipue in Tuscia lunde Virginis Tertiariæ memora. Plures de ea extant Leges MSS. & excusa, sed lectus authenticus. Viniam scripticæ Hieronymus Victorius, Canonicus Viterbicus, quæ ait mortuam esse mense April: lude agnunt de ea tolemnia, & cantu Mistra propia Viterbij 4. Septembris, quo die à primo sepulchro celebiter translata est ab Alexandro IV. ad xdem sanctiunoponiam Diuinitatum, quæ ea de re Ecclesia S. Rosæ cognominatur. Agunt de ea, Septembr. 4. Martyrolog. Rom. Baronius ibid. in Annot. Martyrologium Ordinis. Præd. Philippus Ferrarius in Catalog. SS. Italiz: & in Topographia Martyrologij. Toffianus lib. 1. sup. Gozaga part. 1. sup. in BB. Fœderis Tertianz Francican. Marcus Vlysioponens. part. 1. sup. lib. 9. cap. 25. & part. 2. lib. 2. cap. 15. qui vltipfam obijisse circa an. 1261. Bzinius tom. 13. Annal. an. 1254. Baronius vbi de penuentis vsque ad tempora Alexandri Pap. IV. At constat mortuam esse an. 1251. vel 1252. tempore Innocentij IV. quod latè probat Wadingham tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1252. §. 6. & seq. ex literis Pontificis, incipiunt, *Sicut in Sanctis suis*, sub Datum Perusij 7. Calend. Decemb. an. 1252. eiusdem Innocentij IV. an. 1252. pro mæculorum omnes processus efferrando: quarum etiam meminit Casconius in eod. Pap. Eadem fecere postea ipse Alexander IV. & Calistus III. Alogzera de ea, in Arbore Epilogica totius Ord. Francican. Salazar lib. 6. Chronic. prouinc. Castellæ cap. 21. Wadingham tom. 1. sup. ad an. 1236. §. 19. Syluenerus Razzl in vits SS. Ehrtrulcor. De Siliis in cap. 1. Regul. Tertiarior. ex Bulla Pauli III. Pap. Marulus lib. 4. histor. Sacrar. Relig. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. sup. Regul. Tertiarior. fol. 38. De Bullis a. part. Rosarij Quadragesimal. fern. 17. part. 2.

## NONIS SEPTEMBRIS.

**T**Vrringæ in Perfide, Beati <sup>a</sup> Gentilis à Matelica, Martyris: qui pro Christo à Saracenis occisus est. Sanseuerini in Piceno, Beati <sup>b</sup> Peregrini à Faletono, Confessoris: Setaphici Patris sancti Francisci Discipuli, qui cum genere & eruditione fulgeret, per humilitatem, ac pietatem, summumque Dei amorem, viam sibi parauit ad cœlestia. Fabiani, in Marchia Anconitana, Beati <sup>c</sup> Raynerij, Confessoris, miraculis clari. In Latio, Beati <sup>d</sup> Nicolai de Canino, Confessoris: eximie sanctitatis viri. In Hybernia, Beati <sup>e</sup> Ioannis à Gautfordio, Confessoris. Medamæ in Calabria, Beati <sup>f</sup> Pauli Sinopolitani, Confessoris: sancti Bernardini Senensis socij: qui oratione, zeloque Regularis disciplinæ flagrans, prophetæ dono, & miraculorum gloria admodum enituit. Carnoti in Gallia, Beati <sup>g</sup> Petri Morfelini, Confessoris: pietate, vitæque sanctitate conspicui. In Mexico, Beati <sup>h</sup> Francisci de Ledesma, Confessoris: qui totius virtutis ac perfectionis specimen factus; multis, quos in Religione educandos susceperat, profuit ad salutem. Placentiæ, Beati <sup>i</sup> Baptistæ, Virginis, Tertiatæ: quæ bonorum operum metitis præclara, sanctissime obdormiuit in Domino. Palmæ, in territorio Cordubensi, Beati Catharinæ à Regibus, Virginis.

## SEPTEMBRIS V.

§. 1. **B**eat<sup>i</sup> *Gentilis, Martyris.* a] Prens erat natione, ex Matelica ononidus: qui zelo fidei accessus traiecit in Ægyptum: cùmque linguam Arabicam omnino nesciret, nec eam addiscere valeret: corliis sibi infusa est, ita vt deinceps illam perfedè calloent. Itaque cœpit in Euangelij disseminatione strenue laborare, & conuerfioni inuidentium totis viribus tendere: cùmque Saraceni multos ex suis cernerent, illius opera fien Chriftianos B. Gentilem pluribus tormentis affectum occidebant, an. 1340. apud Toringam in Perfide custatent. Cuius corpus illustrissimus Marcus *Cernaris*, postea Venetorum Dux, secum deferrens, Venetias attulit, fratribusque Minoribus dono dedit. Miraculis in vita & post obitum clausis constat. Agunt de eo, Pisanus lib. 1. Conformat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratris Minor. proinc. D. Amotij sancti illustri. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huasce Ordinis. Marcus Vlyssiponensis part. 2. Chronic. Minor. lib. 8. cap. 44. §. 1. Toffinianus lib. illust. Seraph. Reliq. Cornelius à Lapide, Comment. in Acta. 2. vers. 4. Platus de Bono dat. Relig. lib. 2. cap. 30. Algeria in Arbore Epilogica totus Ordin. Francisc. Ignacius le Gault, de sanctitate Rom. Eccles. cap. 2. sect. 2. Piquetus in Catalog. viror. illust. Minor. Wadinghus tom. 1. Annal. Min. ad an. 1225. parag. 24. & tom. 3. ad an. 1340.

§. 2. **B. Peregrini à Faletono, Confess.** b] Quomodo vocatus fuerit ad Ordinem Seraphicum à sancto Francisco, habes sup. Februs. 7. qui licet nobilis ac literatissimus esset, & in vtroque iure perfectissimus: vitam tamen humilitatis & simplicitatis obsecutus, iuxta præfati Patris D. Francisci vaticinium Lascorus fratrum numero aggregari voluit: vnde breuis tempore ad maximam virtutum perfectionem paucientis, gratia compunctiois, & amoris Dei in eo reuolue-

bat. Itaque Chrifti amore totus succensus, & martyrij desiderio flagrans, Hierosolymam petens, loca sancta illic visitans, pro sua pietate ac deuotione: quæ peregrinatione espleta redijt Italiam. Denim virtutibus plenus, ad Chriftum, quem semper toto corde dilexit, lætus, gressus direxit; obijtque, ante & post obitum claris miraculis. Scribit de eo Pisanus sup. in proinc. Marchæ. Item fruct. 10. part. 2. & lib. 2. fruct. 6. part. 2. Marcus Vlyssiponensis. 1. part. sup. 1. 1. cap. 114. & lib. 6. cap. 55. Toffinianus, & Gonzaga sup. Willous Athenar. Orthodoxar. Franciscan. verb. *Peregrinus*, Wadinghus tom. 1. sup. ad an. 1220. §. 7. & 1233. §. 42. qui scribit in Addition. 26. corpus eius subalate S. Ludouici requiescere: cuius dens appositus alijs male habentibus, dolorem omnè frequenter expellit. Florezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. c. 19. Piquetus sup. antiacere Bononæ, sed mendosè.

**B. Raynerij, Confess.** c] Patria Fabricianus erat, §. 5. bapnus Ecclesie ciuitatis, cui Seraphicus Pater D. Franciscus fuit plures confessus, à quo & premonitus est huius mox suscipiendi instituti: sicque factus Frater Minor: pertiniqua annos sanctam & laudabilem vitam duat in ordine, multis à Domino clarificatur miraculis, moerit an. 1268. apud Fabrianum. Vide Wadinghum sup. tom. 1. an. 1215. parag. 22. & tom. 2. an. 1263. parag. 22. ac 1268. parag. 3. post B. Franciscum Fabian. in Chronic. Marchæ M. S. & Toffinianum lib. 2. in Custodia Æfina.

**Beati Nicolai de Canino, Confessoris.** d] Hic Eremita Ciuitatis nonnisi quatuor extitit incolæ: inter quos exequus B. Margaritæ Columæ, an. 1284. (de qua 30. Decemb.) qui cùm in fuisse ipsius Virginis sacrificium offerret, apparatus illi gloriof. Memotatur à Vyadugho tomo secundo, sup. parigraph. 11. anno 1284.

§. 3. *B. Ioannis à Gausfordis, Confess. a.* Famosus fuit vix sanctitate fratribusque diem mortis suae longè ante prædixit. Illius meminit B. Ioannes Pisanus lib. 1. sup. fruct. 8. part. 1. in prouinc. Hybernz. Gonzaga, Picquetus, sup. sed rectius nominatur *Nicolau* ab eodem Pifano sup. lib. 1. fruct. 11. in eadem prouinc. & Vvadingho tom. 1. sup. an. 1140. parag. 15. à quo *Vvaterfordensis* dicitur.

§. 6. *B. Pauli Sinopolitani, Confess. f.* Duxit originem hic B. Pater Paulus ex Calabria oppido *Sinopoli*, ardentissimus extitit zelator Regularis Obseruantiz: ita vt viuens, nitidissimum totius sanctians, virtutis, ac perfectionis, speculum fuerit, non solum fratribus, verum etiam secularibus: ob cuius præclarè gesta, à cunctis sumè diligebatur, honorabaturque: vt pote, qui fama rerum mirandarum à se editarum piè detinebantur. Diligens erat in us que ad Deum spectabant, orationi instabat, deuotione præcipua ferebatur in S. Virginem Deiparam. Cùmque ob eius candidissimos motes, integerrimamque vitam S. Bernardino Senensì, Generali tunc totius Familiz Franciscanz Obseruantiz Ultramontanæ Vicario, gratissimus socius esset: ad hanc Calabriae plagam, Prouincialis Vicarius ( vt oblatos sibi Conuentus, et Apostolica sibi facta facultate, acceptaret, alioque de nono trigeres, atque eorum Fratibus præfessit) consultissimè ab eodem destitutus fuit. Cuius auctoritate fretus, operam dedit, vt R. hegys, Seminariz, Terczinour, Medanz, &c. Conuentus extirperentur, fratresque inibi Deo famularentur.

§. 7. Spiritu prophætico plenus, quam plurima futura prædixit. Dùm sacras Catanzarij ( quæ Episcopalis Calabriae ciuitas est, Man Adriatico inueniens) ad populum conciones haberet, gloriosa Dei Genitrix Virgo, Catanzarensi cuidam, pioque cui apparuit, atque præcepit, vt antiquum Sacellum, è regione Caltri ædificatum in Minoriticum Conuentum sibi sanctandum, ex proprijs facultatibus erigeret. Cui tamen iniunctum munus fidelissimè exequens, in faciem restitit is, qui tunc Catanzarensis principabatur, iniquus, non Monasterium, sed ægerem potius, atque mutationem erigi, quo & eius castrum, atque coniugium Palatum aliquando tandem expugnarentur: ideoque nullo pacto passurus, vt huiusmodi ædificum promoueretur. Quem tamen conuentionis præfatus Pater Paulus, interpellè acerrimèque reprehendit, atque tum de miseræ eius expulsiõne, tum quoque de huiusmodi Caltri, atque Palati, quibus maximè rursisset, euerfione: Catanzarenfium opera, proximè instantibus, prophætico spiritu afflatus, certiorè reddidit. Insuper & adiecit, vtriusque ædificij ruinas, quandoquidem sacrosanctæ Virginis mandato restitisset, plurimè Ecclesijs de nouo erigendis, præcipuè verò Minoricæ, quam imprudenter impedire conatus esset, materiam ministraturas. Quod omninò iuxta tant Patris prædictionem, etiam. Nam Catanzarenfibus ad seditionem rebellionemque ob eius tyrannidem conuersis, & ipse miserè pulsus, Dominioque priuatus: & vtriusque ædificij solo æquatam est, & ex eorum ruinis, consensu Sixti IV. Pont. Max. accedente, aliquot Ecclesiæ erectæ fuerunt: inter quas tamen principem locum

obtinuit Conuentus Franciscan. S. Mariz de Gratis, an. 1480.

Post has temporum vicissitudines, duo superstes fuit hic B. Vir: obique Medanz apud Conuentum Minor. S. Mariz de Gratis: vbi venerabile eius corpus ibidem honorificè sepelitur, innumeris coruscant miraculis: magnaque ab illis populis habetur in veneratione: quibus vana eius precibus impenduntur à Deo beneficia. De eo agunt Gonzaga 1. part. Ong. Scraph. Relig. in Conuent. præfata: qui sunt 1. 4. 8. 14. 19. 20. prouinc. Septem Martyr. Ord. Minor. Barczus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 128. vbiat excessisse à viuis an. 1504. quòd si ita est, valdè senex mortuus est: quia S. Bernardius ( cuius erat socius) electus fuit Commissarius, seu Vicarius Generalis Obseruant. Ultramontan. ann. 1436. illamque familiam rexit sex annis, nempe, vsque ad an. 1443. Elzeanus lib. 3. cap. 6. Sacri Mont. Oliuet. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 31.

§. 9. *B. Petri Marfelm, Confess. g.* Conuentus Primiensis fuit alumnus: sed sancto sine quæue apud Camotensem Conuentum: cuius sagaci æconomia prima fundamenta ab eo posita sunt post ann. 1568. Illius memorere Gonzaga 1. part. sup. in hoc Conuentu, qui est 15. prouinc. Franciz, Barczus 4. part. sup. lib. 5. cap. 15. ad an. 1568. Wadinghus in Additionib. ad tom. 1. Anal. Minor. sub an. 1126. parag. 21.

§. 10. *B. Francis de Ledfina, Confess. h.* Hic ex sancti Gabrielis Prouincia profectus est in Indum Occidentalem: vir perfectus & fuz Regulari obseruantissimus. In inicio statim Nouitorum Magister apud Mexicanum Conuentum insuratus, insignes sanctorum discipulos extulit suis virtutum exemplis, & vix austeritate. Paucos autem annos omninò superstes fuit: & de quo illud esse potest. *Grata erat eius anima Deo, propterea ipsius sustulit de medio iniquitatem.* Obijt an. 1580. Agunt de eo Gonzaga part. 4. sup. in Conuentu Mexicano, qui est 1. prouinc. S. Euangelij. Barczus sup. lib. 7. cap. 39. Marianus lib. 2. cap. 6. Chronic. stridior. Obseruant. Reformat.

§. 11. *B. Baptista, Virginis. i.* Florebat an. 1515. vitamque finit Placentiz, apud Monasterium S. Mariz Magdalenæ, quod est 5. prouinc. Bononiens. de qua Gonzaga ibid. part. 2. id refert. *In homine quodam huius Ecclesiæ sacula Beata Sereus Baptista corpus sanctissimè reuelans, omnianque integerrimè, requefuit: cuius iudicem forens diligens ssumè seruat.* In Sacristia autem magna deuotione custodit illum indicem attestantur Barczus sup. lib. 1. cap. 50. sub an. 1519. & Valens de SS. Fœm. Ordin. Minor. lib. 4. çap. 6.

§. 12. *B. Carbaria, Virginis. j.* Tanta erat eius penitentia, vt cibum semper detulit, & graui catena ferrea, venter stricto vinculo circumligata, carnem suam rebellem spiritui subiecerit. Cum autem semel culinz vacaret, extra se rapta est in extasis, atque eluata à terra in altum magno cum splendore. Obijt non sine ingenu opinione sanctitatis, apud Monasterium Palmenfè, quod est 1. prouinciz Angelorum. Sic Daça, sup. lib. 3. cap. vltim. ad an. 1575. quo ipsa floruit.

## OCTAVO IDVS SEPTEMBRIS.

**B**ertonij in Vmbria, Beati <sup>a</sup> Ioannis de Laudibus, Confessoris, Seraphici Patris sancti Francisci Discipuli: qui vita & signis admirandis eluxit. Suffiani in Piceno, Beati <sup>b</sup> Incogniti, Confessoris: qui silentio ac solitudine, rectumque celestium contemplatione emicuit. Anconæ, Beati <sup>c</sup> Simonis, Confessoris. In Hertruria, Beati <sup>d</sup> Minnij Altimanni, Confessoris: qui singulari vitæ perfectione pollens, prouinciz Tusciz Minister Prouincialis præfuit. Florentiz, Beati <sup>e</sup> Benedicti Florentini, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Vvarstauiz, in Polonia, Beati <sup>f</sup> Ludouici de Varxa, Confessoris: qui verbo prædicationis & miraculis claruit. Apud Matozinhos, oppidum Lusitaniz, in territorio Poruensi, Beati <sup>g</sup> Ioannis de Pouoa, Confessoris: qui ob eximiam vitæ eius sanctiunoniam, pluries ad prouinciam Pottugalliz regendam assumptus est. Agelli, in Calabria, Beati <sup>h</sup> Martini Bertranni à Bissignano, Confessoris, qui humilitate ac pietate fulgens: miraculis extitit etiam glotiosus. Apud Castellonensem Saltum, in Hispania, Beati <sup>i</sup> Andræ, Confessoris: genere, patientia & charitate illustris. In Apulia, prope San-Bonum oppidum, Beati <sup>l</sup> Francisci de Oratino, Confessoris, virtute abstinentiz in signis. Traiecti ad Mosam, in Brabantia, Beati <sup>m</sup> Jacobi Dislemensis, Confessoris, multarum prærogatiua virtutum conspicui. Auenione, Beatæ <sup>n</sup> Franciscæ à Clatomonte, Virginis & Abbatissæ: quæ inclyta exorta profapia, vita sanctissima refulsit. Daimieli in Castella, Beatæ <sup>o</sup> Catharinæ Euangelistæ, Virginis, Tettariæ: quæ Abbatissæ fungens officio, meritis & virtutibus cumulata fuit.

## SEPTEMBRIS VI.

- 5-1. **B** *Beati Ioannis, Confess. a*] Oriundus erat à Casto S. Geminiaro in Tusciz: qui vniuersi meritis Seraphici Patris S. Francisci laterale vultus tangere. Virtute abstinentiz à modum elucebat, & tamen fortis robore, alius coactaneos longè superabat viros: itaque, inter alias conditones, quas idem Seraphicus Pater summè cupiebat, vt quas Frater Minor fortè censendus foret, hanc etiam requirebat, videlicet, virtutismodum corporalem & spirituales huius B. vni Ioannis de Laudibus. Vtonij, seu Vedomj, vel Betonij, in Vmbria gloriose quiescit: in vita & post mortem signis præclarus. Ita B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 5. & 11. part. 2. in Fratibus Minor. sanctitate illustris. prouinc. S. Francisci. Codex M. S. Abbas. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 51. Tostissimus lib. 1. h. flor. Seraph. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. vni quædam Ord. V vadughus tom. 2. Annal. Munon. ad an. 1266. §. 19. tom. 1. an. 1211. §. 1. & 1234. §. 21. Piquetius in Catalog. vni. illustr. Franciscan. ex Bernado à Bessa in Chronic. M. S.
- 5-2. **B** *Beati Lucagasti, Confess. b*] Mira de eo narrat ipse Pisanus sup. in prouinc. Machiz: dicens: in loco primo Sussiani (sic vni translati: est ad locum Brunfortij, Cusodia Ferrandæ) socii quidam Frater sanctissimus, cuius nomen non reperit: tam miranda sanctitatis & gratia, vt satis videretur Diuinus, & sepe ad Deum rapiebatur. Hic etiam à sua rediit contemptum vni, veniebat cum antea mensis laetitia, quid homo, vel putius Angelus, alterius seculi videretur: nam vni facie eius, ex Diuini allocutionis consensu miraculose respicerebat: ita quod admirati-
- onem & stuporem adiferentibus ingereret. Hic semper salutaris moribus, & rarissimè loquebatur. Quando verò de aliquo interrogabatur, respicerebat ac fessit Angelus: & erat gratulus omnibus, & sermo eius semper erat diuina sale conditus. Hic non dabat, neque mectibus ab oratione, & diuina contemplatione desistebat: nec à meditatombus semper suis lumen Christi inuicem animam relaxabat. Vnde Frater propter diuinam gratiam, quæ in eo fulgebat, quasi alterum Moysem, ebar simo reuerentiam afficere, & in tam laudabile studio perseverare, ad hunc vni a deo uenit. Et in vltima die vni, cum fratris loquens & gaudens, cum magna letitia & cordis labili peritæ ad Deum Iesum Christum. S. fessus conditus sine, & hinc translati fuit ad locum Brunfortij. Hæc ille, ut & Marcus Vlyssiponens. part. 1. sup. hb. 2. cap. 23. Wadughus tom. 1. sup. ad an. 1234. par. 10.*
- B. Simonis, Confess. c*] Huius meminit Wadughus sup. ad an. 1289. par. 17. & 45. (post Tostissimum lib. 2. in Custodia Anconitana) item to 3. ad an. 1323. par. 44.
- B. Minnij Altimanni, Confess. d*] Nouitium egit senis in Tusciz, vni cum B. Guidono à Sessa, (de quo April. 21.) quibus mens fe de Deo colloquebat, apparuit Christus Iesus, in forma elegantissimi pueri. Professione autem facta, & de virtute in virtute proficiens, Minister Prouinciz Tusciz est delectus. Memorat. ut à Wadugho sup. tom. 2. ad an. 1290. par. 15. post Pisanum sup. in prouinc. Tusciz, & Marcum Vlyssiponens. sup. hb. 2. cap. 34. par. 1.
- B. Benedicti, Confess. e*] Hic B. I. homie de S. arlene, ingenuus discipulus atque teclator fuit. Sacerdoti erat,

& sanctissimam equit vitam apud Conuentum Saluatoris Florentiz; vbi corpus eius condigno honore requiescit. Hæc ex Gonzaga part. 1. sup. in hoc Conuentu, qui est 9. prouinc. Tuscia.

- 4. 6. *B. Ludouici, Confess. f.* ] Inter reliquos praestantissimos Patres, qui pro celo terrena in Conuentu S. Ant. Warlauium commutarunt, longè amicus B. Ludouicus de *Verger*, discretissimus prædicator, otiosaque sanctitate conspicuus: qui in lux inculpatæ vitæ testimonium, Ratum à decessu pellibilem quendam miserum (qui propinqua gurgit desperationis barathro immeritus, veru, vt animam Sathanz traderet, transiret, atque ad cor reuerfus, se ex intimo animi affectu, tanq Patris precibus commendaret ) iam animam agentem, atque ad eius sepulchrum allatum, extempore extraxit, & è motus manibus eripuit. Et honestam matronam grauissima pedum infirmitate ececeptam) eùm primùm illa visitando eius sepulchro votum emisisset à tanta assidue liberatur. Plura quoque miracula edidit B. hic Pater quoruro insignia eius tumulum aliquando exornant. Ita Gonzaga sup. in prædicto Conuentu, qui est 2. prouinc. Poloniz, & Daga 4. part. Chronie. Minor. hb. 3. cap. 3r. ad an. 1513.
- 5. 7. *B. Ioannis, Confess. g.* ] Vir fuit summæ ac miræ sanctitatis: qui ob vitam candorem atque prudentiam, qua pollebat, septimò in prouincie Portuagaliz Ministerium obediens fuit: nouissime ad diuersa Genetalia Capitula pedes perrexit. Reformationem autem in Lubrania ita iunxit: vt anno 1486. dum Vicarium ageret Prouincialem, quosdam Conuentus dederit ad eam promouendam, quibus Patres Reformati fouerentur. Moriens itaque an. 1506. maximum desiderium optimaque famam reliquit: in Conuentu Conceptionis B. Mariæ *Matuzibus* oppidi (qui est 13. prouinc. Portuagaliz ) sepultus. Arguit de eo Gonzaga part. 3. sup. in eo Conuentu: & in prouinc. S. Antonij Portuagaliz. Marcus Vlyssiponen. part. 1. sup. lib. Rapinzus hultor. General. Orig. Recollector. Decad. 1. part. 1. parag. 7. & Decad. 2. part. 1. parag. 12. Wadinghus tom. 4. sup. ad an. 1592. parag. 19. & 22.
- 5. 8. *B. Martini, Confess. h.* ] Viam viuosioris carnis ingrossus est ann. 1520. conditus apud Conuentum S. Francisci præp Agellum. Humillimas quidem ac deuotissimas erat hic B. Pater, professione laicus: vnde hand mirum est, si ad vincum tenes signum, necnon ad aque benedictæ asperzionem, quam plurimò à spiritibus immundis, diuersisque languoribus liberaretur: atque primogenitus Comitum Agellanorum moerent, licet longius euentam in spiritu videlicet. Scribant de eo Gonzaga part. 1. sup. in eodem Conuentu, qui est 4. prouinc. Calabriz. Barexus part. 4. Chronie. Minor. lib. r. cap. 40. Elseus lib. 3. cap. 6. Sacri Mont. Olmet.
- 5. 9. *B. Andreæ, Confess. i.* ] Huius Elogium perstringit Gonzaga, dicens: *Sepulchro supradicti sacri in huius Monasterij Ecclesie maxime familiaris: P. Andreæ, Professoris Lucis, atque Caroli P. Germanorum Imperatoris,*

olim Pinerna. Hic claris viris *aralibus*, atque virtutibus multis illustribus, ab ingressu Religiosi ad vltimum usque vna habuit, in pane tantum & aqua, nisi transgressus infirmitate correptus, ieiunauit. Præterea labiis patientissimus exiit, atque charitatem cum ceteris tamcn vniuersis reuerentiâ miscuit in modum excellentis. Quomobrem ex certum sui obitu decem, & facta huius domus in credendum secundo à Damoniis excruciatam peransse meruit: & cum maxima sanctitatis opinione ex hac vita discessit. Eius interim caput theca reconditum, cum apud Patres, non quoque apud sanctos, in maxima veneratione habetur. Hæc ille part. 3. sup. in Conuentu S. Mariæ de Angelis, qui est 1. prouinc. Angelorum: quem sequuntur Barexus sup. lib. 3. capite 18. Rapinzus in hultor. General. Orig. Recollector. Decad. 1. part. 1. parag. 6. Marianus lib. r. cap. 3. Chron. Reformat. Daga sup. lib. 4. cap. 21.

*B. Francisci, Confess. l.]* Laicus etiam erat professio- nis, vir abhonestissimus & orationi deditus: qui ob eius singulares virtutes, vitæ quæ candorem, in maxima fuit apud omnes, ddm viuere, æstimatione: quæ nupte usque etiam admodum viget. Obijt in Conuentu sancti Antonij præp Pagum sancti Boni, qui est 10. prouinc. S. Angelij. Ita Gonzaga 2. part. sup. in hoc Conuentu.

*B. Iacobi, Confess. m.]* Laicus erat, sibi quidem austerus, sed alius indulgentissimus: qui à primæva ætate usque in decretam viter aduersa & prospera Deo fidelis, suæ professionis zelator feruens, ac SS. Patrum imitator præcipuus exiit. Numquam otiosus, sed orans semper vel laborans, somnique parcissimus; Dominicæ Passiois meditationis mundum calcabat, vincebat atque Dæmonia. Tandem laboriosè peregrinationis cursum feliciter consummavit in Conuentu Tractensis ad Molsm, tenid, hereticorum rabie, à suo Louanenfi Conuentu profugus. Memoratur à Gonzaga, in eo Conuentu Louanenfi, quæ est r. prouinc. German. Inferior. part. 1. sup. Grauna in *Vite Terturis*, part. 2. cap. 24.

*B. Francisci, Virg. n.]* Monasterij Albigensis fuit alumna, virtutibusque præclara, ac Monialis sanctissima; soror illusterrimæ Francisci Cardinalis de Claramonte, qui cum Legatus ellet Aunonensis, & Monasterium Clarissimum sibi extit uclum, à rigida sui statuti disciplina declinare coneruit, sanctissimum sororem Albia Aunonensis euocans, eam huic loco in Abbatissam præfecit: siquæ illius præter, & Frater auxilio ad plenum fuit reformatum Monasterium. Ita quoque monens, eo in loco, corpus eius honorificè à sororibus asseruatur. Teste Gonzaga part. 5. sup. in eo Monasterio, quod est 2. prouinc. S. Ludouici. Wadingho tom. 2. sup. ad an. 1290. parag. 33.

*B. Catharine, Virg. o.]* Ex oppido *Danubii* oriunda erat, Virgo illusterrima, præfuitque Monasterio Tertiarium sanctissimæ Conceptionis Virg. Deparæ, Abbatissa, an. 1573. Vide Gonzagam sup. in eo Monasterio, quod est 18. prouinc. Castollæ. Salassem lib. 7. Chronie. prouinc. Castellæ cap. 17.

5. 10.  
5. 11.  
5. 12.  
5. 13.



## SEPTIMO IDVS SEPTEMBRIS.

**I**n territorio Tridentino, Beati <sup>a</sup> Fredealdi, Confessoris. Arelate in Gallia, Beati <sup>b</sup> Bertrandi à Bollega, Confessoris: eximie sanctitatis ac perfectionis viri. Licuani, in territorio Palantino, Beati <sup>c</sup> Ioannis à Rupe, Confessoris. Moroni in Apulia, Beati <sup>d</sup> Modesti de Civitate, Confessoris. Palci propè Pratum in Tuscia, Beati <sup>e</sup> Bernardi Echelij, Confessoris: pietate & oratione spectabilis. Apud Montem-Caelium, in territorio Coriano, Beati <sup>f</sup> Ioannis à Spinosa, Confessoris: qui expleto Prouinciali Ministerio, vita & Religione insignis, ad astra migravit. Florentiz, Beati <sup>g</sup> Aegidij Florentini, Confessoris: virtute, orationis & obedientiz admirandi. Cherij, in Pedemontano Principatu, Beati <sup>h</sup> Alexandri, Mediolanensis, Confessoris. Sangri, in territorio Triuentino, Beati <sup>i</sup> Francisci à Ripa, Confessoris: qui in iuuenili ætate tanta vitæ integritate pollebat: vt moriens adhuc adolescens, obuios sibi Angelos haberit pro comitatu in cælum. In territorio Larinensi, propè oppidum sancti Martini, Beati <sup>j</sup> Angeli de Slauis, Confessoris: humilitate atque paupertate celebris. Tiferni, Beati <sup>k</sup> Pauli Assisiatensis, Confessoris: summæ Religionis ac simplicitatis viri. Scapetiani, in territorio Senogallienfi, Beati <sup>l</sup> Bonauenturæ Rhegiensis, Confessoris: vita & miraculis conspicui. Ambiani, Beati <sup>m</sup> Mariz à Borbonio, Virginis: quæ Regio sanguine clara, vitæ sanctitate emicuit. Villæ-Comitis, in territorio Braccarenfi, Beate <sup>n</sup> Guimatis à sancto Antonio, Virginis. Vallis-Arragi in Hispania, Beate <sup>o</sup> Al-donzæ Pantoxiz, Virginis: quæ Tertiariam Abbatissâ existens, sancto sine quieuit.

## SEPTEMBRIS VII.

2. **B**eati *Fredealdi, Confess. a*] Mentionem illius facit *Marcus Vlysiptenens. part. 2. Chronic. Min. lib. 1. cap. 17. ad an. 1245. ex Chronicis antiq. quem vocat Religiosum ingenens perfectioris, signique admirandis conspicuum. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1224. parag. 45. & 1249. parag. 9.*
6. 1. *B. Bertrandi, Confess. b*] Bernardus, seu Bertrandus, à Bologna, sed melius à Bollega, vel Bollena, floruit an. 1370. vitæ magna sanctitate atque perfectione præditus: obiit Arelate, in Phocensi prouincia, sepultus in Antiquo Arelatenfi Conuentu, extra Rhodanum. Sic B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Confortimat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Frat. Minor. sanctit. illustribus prouincie. Codex M. S. Abbas. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlysiptenens. sup. lib. 9. cap. 31. parag. 2. Toffianus lib. 1. hist. Seraph. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in B. B. viris huicque Ord. & part. 1. in præfatio Conuentu, qui est 6. eiusdem prouinc. Phocens. nunc S. Ludouici. Piequetus in Catalog. virot. illust. Franciscan. Saxius in Pontificio Arelatenfi 6. 81. ad an. 1225. sub Hugone Boardo Archiepiscop. Wadinghus tom. 1. ad an. 1306. parag. 1. to. 4. ad an. 1400. parag. 18. eundem purat cum alio, cuius meminimus sup. 10. Ianuarij, sed perperam.
5. 3. *B. Ioannis à Rupe, Confess. c*] Memoratur à Gonzaga, his verbis. *Sedente Iuano XXI. Pont. Max. Saracenus quidam abierat Madruetifino, Romanu perijt. Pbi & sacce regnerat in ianacro intravit, atque in fide satis in-bruissus fuit. Cuiusque famulitate cuiusdam fratris Al-nari Ministri à atque punitentarij inibi rufus effect: id ab*

*eo consilij retulit, vt videret in Hiffemiam rediret, atque Ecclesiam in editiori aspersuque Monti Lincari, Palatinu Diocesis, parte ad huc aeri. Cuius deiquie uille, ( qui & Ioannes de Rupe, vulgè d'ella Rupe, vocari solent ) factus consilijs acquiescit: vt primùm ad prætorium sibi locum peruenit, hoc sibi demerstrum sub titulo Corporis Christi, construendum curauit: atque Minoritico iudicio habito, quod sibi reliquum vitæ fuit, id in precinctorum quadam specie sanctissimè transegit. Hæc ille, in eo Conuentu, qui est 12. prouinc. Conception. part. 3. sup. Wadinghus tom. 3. ad an. 1320. parag. 8.*

*B. Modesti, Confess. d*] Illius meminit Gonzaga 2. part. sup. in Conuentu S. Nazarij Mocerii, qui est 2. prouinc. S. Angeli, vivebat an. 1430.

*B. Bernardi, Confess. e*] Patria Pratenfis extitit, qui vocationi suæ correspondens, maximam apud Deum & homines laudem adeptus est: deuotionis iugiter intendebat, ac D. Eustachij martyris diligentissimus cultor: cum esset, ab eo scriptis visitatæ meruit. Sanctissimi Palci obiit, illicque sepultus est. Vide Gonzaga 2. part. sup. in Conuentu 20. prouinc. Tuscie florebat an. 1440.

*B. Ioannis, Confess. f*] Inter quamplurimos Patres ac Fratres vitæ & Religionis insignes, in Conuentu S. Marie de Luce Montecelji ( qui est 2. prouinc. S. Gabrielis ) vita sanctos, longè emicuit hic B. Ioannes à Spinosa, qui post completum huic prouincie Ministeratum, non absque sanctitatis optatione obdormiuit in Domino. Hæc ex Gonzaga 3. part. sup. in hoc Conuentu. Wadingho tom. 1. sup. ad annum 1214. parag. 22.

Beati

5. 7. *Revis Aegypti, Confess. g.* ] Florentinus erat natione, Lucius autem professione, qui cum Conventus S. Mariae de *Fonte Castellae* prope montem Politanum in Tuscia Obfervantiae Regulari adiudicaretur an. 1445. illique populo esset acceptissimus, eam maiori ex parte promouit. Permissit autem Deus ipsum tentari, non ad interitum, sed ad probationem, & commendationem. Dum enim hac deuotionis Frater, instanti solemnique quadam festinate, à Patre Guardiano, Conuentus S. Christophori Castellensis Aretani, de mundanda via, qua Ilyaula petitur, tercio promouit esset, atque spreto præcepto, ad consuetam orationem, de Deo rem maleò gratioris in facturam eruditissimam conuertisset: post absolutam in choro Marucinas, à Dæmone humana specie induto, per scapulas in altum quasi præcipitanus assumitur, quo tamen miserè, fortissime clamante, atque auxilium contra malignum hostem petente, accorrit F. Mathias à *Sancto Isidoro*, qui orationi quoque instantius non longè aberat, & arrepta confrastris tibia eum remouit: comaturatque subiciens Dæmon ueritatem faciliùs ad se traheret. Quibus tamen in huiusmodi angustis constituis adruit V. P. Guardiano, qui nondum à choro discesserat, illique iustitiam aqua aspersit, Diabolo, per sanctam obedientiam, ut sibi suis fratres atque iudicis ex tempore restitueret, præcepit. Quo factò, ipse fortiter ad terram dimissus, euasit. Itaque F. Mathias, qui ex illa ruina, atque concepto timore, grauius contraxit infirmitatem: quanto gratior Deo sit obedientia quam sacrificium, suo malo didicit. Quapropter se deuotius in illa maxime exercens, tantopere in huiusmodi uirtute profecit, ut uicenti sibi uix similibus inueniri potuerit: & moriens in Conuentu S. Saluatoris Florentiae, maximam de sua sanctitate opinionem reliquit. Telle Gonzaga part. 2. sup. in Conuentu 16. & 17. provinc. Tusciae.
5. 8. *B. Alexandri, Confess. h.* ] Apud Cherium Pedemontanum oppidum, in a Ecclesiam Conuentus S. Georgij. Requebat elegantissimè huus B. Patris corpus: quod cum quidam latuunculi suffurari uelent, in paralytum incidit. Scribit de eo Gonzaga sup. in Conuentu, qui est 31. provinc. Genouei.
5. 9. *B. Francis, Confess. i.* ] Clericus erat, necdum sacer inuatus: quando hunc lachrymarum ualli ultimam ualè dixit ille optime indolis adolescens: qui in antea uix testimonium, obuius libi Angelos, qui se in tabernacula caelustia deducunt, in ilye transitu habuit: quorum fulgore cæcila, cum omnium constantiam admiratione, mirum in modum resplenduit. De eo agit Gonzaga sup. in Conuentu S. Mariae Magdalene Sangrensi. qui est 22. provinc. S. Angeli, claruit an. 1495.
5. 10. *B. Angeli, Confess. l.* ] Vir fuit humillimus ac sanctæ paupertatis amantissimus, professione Lucius: obuit in Conuentu S. Mariae de Iola, prope oppidum S. Martini. Eius meminit Gonzaga ibid. in eodem Conuentu 18. præfixa provinc.
5. 11. *B. Pauli, Confess. m.* ] Lucius erat, simplex, deuotus, sui status zelantissimus, & summe Religionis uir: cui etiam moris horum clementissimus Deus reuelare uoluit. Nam cum infirmus leuulo decumberet, infirmusque calu abesset, sine ulla ex tempore, frater-

que dormitocum peccatis, intentum infirmarium, qui Frater Mathias dicebatur, rogauit, ut se comaretur, quod sibi emigrandum foret prociens ab hac uita. Quibus simul uolentissimum accedentibus, lectulumque ingressus, animam fidei Creatori commendate corpore, illamque non ita post multum temporis sibi reddidit. Hæc Gonzaga sup. in Conuentu S. Crucis bonæ uolens, qui est 11. provinc. S. Francis. T. Olfianensis lib. 2. in prouinc. S. Francis.

*B. Bonaventura, Confess. n.* ] Cùm in Minor. Conuentuum ceteri sacris uirtutibus, prona uirtutum femina fecisset: ad Capucinos transfatus, ex tam sollicitè excoluit, ut ad perfectum cælestis uitz ac discipline fructum prouocauerit. Procuratoris Generalis in Curia Romana exercuit officium, & Prouincialis in Piceno sepè exiit, clarus miraculis obuit an. 1572. Telle Bouerioti oen. 1. Annal. Capucino. ad an. 1572. par. 3. & c. ex M. S. prouinciz Marchiz.

*B. Maria à Barbis, o.* ] Memoratur à Gonzaga, his uerbis, ubi de Monasterio agi Ambanenisi, quod est 12. provinc. Franc. part. 3. Inter insigniores (inquit) reformatissimè huus Monasterij Sacerdotes, pè & sanctissimi præ ad quod dicit potest, uixit Serenissimus Iacobus Regni Sicilia Regij filius, tempore sanctæ Mariæ à Barbis, qua B. Coleta nondum centi quatuordecim, uerum etiam Angelica eius conuersationis præ exerta amulatix. Quo in loco aduertendum est, cur dicatur filia Iacobi, Regis Siciliz, & nominetur Maria à Barbis: hoc enim repugnat communi maiorem consuetudini, qua liberi fortitudo agnomen, nisi matris tenuerit cognomen: eo quod domus Regis Franciz, à qua Barbis proles dicit originem, nempe foribor regnat in Gallia) Dignitate alias omnes, quantum uis in lignis & inclytiss, iopere minuit familias.

*B. Genesio, Virg. p.* ] Huius uita & mores omninò fere uirtutes, ceterisque fortibus ad exemplum huiusmodi profuit: obdormiè maxima cum sanctitatis fama scribant Gonzaga part. 3. sup. in Monasterio S. Claræ uillæ Comis, quod est 14. provinc. Portugall. Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 4. o. ad an. 1561. Waddingus tom. 3. ad an. 1518. §. 46. Valerius de SS. Femm. Ord. Min. lib. 4. cap. 41.

Beati<sup>e</sup> Mariz à Sancto Paulo, Virginis, pietatis & charitatis ad proximos in-  
credibilis.

## SEPTEMBRIS XV.

- §. 1. *Beati Ioannis, Martyris. \** Dùm hic oraret in Ec-  
clesia pro Republicæ tranquillitate & pace: à su-  
stantibus Geuziis hæreticis Conuentum Zuffantendium  
inuasentibus captus est: & super tabulam extensus,  
quasi pro Anatomia faciendâ, adhuc vivens, excise-  
ratur est: cumque maximus dolor Christi Martyrem  
exagitaret, inuocato sanctissimo nomine Iesu, expira-  
uit ann. 1572. Illius meminerunt Thomas Bonchierus  
in hystor. Eccles. Martyr. Franciscan. Obseruanti-  
Bærezus 4. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 10. At-  
dighellus in Appendice *Emgeniata vobis Trinitis*,  
vntensione 4. pag. 23.

- §. 2. *Beati Hieronymi Lindfayi, Confessoris. b.]* Nobilissi-  
mus homo in dolis iuuenis Beatus Hieronymus Lind-  
fayu, litus vtriusque Doctor, atque Comes de Crif-  
vvoet, legitimus filius, vt primum B. P. Cornelij à  
Zattichea, in Scotiam adueniunt accepit, se ad illum  
concedit, atque Franciscano habitu indutus, tantope-  
rè in Seraphica Religione profecit, vt quamplurimis  
etiam præclarissimis Patribus, humilicatus, orationis,  
atque abstinentiæ palmam præripuerit. Eius denique  
familiaritate atque consilio vsus Obisphanti Comes,  
Conuentum minor, intra oppidum sancti Iosani scptæ,  
ex domestico patrimonio, ann. Christi 1460. à funda-  
mentis erexit. De eo agunt Gonzaga 3. part. orig. se-  
raphic. relig. in præfato Conuentu, qui est 3. provin-  
ciæ Scotiæ. Barezus sup. lib. 1. cap. 62.

- §. 3. *Beati Bernardini, Confessorij. c.]* Floruit circa ann.

1540. vir vtiq; castissimus ac summè Religiosus, noc-  
tion à Dæmonibus, ob eius sanctimoniam, omnino  
formidabilis. Obiit apud Conuentum Assumptionis  
B. Mariz Costenij, in cuius Ecclesia sacrum ipsius cor-  
pus requiescit: ad cuius sepulchrum Dæmoniaci libe-  
rantur. Memoratur à Gonzaga 1. part. sup. in disto  
Conuentu, qui est 4. provin. Poloniæ. Barezus sup.  
lib. 3. cap. 20.

*Beati Ferdinandi Bassacij, Confessoris. d.]* Vir Reli-  
giosissimus extitit, natione Gallus, ac provinciæ Aquil-  
tanæ alumnus, qui ex Hispania cum Beato Patre An-  
tonio Cmirateni, ann. 1530. ad Indiæ Occidua partes  
transiit; cum singulari quadam doctrinâ, præstan-  
tisque ingenio prædatus esset, infra breuissimum compos  
spatium Indicum idioma, in quo & varios sermones,  
Epistolas & Euangelia in Ecclesia per totum annum  
legi solita serbentissimè transiit, apprime didicit. Fuit  
præterea insignis hic vir sui status obseruantissimus, ac  
in Evangelicæ prædicationis officio assiduus: insuper  
& Indos oppidi Quahuaculani accolos, apud quos  
Guardianatus transere fœderis extitit, primus omnium  
in Ecclesia concinere docuit. Indorum etiam de no-  
uo ad fidem conuersore, ne internum in Idololatriam  
relabereut, tantam gessit curam, tamque seuerè eor-  
um excessus corripuit, contextuque & vt apud aliquos  
seuentatis notam incurrent: cùm ab eoq; misericors,  
benignissimique esset. Ex hac vita nihilominus emi-  
grans, ab omnibus ob singulares eius doctes, inculpa-  
tusque

tamque vitam, Deo carius, verèque pino ac beatus habitus est. De eo agunt Gonzaga op. part. 4. in Conventu sancti Iohannis Baptistæ Tulantangi (quo ipse Beatus Pater obiit) qui est 21. provinc. sancti Evangelij. Barezus sup. lib. 5. cap. 13. ad ann. Christi 1370. Raynerius in lufur. general. origo. Recollector. decal. 7. part. 1. pag. 361. & Picquetus in catalog. viros. illust. Franciscan. Marianus lib. 5. cap. 3. cætonic. Reformat.

Beata Maria à Sancto Paulo Virginis. e] Clarus ann. 1540. cuius in Deum pietas atque ad proximos charitas incredibiles fuerit: sanctissime obiit in Monasterio Conceptionis Beate Mariæ Aillootj, quod est 14. provincie conceptionis. Prore testatur ibidem Gonzaga part. 1. sup. & Barezus sup. lib. 3. cap. 42. ac Valenus de Sanctis Fœderis Ordinis minorum lib. 4. cap. 36. & 38.

## DECIMOSEPTIMO KALENDAS OCTOBRIS.

**L**Vnelli in Gallia Narbonensi, Passio Beatorum a Martyrum, qui ab hæreticis grauiſſimum genus mortis, ob Catholicæ fidei constantiam subierunt. Lutetiæ Patifiorum, Beati b Guillelmi de Militona, Confessoris: qui singulari eruditione, pietate, atque sanctitate clarus, migravit ad Dominum. Vzeziæ, in Gallia, Beati c Rogerij, Confessoris: qui mira humilitate, patientia, & carnis maceratione pollens: dono etiam prophetiæ, & miraculorum operatione insignitus est. In Nigroponte, Beati d Marthæi, Confessoris: vitæ perfectione, signisque admirandis celeberrimus. Fulgini, Beati e Thomæ, Confessoris, Tertiarij: qui crebris miraculis & multiplici prophetiæ spiritu refulsit. Apud Campum-Bassum in Apulia, Beati f Ambrosij à Ciuitella, Confessoris, & Concionatoris eximij: qui zelo Regularis disciplinæ, & spiritu prophetico admodum eluxit. Chappalz in Xalſcis Indiæ Occiduiæ populis, Beati g Michaelis à Bononia, Confessoris: qui potens verbo & opere: innumeros gentiles, ad Christi fidem conuertit. Apud Sandencense Poloniæ Monasterium, Beati h Kunegundis, Virginis: quæ Boleslao pudico, Poloniæ Duci desponsata, cum eo annos quadraginta immaculato thoro, in perpetua castitate tranſegit: & viro orbata, atque Monasticam vitam professâ, sanctimonia, & miraculis stupendis coruscavit.

## SEPTEMBRIS XV.

1. **B**eatum Martyrum. a] Passi sunt ann. Christi 1568. Lunelli, (quod est oppidum inter Nemausum, Agathopolim, & Fossas Marianas situm) dum hæretico Deo, sanctæ Ecclesiæ, ac Regi Christianissimo omnino rebelles, cuncta ex dibus & hæmnis prophætabant. Eorum meminit Gonzaga 3. part. orig. scripturæ. relig. in Conventu sancti Francisci Lunelli, qui est 19. provincie sancti Ludouici

2. **Beati Guillelmi de Militona, Confessoris. b]** Fuit hic Leodæo Parisiis, vit suo seculo doctissimus: ad quem se contulit quidam Frater: qui dubitans de veritate Sacramenti Eucharistiæ, seruenti oratione meruit videre in elevatione sacre hostiæ, Dominum Iesum, instar parui pueri, mirabiliter apparentem. Qua de re vide Beatum Alexandrum Aleuicæ part. 4. Summæ Theologicæ. Marcus Vlyſſiponten. part. 2. cætonic. minor. lib. 4. cap. 9. 5. 4. Willoium Athenarum orthodoxæ. Franciscan. littera G. Wadingham tom. 2. annal. minor. ad ann. Christi 1137. 9. 7. quædam summam Theologicam præfati B. Alexandri Aleuicæ ob Authore mortem, imperfectam absolutisse: ita hortante Alexandro IV. Papa, & scribente ann. 8. sui Pontificatus ad Francie Musstruin Prouincialem: ut huic doctissimo viro admidicaret abbas, qui in tanto opere ei adlaborarent. Vt perfectè opus à 72. Magistris Parisiensibus commendatum, & sigillis appolitis comprobatum; Pontifex etiam suo Diplomate confirmavit. Eadem refert Marcus Vlyſſiponten. lib. 1.

sup. cap. 55. Eximium huic virum se vidisse testatur Beatus Anselmus, Thomas Casupratanus, quorum eminentis vitæ hominem vocans, dicit. *Vidi & absum emensatis vitæ vnum, de Ordine Fratrum Minorum, Fratrem Guillelmum de Militona, qui Magister Theologia Parisiis, sanctissimus ac deuotissimus vitam dedit: hic cum die quadam Parisiis prædicaret, per horam obmutuit: & verbum vitæ reserens, omnibus cum vultu sereno valedixit, & sic in pace quiescit;* Hæc ille lib. 2. Apum cap. 1. numer. 16. Vnus fuit ex illis sex Religiosis, quos Diuâ libella, Virgo, foros sancti Ludouici Regis Franciæ, maxime venerabat, consuluit quæ circa an. 1156. super constructione noui Monasterij Longi-campi, in Diocesi Parisiensis: ut constat ex Codice MS. Legend. S. libellæ. & Rouliardo in vita ipsius virgin. cap. 7. qui in historia Melodunensi pag. 316. dicendum putat ipsum cognominari *Melodunensem*; eo quod *Melodunum, Militonum* Castrum etiam vocitetur.

**Beati Rogerij, Confessoris. e]** Gallus erat natione ex 9. 1. provincia Phoceniensi oceanidis; concionator feruentissimus, ac pulcherrimus. Custos exiit in sua provincia, & meritum cumulatus, apud Conuentum Vzeziensem, vulgò *Vzezi*, propè Aëodum in Gallia Narbonensi, excessit in vita: cuius anima vix est sub specie marti splendentis, in caelum conscendens, ann. 1187. Post vix eius virtutibus ac miraculis plena delectata est per R. P. Raymundum, Confessarium ipsius. A gunt da

eo Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 12. part. 1. in Fratib. minor. sancti. illustr. provinc. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. S. Antonin. 3. part. hist. titul. 2. 4. cap. 9. §. 9. Marcus Vlyssiponenfis part. 2. sup. lib. 4. cap. 43. & seq. ex Choniza antiquis & flocculis ordin. minor. Gonzaga sup. in provinc. S. Ludovici post intium. Tostinianus lib. 1. hutor. serapine. Marianus lib. 3. cap. 7. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1287. §. 9. & seq. Algeria in Arbore Epilogica totius ord. Franciscan. Cornelius à Lapide commentar. in Gene. cap. 34. vers. 1. Aluanus Pelagus de lib. 2. Plant. & Eccl. e. 92. circa fin. Bzovius tom. 13. ad annum Christi 1284. §. 7.

4. *Beati Mathias, Confessoris.* 4] Vix fuit mixta perfectionis & sanctitatis. In Nigroponte locis miracula clarus, prout testatur Pisanus sup. in provinc. Romanie. & Codex MS. ibid. Gonzaga part. 1. sup. in B. B. viris humilis ordinis. Tostinianus & Pecquetus sup. Wadinghus tom. 3. ad ann. 1305. §. 5. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 64.

5. *S. Thome, Confess. Tert. c]* Hic dicitur ortus est progenie in villa Valmaccina, ditionis Nucernæ in Vmberia. Mater re & nomine Bona, dum in sanctulum gravidula gestaret in alio, ab Angelo sanctus partus, futuræ sanctitatis, & nominis Thomæ, quo debet ut visigenti, præmonita: sacrum hoc germen eulit in 1309. Ex humilitate autem, vel contemptu, dictus est *Thoma Smeris*. Qui duodecim annorum factus, suam Deo obtulit virginitatem & anno ætatis 24. longa præ multo oratione, & parentum obsecra, vel potius extorta licentia, mundo vale dixit, & in solitudinem recessit. Hæc hærens, & plangens magistrum doctæ virtutis, ab Angelo salutatur, iubeturque ut in Gualdi montem ascendat: ubi Dominus preparatur optimum præceptorem, F. Petrum Eremitam, virum piissimum, admirandæque potententis: cuius disciplinam iussit, ut perpetuo ad amulum secleretur. Ab hoc viam salutis æternæ edocuit: & tertii Ordinis Sancti Francisci an. 1313. habitus suscepto, annis viginti quatuor commisit. Mortuo demum Magistro, quingentis à Gualdi oppido passibus, cellam sibi constituit; in qua se reclusit, celula duntaxat fenestella, per quam pti viri panem ministrarent & aquam integro triennio huc delatæ, bis duntaxat in hebdomada pane patus & aqua, nulli hominum preter Confratrum locus, dotinebat parvisper recto consistent corpore, velut plurimum in mibus miro, nunquam detracta sed immutata & illota veste segmenita; sub hoc vite genere videbatur potius prostram mortem, quam vitam præferre humanam, præsertim cum virtutis & pœnitentis hostibus alas ad dicitur calamitates, quas superno vicat auxilio. Dum iugiter intra huiusmodi ergastulum rebus vacaret celestibus. Tandem apparuit ei Chæritus: movit ut inde egressus, nomen fnum portaret ad gentes rebelles, & à Sede Apostolica apostolatus. Vocit Dominicæ parens Beatus Thomas, Tuscanus, Vmberiam, Matenam, & myliam, & cæteras Italix corpis peragere Regiones; quibus in itinibus magnas quidem perpeffus est tribulationes, fed crebris miraculis & multiplici prophetæ spiritui claruit. Tandem rediit in domum, febrî corripitur, & finem vite propè esse præsentens, deuotè postulat receptique Ecclesiæ Sacraments, assistentibus Angelis, pie obdormiit in Domino, hac die, anno Christi 1273. ætatis sue 38. è pulvis apud Eremitas Augustinianos, frustra reclamantibus Minoritis. Post annum multos exhumatum sacrum corpus, omnino integrum & silexum respectum est, & in loco supèr altare conditum, die 19. No-

vembri: quam ob causam Fulgini, 60 die illius celebratur festiuitas, cõmpendim coleretur 17. Kalend. Octob. quo decesserat. Vitam eius scripserunt Iustus Rufus Florent. Henricus de Sardo Vtio, & Ludovicus Jacobillus in SS. Fulginsium. Argunt de eo Sanctus Antoninus sup. titul. 12. cap. 1. §. 6. Marcus Vlyssiponenfis sup. 1. part. lib. 9. cap. 25. & 3. part. libe. 1. cap. 4. Tollinianus lib. 1. in h. Gonzaga part. 1. in Beatus viris Tertianis. Oddo Perusinus in Specul. cap. 9. De Bultis 2. part. Rosary Quadragesimal. festum. 17. part. 2. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar. Ioannes de Torres in Practicis exhortationibus super eandem Regul. Tertiarior. fol. 38. pag. 1. & Iouanus Pontanus commentar. Petrus Buonifegnius lib. 4. hutor. Florentin. Wadinghus sup. tom. 5. ad an. 1333. §. 21. & tom. 4. ad ann. 1377. §. 4. & seq. Marulus lib. 4. hutor. sacrar. Religion. Salazar. lib. 6. chron. provinc. Castellæ cap. 13.

*Beati Ambræsij à Castellâ, Confessoris.* 7] Egregius sus temporis extitit Ecclesiastes, & sic professionis amarissimus: qm propheticò spiritu afflatus, Veltianis, suæ ciuitatis excidium, acque dirupcionem, quam sub Turcica classe, ipso die B. Mariæ Magdalenzæ (acro an. 1554. passa est, & pè se ipis, pro suggestis, multo ante prædixit; & certissimum fuit et obtus dum, qui & anno Christi 1476. contigit, Fratibus adhuc bene valens, præsentans. Ita Gonzaga 2. part. sup. in Consuetu S. Maræ de Giaris, Campi-bassi, qui est 16. provinc. S. Angeli. At quomodo potuit communiem eo in Conuentu nancisci sepulturam an. 1476. qui nondum extructus erat ann. 1309. vt ibid. ipse fatetur. Ideoque Barczus 4. part. chronic. minor. lib. 5. cap. 60. vult eum obisse ann. 1551.

*Beati Michaelis à Bononia.* 8] Memoratur à Matia- no lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 45. chronic. Auditor. obseruant. Reformat. Granina vsq; Tertius part. 2. cap. 24. Daça part. 4. chronic. minor. lib. 2. cap. 17. & 33. Rapinot in hutor. general. oegin. Recolledor. decad. 5. part. 1. §. 11. post Gonzagam part. 4. sup. in Consuetu Sancti Francisci Chiapale (qui est 18. provinc. Sanctorum Petri & Pauli.) ita de eo scribentico. *Hæc demque Manasterium suo suare commoda dationem reddidit, insignis Pater Frater Michael à Bononia, qui ex Bononiensi pœnitentia, vbi monasterium indocet habitum, ad istas vsq; partes penetrat, Mexicanam, Yarascan, Ombonicam, Cascaniam, atque Italicam, Indiarum linguas, infra breuissimi temporis spatium, apprimè didicit: & sacris vti consuetibus, innumeris ferè præfatarum idiomati populis ad Idololatriam, ad Catholicam fidem conuertit. Fuit pœnitentia hic Religiosissimus Pater, pœnitentia obseruantissimus, Religiosus Franciscanæ zelantissimus, amantique virtutum studiosissimus; quem obrem & Indis præfatis, maximeque in vniuersitate fuit: & in præfatarum vsq; ab usum, vt Sanctus, Deo choras, ac verè beatus colitur. Hædem confirmat Barczus sup. lib. 1. cap. 32. & lib. 8. cap. 72. ad ann. 1584. cuius inest per Gallicus in sepe adnotate in unagine, ipsam pietatam Bononiæ esse in Germania inferiori: ehm tamen ille nulla exte & nam Bononia in finibus Veromandux, in Picardis, ad mare Oceanum, Gallicæ est, Regique Christianissimo patreted nulli provincie Franciscanæ dicit nomen: quocirca admodum ea Bononia, Italæ ciuitas.*

*Beati Eusebii, Confessoris.* 9] Illius meminere Martianus lib. 3. cap. 10. Gonzaga 1. part. sup. in B. B. Eusebii Franciscan. ordin. Tostinianus lib. 1. sup. in E. P. P. de bono flat. relig. lib. 2. cap. 17. Elzeuius lib. 2. cap. 5. sacri mont. Olibet. Cromerus lib. 9. cerum

rum Polon. ad ann. 1279. & 1292. Rozmus tom. 13. ad ann. 1279. §. 9. Salazar, libr. 5. chronic. provinc. Castellæ c. 20. Wadinghus to. 1. sup. ad an. 1279. §. 6. ann. 1287. §. 1. ann. 1292. §. 21. & tom. 1. ann. 1311. paragr. 25. *Chuangunda*, seu *Chauquander*, item *Kinga*, vel *Zingua*, dicta est. Sanchez Elibeth Hungaræ, notis germana, Belg. Regis Vnjaræ filia, vxor verb. Boleslai Paderis, Polonæ Ducis lupremi: quo mortuo ann. 1279. mox vna cum sorore Yolentia, distracta, & in vltis egenorum distributa cunctis facultatibus suis

Clarissarum instituto sese addixit, & veterem Sandeciam, ne quicquam refragantibus & resistentibus proceribus; commigravit: ibique reliquum vitæ tempus in Monasterio à se, & viro suo condico peregit. Claruit spiritu prophætæ, ac tot tantisque miraculis: utin Romana Curia, de eius Canonizatione serius ageret: interruptum tamen negotium ob vltimæ orbis vicissitudinem. Obiit ann. 1292. 24. Iulij, sed rursus reuocatum ann. 1628. sub Urbano VIII.

## DECIMOSEXTO KALENDAS OCTOBRIS.

**M**arrochij in Africa, Passio Beatorum <sup>a</sup> Leonis, Hugonis, Domini, & aliorum duorum, Martyrum: qui pro confessione fidei, cum maxima multitudine fidelium, capite plexi sunt. In Hybernia, Beati <sup>b</sup> Thomæ Geraldini, Martyris. In Galia, Beati <sup>c</sup> Ioannis Iuliani, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Auriciaci in Aruernia, Beati <sup>d</sup> Rigaldi, Confessoris: miraculis clari. In Gallæcia, Beati <sup>e</sup> Bencazæ, Confessoris: signis & virtutibus conspicui. Mirandulæ in Flaminia, Beati <sup>f</sup> Raphaelis, Confessoris: quem miraculorum gloria nunc vsque exornat Badejocii in territorio Hispaniæ, Beati <sup>g</sup> Antonij Argentarij, Confessoris: qui ob Christi prædicationem; in Africâ multa passus, in pace tandem gloriosus ad cælos euolauit. Toleri, Beati <sup>h</sup> Alphonssi à Zamorra, Confessoris: mira humilitate & patientia insignis.

## SEPTEMBRIS XVI.

6. 1. **B**eatorum Leonis, Gre. Martyrum. <sup>a</sup>] Passi sunt circa vltimum Christi 1232. hac die, vt testatur Marcus Vlysioponensis 1. part. chronic. minor. capit. 19. vbi eorum Martyrium describit: post S. Antonij. 3. part. histor. titul. 24. cap. 7. §. 6. hinc verbus. *Post aliquos annos apud Marracos, in Ecclesia Sanctæ Mariæ, præconferentibus fides Catholica, fuerunt alij quinque Fratres Minores, in quorum maxime Christianorum versumque fixi decellati. Post quorum passionem Saraceni, in ipsa Ecclesia, vbi illum corpore tacebant, maximam luminis claritatem videntes, & campanas perfrangentis, & voces Sanctorum Angelorum præconium extolentes, admirati sunt.* Wadinghus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1232. §. 33. ex chronic. antiq. & Mariano lib. 2. cap. 2. vocat eos, Leonem, Hugonem, & Dominicum: cum duobus Anonymis, qui Iohannes & Eleuthus dicuntur à Picquetis.

6. 2. **Beati Thomæ Geraldini, Martyris.** <sup>b</sup>] Indefessus prædicator extitit: quando pro fide Catholica Martyrium subit. Cum eaduari obtento, & ex carcere extracto, Catholici per tres dies sollemniter parentantur, tanta deuotione, & populi conuulsi, vt nequiuissent hæretici eidem obstitisse. Agit de eo Wadinghus tom. 1. annal. minor. ad ann. 1271. §. 15.

6. 3. **Beati Ioannis Iuliani, Confessoris.** <sup>c</sup>] Orandus erat ex Rhegensis Diocæsi in Galia: vir admirande pietatis, doctrinæ, & sanctitatis: necnon Dni Elzearij, Tertiarj, Ariani Comitis, Confessorij. Mensis eius habebat in antiqua scriptis sancti Elzearij Legenda, quæ extracta in Bibliotheca Regis Lutetiana, auctore M. I. Raphaelæ, ordinis Predicatorum, tum apud Surium, Benedicturn Coronatum cap. 10. Wadinghus tom. 1. ad ann. 1316. §. 11. & alior Dni Elzearij vix Auctores.

6. 4. **Beati Rigaldi, Confessoris.** <sup>d</sup>] Vt sanctus fuit, &

plurium patris miraculorum. Mense Octobris à Beato Bartholomæo Pisanò lib. 1. confirmatur. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratris minoribus, prouincie Aquitanie sanctitate illustris. Gonzaga 1. part. orig. seraph. relig. in Beate viris humilis ordinis. Picquetis in catalog. vitor. illustre. Franciscan. Toffinus lib. 2. in Cullodia Ruthenensiu. Wadinghorum. ad ann. 1354. §. 24. ex Mariano lib. 4. cap. 10.

**Beati Bencazæ, Confessoris.** <sup>e</sup>] Patria Tuleritensis erat: vt moribus præclarus: miracisque, egrotante & post obitum. Scribit de eo Pisanus sup. in prouinc. S. Iacobi. Gonzaga sup. Toffinus lib. 1. histor. seraphic. Wadinghus sup. tom. 1. ad an. 1214. paragr. 8. & 1216. §. 2. Addition. prouinc. S. Iacobi in Conuentu Ouenensiu. Picquetis sup.

**Beati Raphaelis, Confessoris.** <sup>f</sup>] Religiosissimus fuit, & Angelica conuersatione pollens: quique plurimè claruit post mortem miraculis. Obiit ann. 1494. Baxerex 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 51. scribit ipsum fuisse natum Heluonem: at Gonzaga 2. part. sup. item part. 2. in Conuentu Mirandulano, (quo est 16. prouinc. Bononensiu) attestat hunc Beatum Patrem Teutomem esse: ibique è vix excellisse, atque humanum esse: cui assensit Picquetus sup.

**Beati Antonij Argentarij, Confessoris.** <sup>g</sup>] Ex Legionis in Hispania duxit originem: Sacerdos nimodum pius, & ingenio singulari prædus: qui vni cum B. Alexandro Italo, Laico, (de quo 28. Iulij.) in Africam traiciens, Euangelij distinctioni causâ, plurimâ, grauique ibidem perpassus est supplicia. Liber de mundum diuulsi, rediit in Hispaniam, vbi nouo spiritu feruore accensus, studium virtutis ac perfectiõnis, se miro modo est aggressus, vt cæteris esset in stuporem & signum: tandem clarus sanctitate que ut in Domino: lepultusque apud Conuentum S. Iacobi Gabule

Balejocij, qui est 22. prouinc. S. Gabrielis. Ita Barreuzus sup. lib. 2. cap. 18. ex Ioanne Baptista Molez, in Memorial. prouinc. S. Gabrielis: sic Rapinuz in hultor. vniuersal. orig. Recollector. decad. 7. part. 2. paragraph. 2.

- §. 8. *Beati Alphonsi à Zamorra, Confessoris.* <sup>b</sup>] Nobilis erat genere, & Sacerdos deuotissimus. Humstanta fuit in laboribus, maxime verbò in infirmitatibus perseverens patientia, tantaque humilitas, vt patientissimo cuiuscumque alteri assidui queat. Cùm enim per integrum annum, marcore, hydropisi, atque asthma, grauissimè laboraret nihil vnquam motus, nihilque displicentia, in ipso animaduerti quiuir, sed ea omnia le-

tissimo potius, atque animo summe sereno perreuit. Vsum vniuersæ carnis ingressus est ann. 1578. ob cuius singularem ad Desiram Virginem affectum & deuotionem, illius suauissima presentia, paulò ante obitum, dignari meruit. Ad cuius finem vniuersa Tolotana ciuitas, ipsius pedes deosculatur, eucurrit, proferatque. Hæc ex Gonzaga part. 3. sup. in Conuentu Sancti Iosephi Tolati, qui est 25. prouinc. Sancti Iosephi. Barrezo sup. lib. 7. cap. 27. Rapinuz sup. decad. 8. part. 2. paragraph. 11. Grauius in *viue Turris* part. 2. cap. 24. Ioanne à Sancta Maria part. 2. chronico prouincæ Sancti Iosephi lib. 2. cap. 20.

## DECIMOQVINTO KALENDAS OCTOBRIS.

**C**ommemoratio <sup>a</sup> Impressionis sacrorum Stigmatum, quibus Seraphicus Pater Sanctus Franciscus, Ordinis Minorum institutor, in foris manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia, in monte Aluerniz in Hæthruia, impressus est. Iafanapatani, in India Orientali, passio Beati <sup>b</sup> Melchioris Vlyssiponenfis: qui cùm esset prouincie Sancti Thomæ Gullis, Barbarorum sagittis, ob fidei prædicationem, confossus, Martyrium consummauit. Nugaroli in Aquitania, Beatorum <sup>c</sup> Martyrum Ioannis à Lanax; Conuentus huius oppidi Guardiani; & Ioannis Vanglij Sacerdotis: ab hæreticis occisorum. Politij in territorio Caphaludensi, Beati <sup>d</sup> Gandulphi, Confessoris: virtutibus & miraculis gloriosi. In Hæthruia, Beati <sup>e</sup> Anonymi, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Perusia, Beati <sup>f</sup> Sensus, Confessoris: oratione, humilitate, & vitæ austeritate conspicui. Tiferini in Vmbria, Beati <sup>g</sup> Iacobi, Confessoris: miraculis clari. In Italia, Beati <sup>h</sup> Caroli à Dendano, Confessoris, Tertiarij: vita & signis admirandis spectabilis. Nicosia in Cypro, Beati <sup>i</sup> Henrici Regis, Confessoris: qui & propter Christum humilis factus: virginitatem illæsam custodiuit: & crebris miraculis emicuit. Fulginij in Vmbria, Beati <sup>j</sup> Pauli de Trincis, Confessoris: genere ac pietate illustri: qui Regularis Obferuantia Familie promotor exitit præcipuus, & spiritu prophetico ac miraculorum gloria fuit adornatus:

## SEPTEMBRIS XVII.

- §. 1. *Commemoratio impressionis.* <sup>a</sup>] De hac admiranda & inaudita omnibus sæculis sacrorum Stigmatum impressione, per Christum Dominum in corpore Seraphici Patris Dni Francisci, agunt Lucas, Tidenis Episcopus, lib. 2. aduoc. Albigeni. cap. 11. D. Bonaventura in magna & parua Legenda Sancti Francisci. B. Antoninus 3. part. histor. titul. 24. cap. 1. paragraph. 1. Beatus Bartholomæus Pisanus in opere de conformitate. S. Francisci ad Christum: sed maxime lib. 3. fruct. 3. part. 2. Baptista Fulgosiolus lib. 8. factor. doctorumque memorabil. cap. 10. M. Marcus Spalatenf. ibid. lib. 2. cap. 4. Legenda Gregor. IX. de S. Francisco. Marianus lib. 1. cap. 24. & 25. Chronicon Citizense ad ann. 1216. Chronica compendiosa, seu compilatio chronologica, inter hilkoncos German. ad ann. 1224. Nider lib. 3. Formicarij capit. 12. Coluenensis ibid. in Annotation. Toffianus lib. 2. histor. seraphic. Marcus Vlyssiponenf. part. 1. chron. minor. lib. 2. cap. 55. & Mathæus Parisius ad an. 1227. Aluarus lib. 2. de Plantu Eccles. cap. 60. ante med. Marianus in Appendice libr. 6. chronie. florentior. obseruat. Reformat. capit. 24. Brouas ann. 1224. paragraph. 7.

Sauslay: in Martyrolog. Gallican. hæc die. Gonzaga part. 2. origin. seraphic. relig. in Conuentu montis Aluernæ, qui est 17. prouinc. Tuscor. Lyranus part. 2. in 1. Reg. 14. vbi de morali expositione. Nauclerus in chronico genere. 41. Boluistom. 1. de signis Eccles. lib. 9. cap. 8. & tom. 2. lib. 15. cap. 3. Bellarmus concion. in Dominica Sexagesimæ. Franciscus Colther concion. Dominicæ Pentecostes parage. 10. Franciscus de Sales tract. de Amore Dei lib. 5. cap. 5. lib. 6. cap. 15. & lib. 7. cap. 10. Sedulius in annotar. ad vitam D. Francisci cap. 15. Wadinghus tom. 2. annual. minor. ad ann. 1224. paragraph. 15. & seq. Algazia in Arbore Epilogica totius nrdin. Franciscan. Iuocapemus de fidelib. successib. pietatis part. 1. cap. 18. Baerz tom. 2. commentar. in Euangel. lib. 12. cap. 8. paragraph. 6. Speculum spirituum part. c. 2. do Passions Christi memoria. Buehous in Fastis Christianis ad 4. Octob. Viegas in Apocalypf. cap. 12. commentar. 1. lect. 18. Bernardinus Corus in histor. Mediolanenf. part. 2. pag. 295. Metroem tantum docto deponerunt carmine, preter alios, ex Minoribus, Franciscus Maurus, Hispanus, lib. 12. & 13. Francisc. ci ad.

elsd. & Laurentius Massonius, Fulginas lib. Geror. hymnot. hymno 24. Manuanus lib. 10. pastor. Benivus lib. 4. carmine epigrammat. 25. & 26. Petrarca lib. 2. de vit. solitar. tract. 5. cap. 11. Petrus Salazar lib. 1. chronie. historie. provincie Castellæ cap. 19. & 20. Volateranus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Et vi, vnicodiciu verbo, historici omnes Ecclesiastici, tam vetusti, quam recentiores, alique scriptores, quos ad fatietatem referet, transcriptis etiam eorum vris his, venerabilis & pius Pater Antonius Dofa, peculiar de hoc argumento libello. Silentio etiam pretermittunt, tum expositores Regule Franciscan. tum collectores privilegior. minor. seu de rebus Seraphice Religion. tractantes: tum, vitæ D. Francisci scriptores; vel conciones de eo habentes, quorum quamplurimum extant de huiusmodi sacris Stigmatibus: sed de his inferius ad 4. octob.

11. hæc eadem attestantur vacia divinitus edita miracula: quorum locum tenebant Sanctus Bonaaventura sup. cap. 13. & 16. Pilanus sup. Marcus Vlyssipontensis sup. cap. 18. & lib. 3. cap. 1. a. & c. item part. 2. lib. 9. cap. 11. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1224. §. 21. 22. & seq. & ad ann. 1228. §. 13. 14. & c. Toffinianus sup.

§. 3. Telles etiam oculati haud nobis defuntiquos proferit idem Seraphicus Doctor S. Bonaaventura cap. 13. sup. *Ipse videri, licet ibi sacrum iuramentum in ævo multa diligentia haderet abscondere: latere tamen non potuit, quia aliqui Stigmata manuum viderent & pedum: quamquam manus quæsi semper portaret castellas, & pedibus ex tunc insidere calcassent. Viderunt etiam, dñm vincens, Fratres plerumque, qui licet essent propter sanctitatem præcipuam, vix per amata fide dicitur: tamen ad omne divinum amorem, sic esse, ac se vidisse, talis sacrosancti, iuramentum firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum vris sanctis habebant, aliqui Cardinales, laudes factorum Stigmatum Petri, & Hymni, & Antiphonis, quas ad ipsos videndum duxerunt, vivaciter insistentes: qui tam vrbis quàm scriptis, perhibuerunt testimonium veritati. Summos etiam Pontifices, Dominos Alexander IV. cum populo prædicaret, coram multis Fratribus, & multis, affirmavit: si dñm sanctus videret, Stigmata illa sacra suis oculis conspexisset. Viderunt in morte plurimum quinquaginta Fratres, Viqueque Deo deusissima Clara, cū ea ceteri Fratres suos, & saeculares innumeris: ex quibus quemadmodum suo loco dicitur, quamplurimos & consulti sunt, ex deus totius afflitu, & tante lanarunt manibus, ad testimonium firmitatem. Eadem ferè repouit cap. 13. dñm finius & exequias Dni Francisci enarrat: quæ confirmant Pilanus. Marcus Vlyssipontensis cap. 57. 72. & c. Wadinghus ad ann. 1224. §. 23. & c. tum ad ann. 1226. §. 40. 41. & seq. supr. Toffinianus. Post Tudenstem sup. lib. 3. cap. 14. & 15.*

§. 4. Quid autem vultum fuerit Beato Francisco, quid dicere, quod acclamare voluerit, dñm facis illis Stigmatibus insinuetur, apè quidem & decenter: his fuit expressum carminibus,

*Omnipotens Divinum Pater, ac sator optime verum,  
Sernatorque hominum, cælum qui numine torques:  
Sternis, & vidi, uni maris æquora comprimis, aras  
Ventorum effrenas, atque impia Tartara quassas,  
Mene hodie tantis videro fulgoribus ornas?  
Tanto-neme genitor duxisti munere dignum?  
His-ne meos radiare iubet insignibus artus?*

§. 5. Parabolicis & obscuris verbis expressit suo Cantico

vitæ Dei amicos modulamine, quos cælestis cupidus ictus influit, & quos vicissim habuit cum Christo acciores, sed dulciores congressus, (habet enim & amor Chribanus sus prelia, suas admittit & exultit sagittas) quibus tunc in dè amicos faces incendebantur.

**D. FRANCISCI CANTICVM,  
AB HENRICO CHIFELLIO  
Aotuerpinis Latium fidiu.**

*V'ssit ardenti mea corda flamma,  
V'ssit ardenti mea corda flamma,  
Ignis amoris.*

*V'ssit ardenti mea corda flamma  
Grator spansi spesces novelli,  
Annulum quando dedit Agnus infans:  
Ast vbi me carcere clausit arcto  
Ilicet ferro serens acuto,  
Rupit impresso mea corda telo.  
V'ssit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris.*

*Rupit impresso mea corda telo,  
Corpus inuenta cecidit sub ictu:  
Lectus e paucis calamus pharetra;  
Vrbibus missis validis, quæque  
Pacis excussa, tulit arma belli:  
Torreo dulci exanimatus astu  
V'ssit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris*

*Torreo dulci exanimatus astu:  
Matte mirari, fuit hic amantis  
Imperus teli, quod acuta ferro  
Cuspis oblongo regit atque lato:  
Percutit pectus, pedibusque cantum  
Extat infixo gravis hasta ligno.  
V'ssit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris.*

*Inde telorum subiere nimbi,  
Et procellose furit ira pugnæ:  
Munior velox rutilante parma;  
At magis crebro feriente ferro  
Lucido inelsum tepe pectus ars  
Me nimis forti lacerante dextra.  
V'ssit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris.*

*Tam potens ardare vibrabas ictus  
Duxerim vt vanum excipere ingruentes,  
Fugerim & terre occubuisse morti.  
Bella non aqua ratione tentas,  
Clamo: at is fortes iterando pugnæ,  
Movit innicta nona bella dextra,  
V'ssit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris.*

*Saxa plumbato iacit æliamissa:  
Saxa quæ pondus graviora mille,  
Sicut æstiva rabies procella,  
Densa non illo numeranda sensu  
Vndique expostum ponere pectus,*



*Irrito nunquam recedente nisu.*

*Visit ardenti mea corda flamma  
Ignis amoris.*

*Irrito nunquam cecidit enisus.*

*Missa tam doctæ iaculantis arte.*

*Lamque prostratos rigor omnis artus*

*Liquit, & corpus lacrimam refractis*

*Perierat sensus: tacuit supinus,*

*• Pallida, exanguis, veluti Umbra mortis.*

*Visit ardenti mea corda flamma*

*Ignis amoris.*

*Pallui, exanguis veluti Umbra mortis:*

*Non tamen dulci surgente rita,*

*Gaudia ac canctos inhærente sensus,*

*Fortis hinc vires renouo priores,*

*Et citius respicia seclor alma,*

*Qua viam celsi referant olympi*

*Visit ardenti mea corda flamma*

*Ignis amoris.*

*Præstina postquam rediere vires,*

*• Amor, & Christo pia bella porto,*

*Fertiles eius peragando campos?*

*Obiuram amplectens ausis lacrimis,*

*Implicat nunquam perennante nexu,*

*Impetus tanti generosus Victor.*

*Visit ardenti mea corda flamma*

*Ignis amoris.*

*Vindice ac postquam pia bella dextra*

*Risè confectis, proprio citatus*

*Pacis immota stabilire leges?*

*Nonque sinceri meus igne amoris*

*Aserat Christus: placida in quiete*

*Iam fruor, solamine iam perenni*

*Roborati misis mea corda Christus.*

*Visit ardenti mea corda flamma*

*Visit ardenti mea corda flamma*

*Ignis amoris*

3. 6. Descriptionem hanc poeticam præcipuè referendam iudicat Wadinghus tom. 3. opuscul. S. Francisci, vna cum Sancto Bernardino Senecensi tom. 4. serm. 4. extra ordin. prot. edition. ad ineffabiles illos: in monte Aluene confluctis, quibus amoris pugil D. Franciscus, ab iplo amore, quo fasciatus vulnere, totus amot euasit, intus ardens, & exterius suam amorem repræsentans. Aliud præterea refert Caristicum, quod etiam actuarie ab eodem Patre Sancto Francisco, post Stigmatum receptionem modulatum fuisse: ex eo quod læpius se percussum meminerit, & clarius sibi tum ossa aperta, efflue recentem quod ad vulnecum hauris tetulisse videtur. Illius meminit idem S. Bernarminus sup. serm. 16. extra ordin. rærumque sermone. fecit 6. Paralceus. Illud vario carmine genere Latinum reddidit Iacobus Lampognanus, Italus, & locetate læta. Sic autem incipit apud eundem Wadinghum,

*Quid vulnere atam perdis o amant amor?*  
*Mibi cor recessum facibus æternis flagrat,*  
*• Actibus amoris, &c.*

- §. 7. Non possunt omittare, quia oportune commemora-

tem, ingens illud prodigium in sanctæ S. Francisci, quo ex multis mirabilibus haud facile quicquam dixerit quidquam mirabilis fuisse. Corpus illud exangue, adhuc erectum in pede, uregrum illum, apertis fissibilibus in alium, coram aspiciere, vultibus illis quoque recentem manantibus sanguinem, conseruari. Ita visum à Nicolao V. Pap. an. 1449. cum quodam Episcopo, Gallo, & nonnullis aliis: qua de re extat epistola Francisci de Batis, Andrie Ducis, ad Andrem suum episcopum. Idem videtur Dicitus IV. Pont. Max. Cardinales, Agulius Carillans, Albornotus, Hispanus, & Alergius, olim Beneuentanus Archiepiscopus, Presbyter tituli S. Eusebii, tum Franciscus Sphorta, Dux Mediolanensis, & vari quidam Alissians: tum D. Galeottus de Bistochio, vir illustrissimus, 1509. die 18. Decembris. Præterea, inuentio venisse Pio V. Pont. Max. in mentem facturi hoc videre deplisum, itaque quo mandauit Ioanni Pico Cameræ, Ministro Generali Partium Conuentuum, ut contaret aperiri Cryptam, in qua continebatur talis thesaurus, sed frustra, quod quidem diuino numine factum esse credimus est. Vide Toffinianum lib. 2. Marcum Vlyssiponensem part. 1. lib. 2. cap. vltimo. ceu lib. 10. cap. 1. sup. Sed alium in annotat. ad cap. 15. vuz Sancti Francisci. Wadinghum tom. 1. ad ann. 1230. §. 4. Salazar cap. 18. &c. sup.

Mirabiles præterea visiones factæ sunt hac de re: vt §. 8. omnibus horum veritas innotelcat Stigmatum. Sanctum Episcopum - Cardinalem, Diuum Bonauenturam, audians. Ad huius suspensis miraculis (inquit) irrefragabilem firmitatem, non solum videruntur, & palpantem testimonia, per omnem modum credibilia, verum etiam apparitione mirabilia, & virtutes post ipsius vitam cõsistentes, ad omne mentis estu, eandem modum suffragantur. Ex his namque recitatur, Domini Gregorius Papa IX. (de quo vtr sanctus prophetae prædixerat, quod ad dignitatem Apostolicam sublimandam) antequam Crucis signifer ueniret, a Sancti sui adseribere; & vultum quendam deditur in corde gereret, de vulture laterali. Nihil miri quoddam (sicut ipse fidei Antiqui referebat cum lacrymis) Beatus et Franciscus, quodam facti præcursu dicitur, in suam apparuit. & hæstatiuus cordis ipsius redarguens, elonans brachium dextram, dextræ vultum, phalange poposuit ab ipso, ut scintillam emtereret sanguinem, quo ex lateri desfluat. Obtulit in visione Summus Pontifex phalange postulat: qua respice ad summum, sancti uisus de lateri, vultu debuit, impleri. Ex tunc ad illud factum miraculum tanta cepit deuotione affici, & emulatio seruire: ut nulli uadi passus esset, quod aliquis profanitate illa sacra signa, superba præsumeret impugnatione suscitare, quin eum sacræ interpretatione feriret. Hæc & his similia scribit Seraphicus Doctor cap. 16. vit. S. Francisci: quem sequuntur Pisanus, Vlyssiponensis sup. lib. 2. cap. 59. Toffinianus, Wadinghus ad ann. 1228. §. 3. sup.

Ad hæc, singulare hoc Diui Francisci privilegium §. 9. commendat & extollit Poutificum plurima Diploma: primum, est Gregorij IX. 21. vniuersos fideles per Teutonicam constitutos. Incipit, *Consistit Dominus gloriofus*: sub Datum Viterbij, Nonis April. Pontificatus ann. 11. Item ad Fridericum, Episcopum Olo-mucensem, in Moraua: incipit, *Vosper ad terminis ar-* bit. Iterum, ad Prætoræ & Prouinciales Ordinis Predicatorum incipit. *Non minus dilectus*: sub Datum ve sup. Agunt de us Pisanus, & Toffianus sup. Firmamentum oia donum minor, 1222. a. p. 2. Speculum Fractum minor, 1222. a. Monumenta ord. cuius. 1222. 1. Marcus Vlyssiponensis lib. 2. sup. c. 59. Wadinghus tom. 1.



eūctus, & publice confessus iudicio Ecclesie, con-  
suis fautoribus est puniens. Ita Parisius de Gestis Ang-  
lor. Vvallingham Westmonasteriensis anno 1222. &  
Bzouius tom. 11. annal. Eccles. eodem anno §. 10.  
Quid plura? nonnulli inuenti sunt hoc vltimo seculo,  
qui hoc singulare Christi privilegium B. Francisco ce-  
lestos datum, mirantur obfuscare, ac prorsus abolere.  
Esteros alloquar, ne an nostratos nescio. Sed vt sit,  
istidem vtr verbis, quibus Doctor Genium, pñicos  
Gallos, novos Christianos, amantissimè arguebat.  
*O infensati Galum, qui vobis sacrificauit, non obedire  
veritati, ante quatuor oculos Iesus Christus prescriptus  
est, in vobis Crucifixus:* cap. 9. 2. in Cruce enim Chri-  
stus, clauis, spiritus, flagellus, lancea, quasi calamis:  
sanguine veluti atramento, descriptus & depictus est,  
equali vltima macula pro peccatis nostris, vt ab eis  
infratremur id est, deprecas est, veluti redemptor, ju-  
stificator, propitiator & saluator noster: hæc tanti fecit  
idè Apostolus vt ita concluderet. Epistolâ suâ. *De cetero  
nemini molestus sit: Ego enim Stigmata Domini Iesu  
in corpore meo porto:* cap. 6. vers. 17. Sic Beatus Theo-  
dorus Studita, acriter flagellatus à Leone Imperat. Ico-  
noclasta, post verbera exortans, scribat ad Nauacra-  
tam: *An non diadema gestansurum gloria meritis  
Stigmata ferre Christi, vniuersis eius passiones cum coro-  
na?* Apud Baronium ad ann. 824. ex Michaelè stu-  
dita in eius vita. Stigmatibus Christi ferus Diuus Fran-  
ciscus, signis Redemptionis nostræ insignitus à Christo,  
sacra Stigmata deferat? quorsam ei vis impudè illam  
adimere gloriam? qui hoc conati sunt: vel vete-  
rè condemnatioque fuerit à Sede Apostolica; vt na-  
per ostensum est: vel heretici exutere, vt Beza, Mor-  
nerus, &c. quibus strenuè obuiarunt Cornelius à La-  
pide Commentar. in Epistol. Pauli ad Galat. 6. vers.  
17. Leonardus Coepurus sup. & alij.

5. 14. Facetur quidem Modernis quidam Diuus Franciscus  
detulisse Christi Stigmata, Gallicè, *Flethrissem-  
res:* sed quæratone id sic transulente, videat prudens  
Lector, scio, multos doctos viros illam iure ex hoc  
redarguile: cùm pius ipsemet in suis Homiliis, con-  
cion. de Sancto Francisco: huic vixæ traductioni  
contrarius sit. Nec in hac grani materia, iuuat, non-  
nullos scitulos, acque grammatikos in medium produ-  
cere: sed Theologos, Patres orthodoxos, aliosque  
viros pios & eruditos consulere id ex pofcebat: inuenis-  
setque, Stigmata dici à Græcis: vulneta, cicatrices,  
plagas, cœu notas alicui ferro cadentes inultas. Vide D.  
Thomam, Glossam ordinariam, &c. in præfatam,  
caput 6. ad Galatas. Apud Latinos verb; id omne,  
quod plaga fit aut vlcus, ex verberibus, & vulneribus  
acceptum. Itaque in Beato Francisco dicimus non  
simpliciter signa, cœu cicatrices: fuisse patula vul-  
neta, & perfossa, perpetuum manantia sanguine, cor-  
poris patentes aperturas: plagæque illas quinque, (scilicet  
vulnera hæc fuisse cruenta: è quibus semper bullabat  
sanguis, maxime verò è latere. Nec minutum id: sed in  
tantum serp, vt sancti vni tunica, & subligaculū cruce  
infesta tubertent: cuius rei testes adiunt Sanctus  
Bonaventura, Speculum vite Sancti Francisci, Pità-  
nius, Diuus Antoninus, Sedulius, & alij sup. ex Bul-  
la Nicolai IV. anno millesimo ducentesimo nonage-  
simo primo data sup.

Quapropter prima sedes, Sancta Romana Ecclesia,  
cæterarum omnium mater Ecclesiarum, ea sacra Diui  
Francisci Stigmata semper venerata est, docuitque  
esse colenda, festo particulari, vnde patet huiusmodi  
Stigmata esse ab Ecclesia Catholica canonizata, cùm  
ab illa habeant diem festum assignatum in Martyrolo-

gio, Breuiario, ac Missali Romano; & tot testimonia  
Summorum Pontificum publica: canonizata verò,  
non solum cadit supra Sanctos, sed etiam supra my-  
steria, vel supra festorum assignationem: qua in re  
Papa errare non potest. Est autem canonizatio, testi-  
monium publicum ab Ecclesia datum, de sanctitate,  
festo, vel mysterio: vt latè & benè probant Diuus  
Frater Agidius lib. 1. de Conception. Deiparæ fol. 9.  
& lib. 3. fol. 307. ex Suarez numer. 2. item Portellus  
supra.

Rem sic adè admirabilem, ac tantopere testatam §. 15.  
Benedictus Papa XI. anno octidima folemitate, dupli-  
ci officio Ecclesiastico celebrari voluit: hac die deci-  
moseptimo Septembris, quem ritum postea vniuersus  
ordo in Capitulo generali anno millesimo trecentesi-  
mo quadragesimo tertio: Caturci in Gallia celebra-  
to, gratanter accepit: huic rei meminere Pisanus,  
Sanctus Antoninus, Compendium priuileg. Marcus  
Vysliponenis parte prima, libro secundo, cap. quin-  
quagesimo nono. Wadinghus tom primo, ad annum  
millesimum ducentessim vigesimum quartum, pa-  
ragrapho ducentesimo & vigesimo, & alij sup. item  
Franciscus Mazzorinus in Martyrolog. Petrus Gale-  
sinius in Addition. ad Vlsardum, & Molanus ibid.  
Romanum Martyrologium vetulum M.S. & im-  
pressum ann. 1509. ac nouum per Cardinalem Baro-  
num, ex Mandato Stati V. teste ipsomet Baronio. Tandem  
Paulus V. Pont. Maximus, licentiam generalem  
dedit, anno millesimo sexcentesimo decimo sexto, om-  
nibus cleicis Regularibus & secularibus; vt possent  
hac die recitare officium diuinum de factis Stigmatibus  
diui Francisci. Postea idem concessit FF. minoritis de  
Oferuancia, vt semel quouis mensè idem recitarent  
officium, prima die cuiusque mensis non imposita ali-  
quo festo noceat lectio, excepto tempore Qua-  
dragesimæ & Aduentus ann. 1635. Ita habetur apud  
Wadingham, & Portellum sup. & in Brouano Ro-  
mano ano. 1635. in Appendice pro solis propriis ce-  
lestinis minorum, & hoc ex assensu sacre Congregatio-  
nis Rituum.

Officium proprium huiusmodi recitatur Stigma-  
tum, quo modo in hoc solemnitate recitatur, cōcinnatè  
Reuerendus Pater Gerardus Odonis, Gallos prouincie  
Aquitanzæ in Capitulo generali Parisiensis, ann.  
1329. electus Minister Generalis: indeque Patriarcha  
Antiochemis, ac Catanensis Episcopus. Id autem  
composuit ex diuersis Hymnis, Responsorijs, Antiphonis,  
Profis, & Rhythmis Ecclesiasticis, à varijs  
Cardinalibus, & Summis Pontificibus in honorem  
D. Francisci editis: prout testantur, Tritemius de  
Scriptor. Eccles. Gnesinetus in Bibliotheca. Willorus  
in Athenis orthodoxos Franciscos. Ioannes Rioche in  
Compend. tempor. lih. 4. cap. 90. de factis Docto-  
rib. Marcus Vysliponenis. 2. parte chron. minor. lib.  
cap. Wading hysto. 1. ad an. 1224. §. 20. & an. 1228.  
§. 78. sup. Gregorius IX. Papa concessit omnibus  
vitantibus Ecclesiam Mortis Aluente in die Stig-  
matum Beati Francisci, remissionem mediæ totius  
omnium delictorum: vifitantibus autem alias Ecclesias  
ordinis, eadem die, dedit de indulgentia noceat tertia  
apud Compendium priuileg. verb. *Indulgentia noceat tertia  
facilari, promi:* cætera vide infra ad 4. Octob.

SAPHICVM CARMEN QVO DE CLARA.  
 tar singulari Christi dilectio in B. Franciscum  
 dum et impellit sacra Stigmata

5. 17. **L**le, cui nunquam genus esse lapsnm  
 Desistit cura, regit astra: mundnm,  
 Gessit in hunc scelera parentum  
 Debata solns.  
 Post opus tantum, ruiturque ibat,  
 Vidit in praeceptis, quia nosse Ordo,  
 In chaos terrarum, tenebrasque uigrae,  
 Iuraque Vita.  
 Motus immensa pietate Venit  
 Denud terris, adit figens  
 Carus FRANCISCO patiente secum  
 Stigmata cordis.  
 Vt nonus mundum renite et alter  
 Christus impressit manibus foris,  
 Carum clausis pedibus reoritur,  
 Valnere Sancto.  
 Sicque compassus lateris rubentis  
 Ferret affixum, poscuntque vulnus,  
 Totus de Christo Cruce servus esse  
 Concrucifixus.  
 O virum seculo celeberrime cernite  
 Fide, qui talis similis per orbem?  
 Nemo, cui (mirum factum) nonantur  
 Signa salus.  
 Ferculis parvis, velidique potu  
 Fons, arcebat precus a sacrande  
 Corpore, veniens scelerosa fiesin  
 Flamma flammis.  
 Montis et colsum peterat cacumen,  
 Quò quater ductis dies diebus,  
 Solueret festum bacchaeti almi,  
 Nempe Laverna,  
 Rupe dum clausus speculari omnis  
 Sub specu duros lacrymis dolores,  
 Quos tulit mundi Sator et Redemptor,  
 Ardet amore.  
 Mittit et longos gemtus ab imo  
 Corde manantes, oculis redundant  
 Flecibus, carlos acies apertos  
 Tramite lustrat.  
 Unde fulgenti, subito volentem  
 Tunc Seraph ternis radio propinquam  
 Hunc locum lapsu celeri petentem  
 Ore decora,  
 Hac ubi sacro celebrata monte  
 Gesta, discessit rapido volatu  
 Christus, et tanti memoranda Regis  
 Signa reliquit.  
 Cui Pater? cui nam? lapidi nec unquam  
 Quin tua carni magis exarantur  
 Numinis tui digno tabella  
 Tu sacra legu.  
 O cressis parni vixit, omne, cunctis,  
 Da vofri celum pectus vitare

Hoftris, & tentas penetrare sani  
 Equoris Indas.  
 Lani in excessu genito, parenti,  
 Spiritu, simplex tibi Trine seclum;  
 Qui reformasti, pia iura seruo  
 Valnere figens.

Beati Melchioris Vlyssipponis Martyris, b ] Huius  
 mentionem facit Gonzaga sup. part. 1. in BB. Marty- §. 18.  
 rib. ordin. minor. ob Christi fidem suo ruo, passis,  
 apud Indos Orientales. item part. 4. in provincia S.  
 Thomae sub finem. Vbi primo loco dicitur mortem  
 gloriosam strenus, Patris Melchioris Vlyssipponis lu-  
 insuadi promissa alim custodis: qui incitio Constantino  
 India Protege lasanapatensem Iusulam, rinfone Regem,  
 ob miras iustitias, caterisque Christianis iustas pui-  
 tate congreffus, post eum Metropolitim, atque eorum cap-  
 ta, Regemque ad penetrativa adalium; dum oppidulum  
 quoddam, rias acelas baptizatum peteres, illum Bar-  
 barum gladius atque sagittis confusus, de eis triumphans  
 occubuit. Passus est autem post an. 1150. Hilanor a Coila  
 lib. 2. hist. cathol. pag. 166. Picquetus in catalog. viuo-  
 illust. Francisc. Bohus to. 1. lib. 12. c. 12. Toffiman. lib.  
 2. in fine, vbi de India. Grauna, in voce Trinitas p. 2.  
 c. 14. Daça 4. p. chron. minor. lib. 1. cap. 57.

Beatorum Iohannis a Lana, & socii Martyr. e ] Com- §. 19.  
 pendiosior hylis hoi um illustre tropheum commemo-  
 rat idem Antistes Gonzaga part. 3. sup. in Comento  
 Nugatolano, qui est 7. provinc. Aquitan. Reuention-  
 rib. Hoc in loco (inquit) venerabile duo Patres, atque  
 de Catholica fide optime meriti, F. scilicet Iohannes V an-  
 gulus, Sacerdos, & F. Iohannes Lana, iuxta Manasterij Gon-  
 zaganus, sub hereticis; in Romana fides confessio, & pra-  
 dicatio in manus Martyrum coram decet aruit. Ibidem  
 accidit, in primis tumultibus Gallic, tempore Caroli  
 IX. Regis. Wadinghus tom. 2. annal. minor. ad an.  
 12. 7. §. 24. Daça sup. lib. 3. cap. 18.

Beati Gaudulphi, Confessoris. e ] Oriundus fuit de §. 20.  
 Binasia, in territorio Mediolanensi. Adolefcens mun-  
 di iniquationem fugiens, opportunè S. Francisci in-  
 flurum amplexus est in Sicilia: vna tantum vbi tunica,  
 praeter cilicium, quod nudam gestabat ad eamem, con-  
 textus, incedebat. Vix magnè abstinentiae, & assidue  
 penitentiae: in diebus ieiunij semel in die, modico pane  
 victabat & aqua. Concrucibus maxime vacabat,  
 nocte, orationi & contemplationi frequentius incum-  
 bebant: cibus dulcedine se pius capebat extra se tunc  
 celestibus unctus. Caliditas fuit perquam stitio-  
 sus, paupertate & humilitate omnes superabat. Suum  
 praedicè sine instare, Christianè se praetax ad mortem  
 obtulit: die Sabbathi sancti anni. 1160. ad Hospitale S.  
 Nicolai, in oppido Polity, provinc. Siciliae, dum illic  
 laetas conciones ad populum haberet, nequ. ad huc esse  
 minorum eo in loco habitaculum. In curia obitu Cam-  
 panæ, totus oppidi nullo trahente forerunt: factum  
 verò eius corpus delatum fuit ad matricem Ecclesiam  
 in qua praecipua colitur veneratione viuens enim ac  
 mortuus maximè claruit miraculis. Acta vix eius des-  
 cripsit R. D. Iacobus, Cephalodensis Episcopus an. 1320.  
 indiction. 3. ad quo extat mutuati sunt. B. Bartholom.  
 Pisan. lib. 1. consuet. frucl. 8. & 11. p. 2. in fest. rib. min.  
 provinc. Siciliae sancti illustri. Codex MS. Abbas S.  
 Victor. Part. lib. Marcus Vlyssippon. 2. p. chron. min.  
 lib. 9. c. 24. §. 1. Toffiman. lib. 1. hist. foraph Barezus  
 sup. part. 4. lib. 1. cap. 42. Algeura in Arboite Epilogica  
 totus ordin. Franciscan. Wadinghus tom. 2. annal.  
 minor. ad an. 1156. §. 47. 1160. §. 42. & 109. ac 1293.  
 §. 8. praefatus Antistes Translationem B. Gaudulphi.  
 M n ij

perfecto ann. 1310. in Sabbatho Pentecostes: sed celebrata ibid. fest. 2. post Pentecostem, dies vero natalitatis Dominici 3. Septembris, ut commodius & solemnius possit celebrari: videlicet 17. die huius mensis, auctoritateque Apostoli, cœnari officium proprium. Vide ipsum in Additionib. ad præfat. mto. 2. annal. sub ann. 1160. §. 9. 10. & Ferrarum in suo Martyrologio, hac die. ex Martyrologio Siculo.

- §. 11. *Beatus Anonymus, Confessor.* f] Provincie Tulerie erat alumnus; vir deus, & de vite exemplaris, castitatisque polleus: cuius tentationes & victorias hæc describit Marcus Vlyssiponten. 2. part. sup. lib. 1. cap. 34. Wadinghus sup. ad an. 1153. §. 41. et Mariano lib. 2. c. 19.
*B. Iohannis à Sancta Maria, Confess. c.]* Agit de eo Marcus Vlyssiponten. sup. lib. 4. cap. 29. sub an. 1460. at quædam primum Vicarium fuisse prouincie sancti Iacobi : qui cum esset Magister in Theologia, & inter Conuenticuales fama notissimus, zelo profusus adiuuando transijt ad Patres Obseruantes, inter quos Sanctissimos vixit ac mortuus est. Eundem opinor esse cum B. Iohanne à *Sancta Marina* : qui ab Eugenio IV. Papa, perpetuus Vicarius Conuentus sanctæ Eolalæ Marchenæ, confirmatus extitit : de quo Gonzaga 3. part. sup. in hoc Conuento, qui est 7. prouinc. Bæticæ. Bætzus 4. part. Chronic. lib. 3. cap. 48.

*Beati Petri à Florentia, Confess. d.]* Magna sancti Iacobi floruit apud Conuentum Afculanum : quo & obiit an. 1481. miraculante & post obitum resurgens. Meminit eas Marcus Vlyssiponten. sup. part. 3. lib. 6. cap. 38.

*Beati Martini à Iesu, Confess. e.]* Prouincie sancti Iacobi fuit alomnes : atque vnus ex primis illis 12. Franciscanis, qui ex Hispania soloentes, ad Occiduas Indiæ Regiones, felicissimè traiecerunt : atque Catholicæ fidei vexilla in earum oppidie & ei-

uitatibus gloriosè erexerunt. Hinc Sinicha, Mechicoam, Xaliscoque Rex, Mexicum veniens, ipsum B. P. Martinum obnoxè cognovit, ut sibi Mechicoacum repetenti congressi vellet: quatenus & sibi subditos Indos ad fidem converteret, factoque regenerationis lausacro purificaret, inque in via salutis felicitas instrueret. Annus pius Patet, ascitque sibi in focios atque cooperarios, quinque Religiosos Patres Sintonzani Mechicoacum Regium adit. Ad hanc igitur civitatem, ut primum applicuit, locum Ecclesie edificandæ accomodatius à Rege accepit: in quo arduam quandam sub titulo sancte Annæ construxit. Quo facto: mirum! quot Infideles ad eius prædicationem conuersi sint: & baptizati: nam certum ipsi Indi ad eum acurrentes, summa aviditate cupiebant edoceri, fidemque Chelitanam profiteri. Cum ergo Ecclesiam, Conuentus, atque Oratoria ferè vbique exterasset: atque vniuersa Idola, (interim localibus tum aureis, tum argenteis, atque plurimis lapideis pretiosis, sibi ab Indis olim oblatis, in profundissimum stagnum proiecitis, demersisque) in medio foro ignibus tracta curasset, & infestos pe-

nè Indos Infideles sacris suis coniectionibus, atque sanctissimis exhortationibus; necnon intrabili quadam, & Angelico potus qualis humano vitendi modo, Christo Saluatori permississet: vniuersæ carnis viam cum maxima sanctitatis opinione ingressus est: atque in Conuentu sancti Francisci Paluanj sepelitus. Vide Gonzagam 4. part. sup. in proutine. Sanctiorum Petri & Pauli: item in Conuentu 1. & 5. eiusdem prouinc. Barezoom 4. part. Chronic. Minor. libro primo, capite trigesimo secundo; & libro tertio, capite vigesimo octauo, ad annum 1540. Rappurum in Hist.ou. Gasetal. Origin. Recollector. Decad. 5. part. 1. parag. 11. & part. 2. parag. 7. Marianum lib. 1. cap. 16. Bosium tom. 1. de Signis Eccles. lib. 12. cap. 21. Daçam part. 4. Chronic. Mur. lib. 2. cap. 17.

*Beata Lucia, Virg. f.]* Scenbut de ea Marianus §. 6. lib. 2. capite 11. Tostianus lib. 1. sup. Wadingus tom. 1. sup. ad annum 1241. (quo obiit) parag. 6. fuit autem B. Helenæ *Palaena* Virginis Dicipula.

## SEXTO KALENDAS OGTOBRIS.

**M**Auritanie apud Vnellos, in Neustria, Beatæ <sup>a</sup> Margarete Parue, Virginis & Martyris: quæ Hæreticorum furori pro defensione pudicitie, viriliter resistens, gladio confossa, ad cælos euolauit. Hanc secuta est B. <sup>b</sup> Ioanna, cognomento Parua, Virgo, & Martyr: quæ ob eandem causam ab hisce perfidis, plumbis spherulis occisa, migravit ad sponsum. Mediolani, Beati <sup>c</sup> Christophori à Varisio, Confessoris, & Doctoris egregij: qui Religione, vita exemplari, atque sanctitate insignitus: vnus fuit ex præcipuis Fundatoribus prouincie Bohemæ Regularis Obseruantie: quam & iustificè propagauit. Florentie, Beati <sup>d</sup> Ioannis-Francisci, Casalensis, Confessoris: oratione, vitæ innocentia, atque virginitate seruata illata, conspicui. Asculi in Piceno, Beati <sup>e</sup> Seraphini, Confessoris: quem crebra miracula commendant. Apud Caluum-Montem, in territorio Lingonensi, Beati <sup>f</sup> Honorati à Champigneyo, Confessoris: qui sæpè ad diuersa Ordinis munia obeunda vocatus: virtutibus, & signis admirandis illuxit.

## SEPTEMBRIS XXVI.

6. 1. *Est a Margareta Parua, Virg. & Martyr. a]* Memoratus ab illustissimo Gonzaga 3. part. Origin. Setaphic. Relig. vbi de Monasterio Mauritanie apud Vnellos: quod est 4. prouinc. Francie Parisiensis, hisce verbis. Cum Hungarici hæretici omnia penes sacra loca huerunt cadibus sedarunt, atque Mauritaniam, Duce Gualpæ Colignæ, Francie Ammirante, infestissime hinc ingressi fuissent, fuit Margareta Parua, ex Rotomag. stirade, in sanguinatis illorum manu incisa: conuictæ eorum libidini, atque precacitati assensitæ nollet, ab videret, serui in hoc immemorabili, dura nocturne confossa est, sique palmam gloriose martyris est assensitæ. Eadem 1. lectæ Baczuz 4. part. Chronic. lib. 7. capite 31. ad annum Christi 1579. cuius traductor, seu interpretas Ioannes Blan-

cona, nimio errore laborat: dùm in sua versione Gallica, ait ipsam Beatam Margaretam Basocii natam fuisse: & martyrum passam esse, *Mauritanie vellege profube à Vnel*: nam dicendum est, à *Mortagne*, petite ville au Perche. Et loco anni 1579. ponendus est annus 1567. seu 1569. inuestus est enim numerus Archemeticus: eo quod ille hæreticorum Antesignanus, Gualpar Colignus, Regia auctoritate, penes lectetum suorum, infamæ morte, dederat, an. 1571. die 24. Augusti Lutetie, in cæde Bartholomæana: vt patet, ex Dionysio Le Sannage, in Histoire Fran. sub Carolo IX. Rege.

*B. Ioanna Parua, Virg. & Mart. b]* Ob corporis sui exiguitatem cognominata est Parua: cuius meminit idem Gonzaga part. 1. sup. vbi de sacris Martyribus

Martyribus Oedinis Minor. fvo xuo ob Christu fidem passis in provincia Franco. Pausiens. Marcus Vlyssiponenf. 3. part. Chronoc. Minor. lib. 9. cap. 59. Barezus sup. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. Hilarión à Costa libro secundo, histor. Catholic. pag. 364. Bosius tom. 1. de Signis Eccles. libro septimo, capite tertio, fœcul. 9. & lib. 11. capite vigesimo secundo. Toffinianus libro secundo, in Custodia Aureliana. Ferrandus libro tertio histor. Eccles. capite decimo nono. Grauna in *voce Terturis*, part. 2. capite vigesimo quarto.

- §. 3. *Beati Christophori à Varsio, Confessoris. c* ] Doctor Legum erat antequam Religionem Seraphicam ingressus esset; vir admodum virtuosus, virique exemplaris. Cùmque singulari doctrina polleret Regulam Minorum, ac privilegia Ordinis, amplissimè declaravit: scripto reliquit Franciscanorum privilegia e commemorantur inter Infideles, & in Terra Sancta: vitam B. Iohannis Capistrani composuit, & alia multa edidit. Socius extitit prefati B. Capistrani, atque vnus ex fundamentalibus provinciæ Bohemæ lapidibus. Reuerfus in patriam, Mediolani sanctissimè obiit, in Conuentu sancti Augeli, an. 1491. Scribunt de eo Marcus Vlyssiponenf. 3. part. sup. libro quarto, capite vigesimo octauo, sub annum 1460. Gonzaga sup. part. 2. in Conuentu 25. provinc. Bohemæ. Item in Conuentu 14. provinc. Mediolanenf. cuius Vicarius Provincialis aliquando extitit. Toffinianus lib. 2. in provinc. Mediolanenf.

- §. 4. *Beati Iohannis Francis Casaleusis, Confessoris. d* ] Provincie Genouensis fuit alumnus, Calali apud Montem-Ferratam natus, anno ætatis suæ 15. habitum Canoniconum Regulatum suscepit, inter quos spatio triginta annorum, sanctissimam vitam duxit, verbum Dei disseminans per ciuitates, oppida, & alia loca. Verùm eòdem perfectioris rigidiorisque vitæ desiderio flagrat, instigatum Fratrum Minor. de Obseruantia, obtenta penus Superiorum licentia, precelegit, cuius habitum deuotissimè assumpsit, in eorum Conuentu Felulano propè Florentiam: vbi nouo spiritus feruore, & sanctitatis exemplo, studium virtutis ingressus est. Nusquam deses, aut linguosus vñs eù, vel audirus. Sanctæ orationis studio

mirificè delectabatur, & sæpè in extasim rapiebatur. Sedens ad mensam, tanta mentis acie lecturam percipiebat, vt cibum sumere omninò, vel dimitteret, vel obliuisceretur. Denim, viginti annis in ea vocatione, sanctissimè expletis, post Sacramenta Ecclesiastica ingenti deuotione suscipere, transiit ex hoc mundo ad caelestem patriam: cuius corpus conditum est in Conuentu sancti Saluatoris, Florentiæ. Decessit vitè purissimus, hlio virginitalis exornatus: nulliusque vnquam peccati innotesci reus, aut conficius: pro vt testatur reliquit Marcus Vlyssiponenf. 1. part. sup. libro octauo, capite trigesimo secundo, sub annum 1506.

*Beati Seraphini, Confessoris. e* ] Is ex M. Genario Castro Picenò ortus est. Obiit Afcuh virtutibus clarus an. 1604. & ob crebra ab eo signa edita, magnam habet venerationem, acensa semper ad eius sepulchrum lampade. Eius nunc processus, superiorum auctoritate, formantur ad finem canonisationis. Ita Ferratus, in suo Martyrologio, hæc die, & Ardighellus, in Appendice *Conueniæ a vniuersi Terturis*, offensione 4.

*Beati Honorati, Confessoris. f* ] Gallus erat natione, virtutibus ac singulari prudentia præclarus: zelo etiam altissimè pauperum, & caritatis charitate in omnes maximè erueuit: propter quæ, ad diuersa Ordinis munia, inter PP. Capucinos, obeunda, assumptus fuit. Sæpè etenim Ministrum Provinciam in Gallia & Lotharinga, egit; plures Comensarios Generalis extitit: septies, vt vocalis adfuit Caputis Generalibus, & in vltimo anno Christi millesimo sexcentesimo decimo octauo celebrato, electus est Diffinitor Generalis: ac tandem obiit Minister Provincialis Parisienf. apud Conuentum Caluomonis in Bassinaco, ætatis suæ æno 58. Christi verbò millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, hæc die, vbi signis admirandis relacet, & pia fidelum veneratione colatur. Argut de eo R. P. Baptista à Penusio, in Preludio ad vitam B. Felicis à Cantalicio, Capucini. Staiffayus in Martyrolog. Gallicano, hæc die.





## QVINTO KALENDAS OCTOBRIS.

**P**Artisij, Sancti <sup>a</sup> Elzearij de Sabrano, Comitis Ariani, Confessoris: Tertij Ordinis D. Francisci: qui vnà cum B. Delphina coniuge sua, virginitatem illibatam conseruans, plenus meritis, migravit ad Dominum, quem in vita & post mortem clarum, Vrbanus V. Pontifex Maximus, in Sanctorum numerum retulit. In Syria, Beatorum <sup>b</sup> Duorum Fratrum, Confessorum: qui vocante sacratissima Deipara Virgine Maria, ad cœlestem patriam transferunt. Augustæ Vindelicorum, Beati <sup>c</sup> Tarderic, Confessoris: qui primus prouinciam Argentinensem rexit, & magna vitæ sanctitate refulsit. In Gallia, Beati <sup>d</sup> Petri Martinez, Confessoris: ingentis perfectionis viri. Interamnæ, Beati <sup>e</sup> Simonis à Campo-Regali, Confessoris: vita & miraculis clari. Biguliz in Corsica Insula, Beati <sup>f</sup> Pauli Biguliani, Confessoris, & Concionatoris eximij, signis admirandis illustris. Mexici in India Occidentali, Beati <sup>g</sup> Ioannis de Gaona, Confessoris: qui doctrina & religione pollens, Minister Prouincialis electus est: tum humilitati, orationi, cæterisque penitentia operibus vacans, sancto sine quieuit. In Castella, propè Villam-Nouam de Scapha-Fracta, Beate <sup>h</sup> Elisabethæ Lopetiz, Viduæ, Tertiariæ: Religiosæ femine.

## SEPTEMBRIS XXVII.

5.1. **S**anti Elzearij, Confessoris. a ] Vitam ipsius fusc descipulorum Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronie. Minor. lib. 9. cap. 18. 19. 20. & 21. Item 2. part. lib. 3. cap. 15. par. 1. Surus, Renatus Benedictus, Lippelons, Gazetus, Rhadeneza, & alij 27. Septemb. nouissimè verò R. P. Benedictus Cotonatus, an. 1622. Sedulus in Commentar. ad vitam S. Elzearij. Argut de eo Vinca S. Francisci. Toffianus lib. histor. Seraph. & lib. 1. sub 14. Capitulo General. Firmamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memorials Ordin. sub 18. Ministro Generali eiusdem Ordin. Speculum Fratrum Minor. ibid. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de Sanctis huiusce Ordin. à Sede Apostolica canonizatis. Item part. 3. in Proem. prouinc. S. Ludouici. Martyrologium Roman. hac die. Baronius ibidem in Annot. Molanus eadem die. In Additionib. ad Vindardum & Bachotus in Fastis Christianis. S. Antoenus 3. part. histor. Titul. 24. cap. 9. par. 15. Bosius de Signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 1. & lib. 11. cap. 7. De Bullis part. 2. Rosarij Quadagesimalis, ferm. 27. part. 4. littera E. Bellarmus de Arte benè moriendi lib. 1. cap. 15. & lib. 2. capite 10. De Sales part. 1. Introduc. ad vitam deuotam, cap. 12. Elzearius lib. 2. Sacri Mont. Oluet. cap. 5. Costerus Concion. Dominus. 2. post Epiphani. par. 2. Gualterius in Tabula Chronog. secul. 14. in 58. vius. Spondanus in Audatio Chronolog. ad Annal. Baronij, sub annum 1325. Nigronus Commentar. ad Regul. Commun. Societ. Ieso. Regul. 5. par. 11. Algeiza in Arbore Epiloga totius Ordin. Franciscan. Ignatius le Gaul, ferm. 1. de S. Ludouic. Reg. Franc. par. 10. Posteus tract. 4. Triplic. Coronæ Virg. cap. 4. paragraph. 5. numer. 10. Waddingus tom. 2. Opuscul. S. Francisc. Annotat. 25. ad Regulam Tertiarior. tom. 3. Annal. Minot. ad annum 1316. par. 10. & seq. an. 1319. par. 4.

&c. Item an. 1321. par. 26. & seq. Brulius lib. 2. Antiquit. Paris. pag. 521. De Sillis, in cap. 1. Regul. Tertiarior. Ioannes de Torres in Prædicas Exhortationib. super eandem Regul. pag. 36. pag. 2. Viston. tract. de Antiquo ac moderno viu Canonis. Sanctior. cap. 28. ex Luca Castellino, in Elucidario Theologico. Marulus lib. 4. histor. sacrar. Religio. Martyrologium Maurohanicum, & Gallestus Ferrarius in uota Topograph. ad Martyrolog. Roman. Sausgyns in Martyrolog. Gallicano, hac die. Raderus in Viridario Saecutor. in Notis ad vitam S. Zacharie Calcearij part. Bartellus in histona Chronolog. Præsul. Regiens. sob. 42. & 47. Amulphus lib. 2. Comitiu Generalium carlo comocator. cap. 11. Naltradamus part. 1. histor. prouinc. an. 1327.

Estat in Bibliotheca Regia Lutetiana, vita sancti §. 2. Elzearij, antiqua impressa tamen, sub eo numer. 200. 75. que sic incipit, verbis Gallicis: *S'esuis la vie de Messigneur saint Elzeary de Sabran, Comte d'Arax, glorieux Confesseur, & vierge, & c.* id est: *sequitur vita Domini sancti Elzeary à Sabran, Ariani Comitis, glorieux Confessoris & Virginitatis, &c.* composita per R. M. 1. Raphaelem, Ordinis sancti Dominici, Phocensis prouincie, Regi Francie Ludouico XII. dedicata: quam fideliter excerptim ex processu exanotationis ipsius sancti: cum, ex nouissimis chronicis, historis, & scripturis antiquis, vt ipsemet testatur. In cuius prima parte, cap. 17. ac diem mortis ex oluisse ann. 1325. ætatis suæ ann. 38. die 27. Septemb. ex quo corrigendus error, qui vno Libratorum irrepsit cap. 2. euisdem Auditoris, vbi dicitur natus in Castello *Robellande*, propè Aulouium Castellum Phocensis prouincie, anno Christi 1184. sub Philippo III. Rege Francie, Audace: debetne enim ibi apponi annus 1284. à quo visque ad annum millesimum trecentiesimum vigesimum tertium, reperitur.

reperiuntur anni 38. completi. Et quatuordecim annis 38. quibusdam mensibus excesserit. Et ideo tamen dicitur esse an. 39. etatis attingisse, donec compleverit ipsum an. 39. iuxta morem nostrum Gallicanum. Non igitur est humanis calculis est, an. 28. etatis suae, ut nonnulli volunt, sed an. 38. nec anno Christi 1215. fœd. 1327. cœlum inuictus est, facundum quorundam opinionem, sed an. 1321. cui supplicationis consentiunt, vinea sancti Francisci. Suis, Gazetis, Sedulis, & alij: ipsius miraculis, & Regum Gallie probibus excitatus Vibanus V. an. 1269. cum Sanctorum numero annumeravit 17. Calend. Maij, Pontificatus sui an. 7. sed morte præuentus publicum non dedit canonizationis instrumentum: teste Gregocio XI. in fœd. Bulla, data Auentione nonis Ianuarij, Pontificatus sui an. primo, quæ extat apud Wadingham tom. 3. sup. an. 1313. par. 4. De eiusmodi canonizationis processu, iterum ipse agit tom. 4. ad annum 1351. par. 38. & 1369. par. 8. Salazar lib. 6. Chron. provinc. Castellæ cap. 9.

5. 3. Ex quibus corrigendus Benedictus Coronatus, cap. 18. sup. scribens ipsum fuisse canonizationem per Clementem VI. Pap. Verum quidem est, quod ipse Clemens Aquehnis & Arelatenfis Archiepiscopus, & aliorum Prælatorum, ac illustrium virorum provincia, & Folcaquerij precibus permotus, vitæ ac miraculorum eius inquisitionem commisit Episcopis Carpenteriacensi & Vicensi, atque Abbati sancti Ruffi prope Valentiam, an. 1311. datus literis: quæ sic incipiunt, *Grandu nobis ad fœd. laurie, &c.* Datum Auiunione, Calend. Septemb. Pontificatus anno 10. At Verbanus V. id opus perfecit, ut testatur Gregorius XI. in sua Bulla, quæ incipit, *Rationi congruis*, sub Datum superius notatum. Hallucinatur quoque Ferrarius in Notis ad sumum ad Mart yrologium, hac die, sic dicens. *In Conuentu Arzani in Italia sub Roberto Rege, quando Gallis Regno Neapolitano potestator, inde saltem Eremita, maximè rursus fœditate.* Veritati etenim historice hoc omnino repugnat: quia dicitur S. Elzearium Matrimonio semper iunctum fuisse, & Carie Regis iugiter motus incoluisse: donec ablegatus in Galliam, ad Regem Christianissimum Carolum IV. Pulchrum, pro vxore Maria, Caroli Valesiorum Comitis filia, desponsanda Carola, Calabrie Principi, præfati Regis Roberti filio; Lutetie obiit ann. 1323. hac die. Fortassis id dicere ausus est Ferrarius: quia corpus eius in habitu Franciscano (quod Tertij Ordinis instituta coluisset) apud Minoritas Parisienses primo sepultum sit. Minime genium, quandoquidem Eremitam esse, vel Tertiarium Ordinis sancti Francisci diuersa esse constat: nisi quia hactenus adhibeat Volaterrano lib. 21. Antropologia, quæ sub titulo *De Eremitis*, Ordinem veterum Minorum pro libro suo comprehendit: sed valde impropria est hac locutio. Denique salubris sancti Elzearii recensetur inter fœd. secunduplicia maior a nostri Ordinis apud Firmamentum trium Ordinum Minor. part. 3. circa Ordinationes diuini Officij.

5. 4. *B. Anonymus, Confess. b*] Agant de eis Marcus Vlyssiponensis sup. part. 2. lib. 1. cap. 45. & antiq. Chronicis Ordinis Wadinghustom. 1. Annal. Minor. ad an. 1219. par. 68. ex Pisano Conformitat. 8. & 11. Maniaco cap. 17. post Legendam Antiquam: cuius Author exarcepit à Fratris Ioannino, Iacobo, & Regno de Montepolitano, illius Conuentus incolæ, & rei testibus oculatis.

5. 5. *B. Terrestis, Confess. c*] *Taricium*, seu *Terrestium* di-

cus legitur, vir fuit mitæ perfectionis & sanctitatis: primulque exiit Protonotarius Minister provincia Argentinensis: Augustæ autem Vindelicorum sepulturam adeptus est circa an. 1244. De eo scribit Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratris Minor. provincie Argentin. sanctitate illustrib. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. vicis huiusce Ordinis. Picquetus in Catalog. viror. illust. Franciscan. Author præfation. ad tom. 13. Bibliothec. Patrum, initio opusculi. B. Davidis Minor. Algeriæ in Arbore Epilogo generalis Ordinis. Vvadinghus tom. 1. sup. ad annum 1219. 5. 12. & 1249. 5. 9. Item tom. 2. ad an. 1272. 5. 15.

*B. Petri Marinus, Confess. d*] Virtutibus & miraculis excelluit in provincia Francie, an. 1285. Memoratur à Marco Vlyssiponensis 5. cap. 1. Alius est à B. Petro Martino, Hydruntino, quærit Obercrantibus ad Capucinos commigrans, signis ac virtutibus emicuit: de quo Boerius, tom. 1. Annal. Capucinor. ad ann. 1599. par. 2. 3. & c. quo Aleij sopremum diem obiit.

*B. Simonis à Campo Regali, Confess. e*] Dicitur est etiam *Simonillus*, seu *Smoneillus*, vitæ sanctitate & gloria miraculorum floruit circa an. 1330. cuius corpus Interamnia iacet. Ita B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. Marcus Vlyssiponensis sup. lib. 8. cap. 23. par. 2. ad an. 1314. Gonzaga sop. part. 1. in BB. vicis huiusce Ordinis. Vvadinghustom. 2. Annal. Minor. ad an. 1270. par. 27. & tom. 4. an. 1265. par. 9. Picquetus in Catalog. viror. illust. Franciscan. Toffianus lib. 2. in Custodia Nazariæ.

*B. Pauli à Bigulis, Confess. f*] Illius meminit Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 47. ad annum 1526. & ante eum Gonzaga part. 2. sup. in Conuentu S. Francisci Biguliano, quæst. 8. provinc. Cortice, vbi sic ait, *Est hic locus circumscriptionis populis commendatissimus: ab P. P. F. Pauli à Bigulis, eximij olim Cenciatoris, fœd. ad eum spechulorum pauperum mulier à Damone reuocata, variisque languoribus detenta, atque ad generationem ineptam: omninoque meritis desiderabili profectum data, pristinaque sanctitate restituta, atque ab immundo spiritui liberata fuit. Quod in causa extitit, ut à Corpis, ut sanctus, Deoque eburnis, in posterum collecter.*

*Beatus Ioannis de Gama, Confess. g*] Ex ciuitate Burgenfis oriundus, habitum Franciscanum in Burgenfi provincia suscepit: inde Lotetiam ad Theologiam comparandam se contulit: vbi tantopere profecit, ut breui excellenti eruditione præditus sit, Concionator insignis, & probitate motum atque obseruantia Regulæ conspicuus euaserit. Burgensem provinciam regressus, Pincas missus est ut Theologiam ceteros Fratres doceret: inde à ferocissima Imperatrice Elisabetha, ablegatus est in nonam Hispaniam: illicque peruenit anno mille simo quingentesimo trigesimo octauo, vna cum B. Martino Sarmiento, B. Christophoro Rario, & cæc. hic autem primùm appulsi sunt, Mexicanam linguam, summa animi contentione addiscere cepit: quod illi feliciter successit: atque linguam Mexicani quædam quæque alius fœi temporis calluit: ita ut idiomaticè, tum Mexicano, tum Latino, complura opuscula ediderit. Vnus fuit, ex alijs doctis, sanctique viris, quos Leones instituit in Collegio sancti Iacobi de Tlatibulco B. Garçias de Ciferros, Commissarius Generalis Indiæ. Guardianus numero pluries fundus est: tantaque animi demissione tunc pollebat.

vt primus omnium aedes veteret, tetram humeris ad edificandum, & lapides deferret, cæteraque omnia humilitatis exercitia perficeret. Corpus summi ienamis, vigilis, & orationibus assigebat: seipsum in cellula assidue conclusit. Zelo verò saluta aiamatum, plusquam dici possit inflammabatur. Demum ann. 1557. post B. Patrem Tonibum à *Matalina*, Septimus Provincialis prouincie sancti Euangelij extitit; licet inuitus electus est, cui muneri post annum elapsum, renuntians paulò post, plenus bonorum operum obiit, ac sepultus est in conuento Montico, qui est i. huius: prouincie sancti Euangelij. Vide Gonzagam ibid. part. 4. Barezum sup. lib. 3. capite 16 32. 61. 70. & lib. 4. cap. 18. sic & Vvillocum Athenar. Oñthodorar. Franciscan. littera I. Rapuzum in hist. General.

Orig. Recollector. Decad. 3. part. 2. parag. 6. Decad. 7. part. 1. parag. 4. Marianum lib. 1. cap. 41. & lib. 2. cap. 31. Chron. Inditor. Obleruant. Reformar. & Daçam 4. part. Chron. Minor. lib. 2. cap. 21.

B. *Elisabetta Lepetit*, *V. id. a. g.]* De ex Gonzaga 3. §. 10. part. sup. in Conuento Domine nostræ Rupis Amatoris, qui est 31. prouincie sancti Gabrieli: sic ait, *Septima quoque sacer hoc in ipsa loca, demostissima atque emittens commendatione digna Elisabetha Lepetit, quæ zelo obstruatis acerua, quicquid bonorum sibi, post viri: multum reliquimus, pauperibus liberalissimi erogauit: quæque demum quandam à diuinitate, signa creuit, miraculose vindicauit, aliisque miraculose.* Marianus lib. 6. sup. cap. 8. ex Baptista Moles in suo Memoriali præfata prouincie.

## QUARTO KALENDAS OCTOBRIS.

**I**N Aquitania, propè sancti Machatij oppidum, Beatorum 2 Martyrum Bernardi à Turga, Bernardi Boerini, & Bernardi Dalenci atque Bernardi Genesij: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam capti, & ludibrio habiti: tres priores suspensio necantur: vltimus verò post multa tormenta, in Garumnam flumen demersus, occubuit. In Italia, Beati b Ioannis à Campo-Basso, Confessoris: magni sanctitatis viri. Lutetia Parisiorum, Beati c Angeli à loyeusa, Confessoris: qui illustrissimum sanguine natus, ac sublimioribus infulis decoratus: tanto Christi amore incensus est: vt pro eo cuncta despiciens, Ordinem Minorum cum Capucinatorum sit professus: in quo miro pietatis, humilitatis, patientiæ, cæterarumque virtutum exemplo emicans, sanctissimam vitam duxit.

## SEPTEMBRIS XXVIII.

9. 1. **B**eatorum Martyrum Bernardi, &c. a ] Anno Domini 1565. eodem oppidum sancti Machatij captum esset à Durasensi Domino, hæreticorum duce, Conuentus Minoriticus, qui iuxta erat ignibus traditus est: & cæteri fratres auferentibus, quatuor uiderunt in eorum manibus: quorum tres primi nobiles erant Sacerdotes, atque officio Concionatores: vltimus verò Laicus professus, senex atque infirmus: quos impij factitane ministris duobus opprobriis vixatos in ceteros erant, atque in Garumnam flumen eorum corpora proiecerunt. Quæ tamen cum per triduum in sanis aquis exposita fuissent, à Christi fidelibus inde, non abique premississimo vitæ discrimine, capta, in ipso fluminis margine hauriata fuerunt. Postea verò ex inde translata, & in sacro loco condita, magna in ueneratione habentur à cunctis fidelibus: quorum ope Deus quamplurimum operatus miracula. De eis scripserunt Marcus Vlyssipontens. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 58. an. 1565. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in factis Martyrib. Minor. suo x10. ob fidem Christi passus, in diuersis Franciæ partibus, & part. 3. in Conuentu propè sanctum Machatum, qui est 18. prouincie Aquitanie Antiquior. Barezum 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 5. ex Tasso in hist. sui temporis ad annum 1573. Wadsworth tom. 3. Annal. Minor. ad annum 1265. pag. 17. Hilarion à Coila lib. 2. hist. Catholic. pag. 361. Marcus Vlyssipontens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 58. Bosius tom. 1. de Signis Eccles. lib. 7. cap. 3. lxxxi. & lib. 12. cap. 22. Algezra in Arbore Egyptiacæ Ord. Franciscan.

Picquetensis in Catalog. virot. illustr. Franciscan. Tostimanus lib. 2. hist. Seraph. Daça 4. part. Chron. Minor. lib. 3. cap. 51. & 52.

Beati Ioannis à Campo-Basso, Confessoris. b ] Illius meminit Marcus Vlyssipontens. sup. lib. 6. cap. 31. frat. erat B. Francisci Thamaeni, Confessoris: qui eodem in oratione positus, raptus esset in extasim: vidit animam fratris sui charissimi gloriosè, magnoque cum triumpho deferri in caelum. Hunc arbiter non diu professionem in Religione emississe: maximè cum ipse B. Franciscus Thamaeni, visionem præfatam de eo habuerit, in itinere, quo pergebat ad eum uisendum, paucis interiectis mensibus à susceptione Religionis habitu: eo enim tempore è vita decederat B. Ioannes a ihu (vto pinox) Nouus.

2. *Angeli à loyeusa, Confessoris c]* Natus an. 1565. §. 3. ex illustrissimis atque piissimis parentibus in Gallia, atque in Baptismate Henrici vocatus est. A dolescentia factus, uxorem duxit oobulissimam: ex qua filium vnicam genuit, nomine Henricam, quæ postea nupsit Henrico Bourbonno, Duci Montilpenenti, Regno sanguine ornato: ex quibus vnica progenies sua, desponsata est Ioanni Baptista-Galibou, Duci Andegauentium, nunc verò Aurelianensium, Henrici IV. Gallorum ac Navarrae Regis Chribarissimi filio, atque Ludouici XIII. cognomento Insi, nunc sarchetæ in Gallia Regnantis Fratris vnico: cui & filium eorum vnicum peperit. Beatus itaque Angelus, sic nuncupatus est, summo genti spiritus seruo et repletus, mundo ualdecens ac poptis, cuiusque illecebris penitus

penitus abiecit, sacrum Scaphici Patris Francisci Ordinem professus est inter RR. PP. Capucinos: vultus, tantique eluxit virtutibus, ut prouide merito creditus sit ab omnibus tam beati in cœlis, quem præclara virtutum operamillustrant in terris, sanctissimè obiit apud oppidum, Italicè *Rosely*, nuncupatum, duabus leucis ab vrbe Taurina distans: in Conuentu PP. Capucinorum eiusdem loci. Anno Christi 1603. ætatis suæ 46, die 18. Septemb. cuius corpus in Luetiam Parisiorum allatum, condigno honore sepultum est ante altare manus Ecclesiæ PP. Capucinorum Conuentus sancti Honorij. Cuius Epitaphium est:

*Hoc tumulo condita sunt ossa R. Patris Angeli de Ioyeuse, olim Ducis, Paris, ac Marefchalli Francia, & in prouincia Occidentaria Præregis; Qui in ipso ætatis flore, ut totum se Christo adderet, tot honores & opes abiicit: & Ordinem Capucinorum ingressus, in eo Vita reliquum transegit, singulari pietatis & humilitatis exemplo: in quo tandem obiit, cum pro secunda vice esset Prouincialis prouincia Francia, & Distinctior Capitalis Generalis, anno Christi M. DC. VIII. 4. Calend. Octobris.*

*Henrica Henrici Mantispensij Ducis Vidua Patri Charissimo marens posuit.*

## TERTIO KALENDAS OCTOBRIS.

**F**estæ in Africa, Beati<sup>a</sup> Martini à Spoletò, Martyris: qui propter fidei Christianæ prædicationem necatus, in cælum purpuratus conscendit. Assisij in Vmbria, Beati<sup>b</sup> Guidonis, Confessoris: qui generis sui alta despiciens, mundique & carnis contemptis illecebris: Christo sanctissimè inseruiuit. Papæ, Beati<sup>c</sup> Bernardini Tomitani, Feltrensis, Confessoris: qui verbo prædicationis, & zelo salutis animarum fulgens: post plurimos pro Christo exantlato labores, bonis operibus plenus, migrauit in cælum, dono spiritus prophetici & miraculorum illustris. Palæ, propè Pratum in Tuscia, Beati<sup>d</sup> Angeli de Florentia, Confessoris: miræ pietatis & charitatis viri. Vratislauiz in Silesia, Beati<sup>e</sup> Alexandri fauorensis, Confessoris: qui in Prouincialatus munere agendo, mansuetudine consilio, & Religione excelluit, & sancto sine quieuit. Valentiz in Hispania, Beati<sup>f</sup> Antonij Nugnez, Confessoris: qui potens opere & sermone, mulorum corda hominum conuertit ad Dominum, & clarus meritis, Regna cælestia petiuit. Apud Tordeffyllarium in Palentino territorio oppidum, Beate<sup>g</sup> Ginebræ à Fonseca, Virginis: quæ nobili genere nata, summa Regulari obseruantia ac vitæ austeritate emicuit. Alcazariz in Diocesi Toletano, Beate<sup>h</sup> Mariæ Monachæ, Virginis, Tertiarie: multarum prærogatiua virtutum, insignis.

## SEPTEMBRIS XXIX.

5. <sup>1</sup> **B**eati<sup>a</sup> Martini à Spoletò, Martyr. a] Anno 1510. hic Beatus Dei, natione Italus, in Regnum Fesic, in Africa, traiecit: vix Religiosissimus, vica, ingenio, ac interis spe dabilis. Qui cum zelo salutaris animarum flagraret, ad Regem Muley Mahamed-Mentum, accessit, causamque sui aduentus diserte explanans, ab eo benignè exceptus est. Verùm, cum ob vias de fide ac

Religione per eum disceptationes, clam ac publicè habitas cum Cæcici Mahometanis, & Iuzorum Robinis, complures Maurorum ac Infidelium conuocarentur ad Christum, ecce calumniosus & deservit ipsum B. Martinum Dæmone famulari vsum, meuroque à Regno expellendum, quippe qui suis præiugis multos dæmentasset. Quibus itrenuè obuians d-

cauitatibus, Regi proponi se per ignem probaturum, quantum foret Christianæ Religionis veritas: modo Christi fidem amplecti baud renuente. Conditione accepta, paratur à Mentis strages ingens, dum interim vir Dei coram Crucifixi imagine genuflexus supplex exorat: tum surgens sb oratione, iubet pax ignem supponere, rogamque accendete, quem antea toties, sed frustra complecti tentauerat: sed ad vocem viri Dei, flamma mos omnia perfuraxit. Itaque fide ac spe signoque crucis munitus B. Martinus coram Rege, Regina, ac filijs, Principibus, Proceribus, & populi immensa multitudine, se vterd in ignem iuecit, in cuius medio, genu flexus, facie ad Orientem conversa, orationem pro salute ac conversione Infidelium, fudit ad Christum: quia finita, de loco surrexit, & manibus in modum crucis efformatis, egreditur sanus, absque ulla læsione: non fuit omnium maxima admiratione. Vnus autem Maurorum militum sevens in sanctum Martyrem, lancea pedus eius transverberavit, alius vero tegula caput elisit: sicque gloriose pro Christo occubuit. Tunc Mani, Iudæi, alijque Infideles in corpus erantque amplius defrutientes, variis iniurijs affecerunt: cuius pax segmenia ac Reliquie accuratè collectæ sunt à capuis Christianis, & veluti Amuletta facta, infirmis data, sanitate conferbant & sospitatem. Verùm, tam ipse Rex, quam ceteri huicse crudelitatis ministri miserabilem sortis finem: uti videte est apud Dilaum de Torres, in Relatione originis ac successus Cberitarum: & Itatus Regnorum Martochij, Felix, & Tarudani, &c. cap. 95. hanc historiam ex Hispanico idiomate Gallicam fecit, Illusterrimus Princeps Carolus Valesius, Caroli IX. Gallorem Regis filius naturalis, Dux Engolismensis, &c. quam polleatque excedendam curavit Lutetia, an. 1616. apud Ioan. Camulatum, via san. Iacobæ. R. P. Robertus Regnaud, Ordinis Mmorum Conuentus Parisiensis alumnus, vir pius ac eruditus.

- §. 2. *B. Guidonis, Confess. b*] Hic Montif. Felisij & Vrbinus Comes, cum esset: vir militaribus Imperijs, & gloria vbiq; florentissimus, ad 17. Calend. Decemb. die. D. Gregorij Tsamatogij, Ordinis Franciscan habitum, ex mutuo vxoris assensu, induit, Aneconz, an. 1296. & quam in omni actione expedit, pzestantique vni personam pze se vulerat, tam in tanta motum ac vitz diuersitate egregiè pzefficit. Inde Assisium profectus, illic in profana humilitate, & continua oratione iudabiler conversum, dies suos absoluisse, hæc die, an. 1298. scribat Marzapus lib. 1. cap. 12. Iacobus Perulinus in Chron. Antiq. Robeus lib. 6. histor. Rauennat. ad an. 1295. 1296. & 1298. Bzouius ad an. 1297. numer. 12. qui mendosè vult eum Ordinis S. Trinitatis habitum induisse: cui optimè respondet Wadinghus tom. 2. Annal. Mmor. ad an. 1296. §. 8. 9. 10. 11. & 12. vbi etiam recessit Deliramenta à Dauce poeta, lib. 1. cantu 27. & eius Commentatore Landino confecta, contra honorem ipsius B. Guidonis. Valde suspicor hunc eundem esse cum eo B. Roberto Comite, Guidone de *Baisfale*, cuius meminit Wadinghus tom. 3. an. 1213. §. 1.

- §. 3. *B. Bernardini à Felto, Confess. c*] Duxit originem B. hic Pater, ex Foro oppido, vulgò *Felto*, in Marchia Treuisana Italix Regione, vnde dicitur *est Feltrensis*: vocabatur etenim Bernardinus *Tomitani*, cognomente *Parualis*. Ad seruentissimas B. Iacobi *Petrini* conuentiones compunctus, Franciscanum de manibus eius habitum sumpsit: moxque sub B. P. Sixto *Medialanensi*, ipsius instructore, morumque Magistro, tanopere profectus, vt breui, in maximam, perfectissimam-

vè vsum, enaserit. Ab incunabulis valens ingenio, bonarum litterarum tam pentus cultus, vt æqualem videretur habere neminem: sed & eloquio ac dicendi facundia pollens, dissensibus Concionator, æque ceterorum omnium sui temporis pze dicentiorum facile princeps extitit. Magno quidem spiritus seruire & zelo verbum Dei nuntiabat, sed sermo eius prudentia, humilitate, ac deuotione et conditus: buique o petri sic incumbabat, vt sæpe quater in die vna conacionaretur. Illo Vincentiz Concionante, vifosin vere Angelos plures quàm essent in terra homines, qui attentè audiebant verbum Dei testatum est. Astubilerat in conseratione, benignus, & honestus. Mirum à quantæ bona exinde prodierunt. Nam iurgia sedabat, ditimbar lites, dissidentes pacificabat: & peccatores inducibat ad penitentiam. Sacramenta Confessionis & Eucharistia frequenterantur, variatæ ac superflua ludicra foias exstrebantur: dabat vinum vitæ locum. Taota deuotione, in eum cursum populus, vbi que locorum, iurabat: vt certatim omnes ipsum attingere exoptarent, manoque tangere. Nec vni, eum quicquid viri Dei manue tigiisset, mira operandi virtute proferri è celo coniequeretur. Hinc, pro certo credunt, oraculum à sancto Bernardino Senensi fuisse ac Florentino olim sermone editum, in ipso fuisse completum: aiebatur enim, *Venerit post me quidam alius similit mei Bernardino, cum manus aditus necessitas: ipsum audite, &c.*

Verùm, etsi tot taliaque operaretur, grauissima tamen libenter perulio pro Christo ac veritate, opprobria, dum è Venetia, Florentia, Perusiaque violentè expulsi; à secularibus & nonnullis Ecclesiasticis, iniuriam igneminiatque sibi illatam, patientissimè & cum silentio accepta ac sustulit. Pæcatis montis ereclio atque institutio, pauperibus quidem subueniens peropportuno remedium, iure illi debetur: boque pietissimum opus Patauij exiit an. 1491. ob cuius etiam causam, non aspernanda petpessus est incommoda. Silentium, solitariūque locum colebat. Fratrum frequentationem, & familiaritatem, maximè vèid mulierum visitationem, declinabat. Disciphinis, orationi, & lachrymis iugiter vacabat: singulariter gererebat deuotionem erga B. Iacobum *Petrinum*, S. Iosephum, Virg. Mariæ dignissimum sponsum, & ipsam Desiparam: in cuius honorem quotidie Coronam, seu Rotarium recitabat. Ieiunia etadè, absque vlla exceptione, seruabat: numquam equo incedit, sed semper nudis pedibus iter conficiebat, nec sandalia, nec solutales lignicos deferens: ciborum parsimonia delectabatur: paupertatè summè amplectebatur, & mira Dei virtute quamplurima pze dicebat futura. Ad vltimè, lecto decumbens, Ticinis buic seculo valdeat, migraturus in celum, an. 1494. in festo S. Michaelis Archangeli, die Sabbathi ad Vesperas, atque Decimas sequenti, apud Conuentum san. dci Iacobi, solemnè cum funerali pompa, assistens sibi vniuersis Patiensis ciuitate, honesto in loco letulit, ante & post mortem miraculis clarissimus: cuius rei maxima eiusdem populi Ticinensis ad eum deuotio, frequenter simulque concurus, patentissimum reddunt testimonium. Edidit conciones nonnullas vernaculè de peste Chonia vitz Christiæ eruditæ. De cuius insigni dectina, & mira decanti eloquentia *Leuensis* Vespertus vates egregius ita cecinit.

*Fulmine qui quondam præterita dura solebat  
Rumpere, & eloquio multificat sacre.*

3. *Bernardine, detto Feltrino & gloria gentis:  
Da quaque parte precibus tendere ad ista tuas.*

Rice

*Nec tribus diebus locat, quod si vobis corpore paratus ;  
Hortulus iste brevis mita poma gerit.*

Ipſos præclaras res geſtas deſcribent B. Bernardinus de Buſſis, in ſuo Mariali, part. 1. ſerm. 6. de Concept. Virg. Mariæ part. 3. & ſerm. 9. part. 1. ibid. Item in Rolario Quadrageſimali, ſerm. 1. in Dominica Quinquageſimæ part. 1. Marcus Vlyſſiponenſ. ſup. part. 1. lib. 7. cap. 11. 12. 13. 14. & 15. Toſſinanus lib. 1. & 3. hiſtor. Setaph. Gonzaga part. 1. ſup. in BB. viris huicæ Ordini. & in viris illuſtrib. Doctri. item part. 1. in Conſuetuſ. & 17. provinc. S. Antoni in Conſuetu 47. provinc. Genuenſ. in Conſuetu 6. 17. & 11. provinc. Tuſcan in Conſuetu 6. provinc. Bonomenſ. in Conſuetuſ. provinc. Modiolanenſ. in provincia Bohemæ. Item in Monafteriis 9. & 11. præfatæ provinc. D. Antoni. Villouus Athenar. Orthodoxar. Franciſcan. littera Bernardinus Tomitanni. Wadinghus tom. 1. ſup. ad annum 1211. parag. 14. ex Cimarulla 4. part. Chronic. lib. 6. cap. 15. & Picqueto in Catalog. viror. illuſtr. Franciſcan. Sedulius Commentar. ad vitam S. Franciſc. cap. 3. parag. 8. Rubcus lib. 7. hiſtor. Rauennat. Brouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1491. parag. 1. & an. 1494. parag. 41. Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Petrus de Salazar lib. 1. Chronic. hiſtor. provincie Caſtellæ cap. 17. Volateranus lib. 11. Antropolog. Titul. de Eremitis. Stephanus Breuentus lib. 1. cap. 2. hiſtor. Papienſ. Ferrarius in ſuo Martyrologio, 19. & 30. Septemb. vbi mendoſè legitur diem obuiſſe, an. 1464. pro 1494.

*Beati Angeli, Confeſſoris. d*] Haud pauci connumerantur Patres Palci propè Pratum Hetruriæ oppidum, ſepulci 3 qui vocations ſux reſpondentes, maximam apud Deum & homines laudem adepti ſunt. Horum anteſignanus fuit inſignis Pater B. Angelus de Florentia cuius gratia in ſolandis afflictis, ſacriſque conſeſſionibus excipendis viſ explicari poteſt. Viſo Gonzagam 2. part. ſup. in Conſuetu 10. provinc. Tuſcan.

§. 6. *E. Alexandri, Confeſſ. o*] Hic eſt, qui dôm Guardianus eſſet Conuentus S. Bernardini Vtzenſis, recepit ad Ordinem Rauerendiffimo Ioannem Olomutenſium Episcopum, ipſo die Pentecoſtes, an. 1491. Bis Provincialis officio ſandus eſt: primò enim electus eſt in Conſuetu Brunenſi, deinde in Conſuetu Olomutenſi, an. 1485. Tandemque Vratiſlaviæ obiit anno 1494. piſſimus erat, & admirandæ Religionis viſ, conſilio ita pollens: vt propterea provincie Magiſter merentiſ appellari. Hæc ex Gonzaga

part. 2. ſup. in Conſuetu 2. 3. 4. provinc. Bohemæ.

*Beati Antoni Nuguez, Confeſſ. f*] Theologus erat, ac Concionator egregius, vixitque exemplaris pius, humilis ac modestus. Penitentia operibus, & corporis macerationibus inſiſtebat: inquitque ad carnem cilicium ex cortice cauſam habere: ſi perſerua compaſſum, deſerebat abſconditum: ſemel talibus etiam humaniſmodi materia contentis. ( quod mirandum eſt ) vtebatur. Sux feruenti ad Deum oratione Damonem ex Eccleſia fugauit: dôm præ ſeneſcunt à celebratione Miſſæ cellariſ, quotidià factam Communionem ( vt præ ſux deuotionis fieret ſatis ) ſumebat. Conueniens Meliam à Turcis expugnari, maximo dolore afficiebatur, ſed D. Iacobus Apoſtolus ſibi apprens, promiſit omne auxilium fuoremque obſiſſis, inimicis autem excidium: quibus verbis, haud modicam corpis lætitiã. Præcipua veneratione colebat S. Michaelem, exaltatum ſpirituum duccm ac primatem, qui ei diem obitus prædixit futurum in die ſui ipſius feſto, quod & accidit, an. 1585. in Conſuetu ſancti Franciſci Valentie. De eo agit Barezzus 4. part. Chronic. Minor. lib. 8. capite 37. & 78. Daſa ibid. lib. 1. cap. 75.

*B. Ginebra à Funeca, Virginit. g*] Vocata eſt Ginebra, ſeu Iunipera, Clauſtrium orta natalibus, & inculpanſimæ vixit foror: quæ nequã orationis inſtantiffima fuit, cum à Matutinis numquam lectulum repetierit, ſed & quod ſibi vix ab ingreſſo Religionis teſtidium fuit, id in perpetuo iniunio, atque carnis maceratione tranſegit: quamobi em plurimis prærogatiuis, hæque maximis, à Deo cumulari meruit. Claruit circa an. 1565. apud Monafterium ſanctæ Claræ Tordeſyllarum, quod eſt 1. Provinc. Conception. Virginit. Illius meminerunt Gonzaga 1. part. ſup. in eodem Monafterio: & ſtarett ſup. lib. 4. cap. 43. ac Valenus de SS. Form. Ordin. Minor lib. 4. cap. 41. Wadinghus ſup. tom. 4. ad annum 1565. parag. 11.

*B. Mariæ Monachæ, Virg. h*] Vitam eius admirandam referit Blaſius Laguna, in ſuo Memorab. & Marianis libeo 6. Chronic. ſtrictior. Obſeruant. Reformar. capite vigefimo ſeptimo, obiit ann. 1573. Tribus eminebat ſurculis vitæ, oratione, humilitate, & patientia: ſimplicitate verd innocentæ incomparabili erat: nec eam vnuquam peccaſſe lethaltet aſſeruit.

## PRIDIE KALENDAS OCTOBRIS.

**A**quilz in Vestinis Beati <sup>a</sup> Iuliani Alemanni, Confessoris: miræ abstinentiæ viri: qui oratione, & ardentissima charitate erga proximorum salutem conspicuus: signis etiam admirandis eluxit. In Mexico, Beati <sup>b</sup> Antonij de Nucta, Confessoris: qui generis nobilitate & eruditione pollens: humilitatem, animi sinceritatem, spiritusque feruorem, ac pietatem maximè coluit. Ibidem Beati <sup>c</sup> Ioannis Fucheri, Confessoris, & Doctoris egregij: qui singulari eruditione Indiz populos instruxit. & humilitate, pietate, atque obedientia multùm cnituit. Louanij, in Belgio, Beati <sup>d</sup> Mathiz Felisij, Confessoris: qui Lectoris Theologiæ, ac Prouincialis Ministri, muniis præclare functus: mira deuotione: & spiritus feruore, ac dono lachrymarum exornatus est, & sanctissimè in Domino obdormiuit. Pisauri in Picæno, Beate <sup>e</sup> Fœlicis à Mediolano, Virginis, Abbatissæ: spiritus prophetico, ac miraculorum gloria insignis.

## SEPTEMBRIS XXX.

6. **B**eati Iuliani Alemanni, Confess. a] Viræ austeritate claruit: nam per annos quadraginta vino abstinuit: panem & aqua, cum quibusdam leguminibus, contentus: Vicarius Prouincialis, prouinciz sancti Bernardini exiit: qui cùm ad id munus iterum deligeretur, constantissimè recusat. Secularium confessiones ingenti charitate audiebat, & maximo cum fructu penitentes excipiebat, conuertebatque: non tamen, ob id, minus idoneus erat fidei particularibus, piisque exercitijs spiritualibus: nec propterea recedebat tantillè ab oratione, seu rerum cœlestium contemplatione & colloquio diuinis. Quare plenus dierum & virtutum, obdormiuit in Domino, anno Christi 1484. ætatis suæ 76. apud Conuentum S. Bernardini, Aquilæ, qui est i. prætate prouinc. vbi coruscant miraculis. Ipsius meminit Marcus Vlyssiponens. 3. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 4. (post B. Benedictinum à Fessa, Aquilanum) & lib. 9. cap. 47.

7. **B**eati Antonij de Nucta, Confess. b] Nobilibus patribus natus est, filius quippe erat Alphonsi Aluarez Garsia, viri illustris. Salmantice iuuenis Iuripontificio operam dedit, Doctoratusque gradum sibi accepit. At mundi vanitates, & secularia desideria, opumque iactantiam pro Christo contemnens, D. Hieronymi, quem præcipuè colebat habitum in Zauorenfi sanctæ Marthæ conuobio suscepit; abdicatoque, humilitatis causa, gentilitio nomine, de Nucta (loco suæ natiuitatis) in posterum dictus est. Post annos aliquot ibidem, magno probitatis exemplo transiit, fama permotus singulari obseruantiæ, qua Minores Fratres Discalceati, prouinciz Angelorum, in monte Mariano, florebant, habita prius à superioribus facultate, Franciscanum sibi habitum suscepit. Sed cùm maiora semper & perfectiora in Religione spe daret, quo tempore 12. illi viri a postolica, in noua Hispania admirandis virtutis monumentis, sancti Euangelij prouinciam fundabant, eum f. cum B. Francisco de Tejera, an. 1542. contulit. Verùm, cùm Indorum idioma ignoraret per 34. annos, quibus nouam Hispaniam incoluit, apud Mexicanum Conuentum semper moratus est: indefessè planè Hispaniarum confessor, ab omnibusque, propter demissionem animi, bonitatem, sinceritatem, infirum in modum dilectus.

Quod ab operibus charitatis vacabat tempus, precibus impendebat, in quibus ita vehementer influmabatur, totque lachrymas effundebat, vt quem occupabat in choro locum, irrigatum semper eis relinqueret. Colebat missicè diuinum Doctorem Hieronymum, cuius solemni die, & natus est: & eius habitum suscepit, & ex hac vita calamitosa migravit. Cùm enim nulla præcessisset ægrotatio in sancti Michaelis Archangeli die, finit vespertinis precibus, in domum infirmorum se conatit, valetudinem tantisper præterdens: postulatque & accepit eanodè diuinis omnibus Sacramentis: ea ipsa hora animam exhalauit, quo D. Hieronymi Missa celebrabatur. Illa autem expleta, cum motis eius populo innotuisset, omnes prouincias illuc accurrentes, fumè exoptabant; vt & viderent iam vita fundum, & aliquid vedum eius acciperent oh. maximam, quam de eius sanctitate opinionem, conceperant: atque ita honoricè conditus est in Conuentu Mexicano, an. 1565. De eo agunt Gonzaga Origin. Seraph. Relig. part. 4. in præfatio Conuentu, qui est i. prouinc. sancti Euangelij. Barezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 34. Rapius in histor. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. parag. 1. pag. 370. Marianus libro secundum, capite 39. Chronic. sanctior. Obiit. Reformat.

Beati Ioannis Fucheri, Confessoris. c] Gallus erat natione, qui nouam Hispaniam ex Aquitaniz prouincia profectus est, Doctor prius Cæzarenus, suscepto habitu, Theologicæ, in facris Canonibus etiam singulari eruditione fuit. Plusquam 40. annis, quos illis in regionibus expendit, imaginam omnino lucem earum Ecclesiæ ætulit: vt ore cuiusdam Patris Augustiniani illic agentis, tale testimonium accepit: Si quidem mortuus est Fucher, in tenetis omnes versabimur. Sui instituti fuit Obseruentissimus, Superioribus suis mirum in modum eam obediens, humilitatemque missicè coluit: nec à chori ministeriis vnquam se subduxit, quæ ad Martinianæ preces, cum aliter recitandas conueniens, absolutis ad tertium vsque horam in choro permanebat. Sanctissimè obiit in Conuentu Mexicano, qui est i. prouinc. S. Euangelij, floruit circa an. 1560. Reliquitque in Indis benevolentiz, miraculorum,

miraculorum, & spectata doctrina non pauca monita: maximi apud illos aestimata, quorum seriem recensent Gonzaga 4. part. sup. in hoc Conuentu. Barrezus sup. lib. 7. capite 22. ad annum 1570. Willotus Athenae. Orthodoxat. Franciscan. littera I. Hilanon à Costa lib. 1. histor. Catholic. pag. 115. Rapinrus sup. Desad. 7. part. 3. §. 3. Marianus lib. 2. cap. 21. Foderotus in Descriptione Conuentus Montis-Luçonis, pag. 701. cuius erat alumnus, ab eo cognominatus *Franciscus*. Possesinus in Apparatu sacro. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 11.

§. 5. *B. Matha Felisij, Confessoris.* d] Hic Belgæ, *Bruers-hanus*, fuit Theologiae Lector, postea Minister Provincialis, qui nedum biennio sui ministerij expleto, cum omnium Patrum merore ac lachrymis, huic mundo subductus, quod eodignus non esset, maritimo sui desiderio suis detelido, cui insignis pietas, & elegans morum forma, probatissimi viri nomen concessit. Nam cum tanta dulcedine, ac singulari spiritus feruore suos exhortabatur, vt eius eloquia, medullas cordis penetrantia, non aliter quàm Spiritus sancti per os eius manifestè loquentis excipiebantur; sed & diuina faciens sic lacrymis iugiter perfundebatur, vt spiritus pietatis, qui erat in eo, latere non posset. Nonnulla lectu dignissima edidit opera, moritur an. 1575. chororumque Louaniam suo funere eohonestauit. Agunt de eo Gonzaga sup. part. 1. vbi de viris huiusce Ordinis doctrinam illustrib. Item part. 3. in Conuentu Louanienfi, qui est 1. prouine. Germanæ Inferior. Barrezus sup. lib. 7. capite 11. Willotus sup. littera M. Toffianus lib. 3. histor. Seraph. Possesinus in Apparatu sacro.

§. 6. *B. Felix à Medulano, Virg. o]* Cùm ipsa virgo, vtroque choro nobilique orbata Mediolani remansisset, alteri eius veteris sorori, atque eisdem Germano fratri, vt bonus communibus, pijs locis pauperibusque erogata, Religionem ingredi uellent, fassit. Eiusdem itaque illo Franciscano, illæ Clarissarum habitum in sacro sancto Vtiuq; Monasterio Mediolani induerunt. In quo eius soror quatuor tantum annis superuixit. B. uero Felix 35. annis continuis simplicem Monasterio, strenuè egit. Quæ tanto spiritus feruore, spiritualibus exercitijs, & mortificationibus corporis, iugiter operam dedit, vt cæteris stuporem haud modicam incuteret.

Nudis pedibus incedebat, ieiunium omnino addidit erat: Disciplina quædam corpus suum edomabat, cilium ad carnem deferebat, orationi sine intermissione vacabat: Mandatis Prælatorum prompto animo parebat, easque omni eum humilitate ac submissiōe exequabatur. Vltima infirmæque Monasterij munia ampliori diligentia, & gaudio opere complebat, seipsam despiciebat, & corpus suum nimia austeritate tractabat. Sæpè à Dæmonibus, uarijs tentationibus ac spectibus, & illusionibus exagitata est: sed oratione, seu aqua benedicta, prociuis ea omnia fugabat.

viciua viciua: viciua pro magister viciua viciua Regni  
Hungariae: excellens Dominus D. praesentis viciua viciua  
viciua viciua viciua viciua, & excellens viciua viciua  
D. Matthei Dei viciua Regni Hungariae, &c. ac etiam  
aliorum viciua viciua viciua, & viciua viciua viciua

§. 16.

§. 17.

*Dominum, & Baroniū ipsius Regni: ostendit promovere, ac petere tantamque, apud Romanum Pontificem, ut dignè honoraretur ipse Beatus in terris, sicut sancti certitudinaliter exaltantur in caelis. Rogamus amantē & absteramam in Dominum Iesū Christū, tam Episcopos Ecclesiasticos, quā Præceptos & Reſtores civitatum: ut vni nobis iam pro posse velint, hinc tam sancto, tam communi, tamque debito negotio, eū famerabiliter iuſſerit, quo clarior ac diutius ipſius Dei sanctissimi vultu nunciant, & qui Sede Apostolica propriamque existim: ut suo honore queſita & affecta in terris, simul cum ipſi, sua interceſſione, poſt hinc vita terminum, exaltari mereantur in caelis.*

- §. 12. *Scrībuntur itaque huiusmodi miracula per nos ſigillanda, & ad veſtra denotantur, apud Romanum Pontificem, ut dignè honoraretur ipse Beatus in terris, sicut sancti certitudinaliter exaltantur in caelis. Rogamus amantē & absteramam in Dominum Iesū Christū, tam Episcopos Ecclesiasticos, quā Præceptos & Reſtores civitatum: ut vni nobis iam pro posse velint, hinc tam sancto, tam communi, tamque debito negotio, eū famerabiliter iuſſerit, quo clarior ac diutius ipſius Dei sanctissimi vultu nunciant, & qui Sede Apostolica propriamque existim: ut suo honore queſita & affecta in terris, simul cum ipſi, sua interceſſione, poſt hinc vita terminum, exaltari mereantur in caelis.*
- §. 12. *Scrībuntur itaque huiusmodi miracula per nos ſigillanda, & ad veſtra denotantur, apud Romanum Pontificem, ut dignè honoraretur ipse Beatus in terris, sicut sancti certitudinaliter exaltantur in caelis. Rogamus amantē & absteramam in Dominum Iesū Christū, tam Episcopos Ecclesiasticos, quā Præceptos & Reſtores civitatum: ut vni nobis iam pro posse velint, hinc tam sancto, tam communi, tamque debito negotio, eū famerabiliter iuſſerit, quo clarior ac diutius ipſius Dei sanctissimi vultu nunciant, & qui Sede Apostolica propriamque existim: ut suo honore queſita & affecta in terris, simul cum ipſi, sua interceſſione, poſt hinc vita terminum, exaltari mereantur in caelis.*

- §. 13. *Nihilominus, ob maxima, vrgentiaque bella & negotia, huius Beati viri canonizatio, à Sede Apostolica, in aliud tempus protergata est: interim verò concessum à Romano Pontifici, illum vi Beatum invocare, colere ac venerari: necnon officium & Missam de eo dici ac celebrari, Prælati, & Religioſi, in tota Diocesi Sulmonensi: necnon apud Caputram, siue nativitatilicū locum: vbi magnificentissima Capella in eius honorem extructa est. Tandem anno 1622. die 10. Septembris, summus Pontifex Gregorius XV. per ſuum Breve, quod incipit, *Dominus noster Iesū Christus, &c.* Extendit & ampliatū concessionem Leonis X. Papæ: quærens, ut in toto Ordine Seraphico celebraretur festum ipsius B. Ioannis de Caputram: sub ritu Commun. Confess. non Pontif. die 23. Octob. quod Neapoli publicatum est: vt constat ex Typographia Ioannis Domini Rencalich, an. 1626. postea Officium proprium de eo compositum fuit, per quemdam ex nostris, & Provinciali Capitulo Almaz nostræ provincie sancti Dionysij in Francia, Lutetæ celebrato, an. 1629. oblatum, vt cum Superiorum licentia decantaretur in die festo ipsius B. Ioannis, & per Octavam. Incipit, *Virtutum insignia, &c.* cuius Autographum aſſervatur in Archivio nostri Conventus Recolletor. Annuntiationis B. Virginis Mariæ Parisiens. ad subvrbium san. Martini.*

- §. 10. *Huius sanctissimi viri, gesta insigniora, actusque perclaros, descripti, in vita ipsius, quam comprehendit dodi in lucem an. 1627. Parisijque est impressa,*

is, ac inter alias, quæ à me editæ sunt, vitas sancto-  
rum, reposita, in Additionib. Floris Sanctorum Petri à Ribadeneira, per Friarum. Hanc autem excerpti ex multis probatis Authoribus, quorum complures existere oculati testes, alij verò cœtanei, æque synchroni. S. Antonius part. histor. titul. 22. cap. 14. par. 1. Aneas Syllius lib. de Europa cap. 4. 5. 6. &c. Item de Bohemia, cap. 65. & de Gebis Federici III. in Germania. Item Epistola 22. o. 405. 412. 419. &c. Iacobus Philippus Bergomas, lib. 15. Supplementi Chronicar. ad annum 1454. Hartmannus Schedel, in Regitro, seu Chronico mundi, ætate sexta, eodem anno Blondus Flavius lib. 2. de Roma triumphante, longè post mod. vbi de Ludis publicis, & lib. 7. ante mod. Item in Italia illustrata regione 12. Aprutio, vbi de Caputram. Nicolaus Casanus S. R. E. Cardinalis Epistola vitima ad Bohemos. Wernerus in Fasciculo Tempor. ad annum 1424. & 1454. Sabellicus Anead. 10. lib. 6. & 10. Paulus Langius in Chronico Citerrensi, ad annum 1459. 1456. & 1456. Baptista Fulgiosi, lib. 8. Exempl. cap. 15. Exempl. 27. Albertus Crantzios lib. 11. Saxoniar. cap. 35. & 36. & lib. 11. Metropoli. cap. 10. 39. & 51. Cromerus de Rebus Poloo. lib. 12. Bonifinus Rerum Hungaricarum Decad. 3. lib. 7. & 8. Palmerius in Chronico an. 1456. Laonicus Chalcocondylas de rebus Turcicis post mod. Platina, Genebrardus, Cicarellos, Quercetanus, &c. in Galeno III. Pap. Laziardus lib. 3. Epitome. histor. vniuersal. cap. 180. ibid. Ioannes Rioche lib. 5. compendij Tempor. cap. 46. ibid. & cap. 22. de sacris Doctoc. B. Christophorus Vandenſis, Nicolaus de Faza, Hieronymus Viciensis, in vita B. Ioan. Caputram, quam Seditulus commentarius illustravit. Nauclerus in Chronico Generation. 49. Ioannes Cochilus lib. 10. histor. Hussitar. Ioannes de Tvorcz, in Chronic. Hungaric. cap. 56. & 57. Martinus Fumens lib. 1. histor. Hungar. ante mod. Dubravius lib. 29. histor. Bohemot. Michonius lib. 4. histor. Polonor. cap. 59. Diagoſſius de Rebus Polonic. Speculum Fratrum Minor. & Firmamentum inſum Ordinum S. Francisci tract. 1. in Memoriali Ordin. Franciscan. sub 34. Generali Mitrato. Toffianus lib. 1. 2. & 3. histor. Seraph. Gonzalez de Origine Seraphic. Relig. part. 1. vbi de progressu ac reb. notabilib. Ordin. Minor. Item in B. B. viris huiusce Ordinis. Item part. 2. in provincia S. Bernardini de Conuentu 12. Item in province. Austrar. Bohemiar. Poloniar. Marcus Vlyſſiponenſ. part. 3. Chronic. Minor. lib. 4. Ioannes à sancta Maria, part. 1. Chronic. provincie S. Iosephi. 1. cap. 4. Petrus Salazar lib. 1. Chronic. provincie Castellæ, cap. 33. Robertus de Licio part. 1. item. de Laudib. Sandor. Concione de D. Bernardino Semel. c. 2. condition. 3. Henricus Willous in Athenis Orthodox. Franciscan. verb. Ioannis. Piquetus in Catalogo virot. illustr. Franciscan. Algeria in Arbore Epilogæ totius Ord. Min. Possessius in Apparatu sacro. Conſtellus in Responsione ad Myſterium inſquartis sub Galizo III. Pap. pag. 1195. Bandierus lib. 5. hist. General. Turcar. c. 1. & c. Vignerius in Biblioth. histor. ad an. 1451. 1453. & 1456. Fortalicus fidelis lib. 4. confidat. 9. Bello 157. Alhalpina in Notis ad Regulam S. Francisci. vbi de Breui memoriali Ordinis. Elezcius lib. 1. sacri montis Oliueti, cap. 15. Ignatius le Gault de ſanctitate Romanz Eccles. cap. 1. fo. 2. Abbauius Capucinus in hist. Chronologic. B. Coletæ Virg. stat. 3. lib. 3. cap. 12. Trithemius de Scriptoibus Eccles. & in Chæonica Spanheimenſi, ad annum 1461. Boſius

de Signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 1. & tom. 2. libro 19. cap. 3. Ioannes Lenoxus, Oratio de iurac. Reipublice Christianae, contra impium Infatorem defensione cap. 9. Theatrum vitæ humanæ, tom. 1. lib. 7. column. 1006. Ioannes Meyerus lib. 16. Annal. Fland. ad an. 1456. Nicolaus Dogliani in Compendio histor. Vniuersal. part. 4. an. 1456. Plaras de Bono status Relig. lib. 2. cap. 30. Bellarmin. tom. 7. de Scriptorib. Eccles. Græci 15. Item de Potestate summi Pontif. auctoris Guillelmi Batclaium, iusto, vbi de Sententia Scriptor. Italic. Choppinus de sacra Politia lib. 3. titul. 1. art. 5. Onuphrius in Fastis, ad an. 1441. Nicolaus Gilhus in Annal. Franc. sub Carolo VII. Reg. ad an. 1455. & 1456. Mare historiar. cap. 113. an. 1455. Wasleburgus, lib. 7. Antiquitat. Gallie Belgicæ sub Ludouico 78. Viridunensi Episcopo. Augustinus Cochcius in suo Gymnasio speculatio, Epistola Dedicatio ad Henricum IV. Francor. ac Navarr. Regem. Munsterus lib. 3. Cosmograph. vniuersal. in Alba Græca, seu Belgardo vrb. Theuetus tom. 1. Cosmograph. lib. 11. cap. 4. & lib. 20. cap. 4. & 7. Item tom. 2. virot. illust. lib. 3. cap. 34. Beldersius lib. 4. Cosmograph. in Regno Hungar. vbi de Belgrado. Clarronus in historia generali Franciæ cap. 141. De Serres in Inuentario General. histor. Franc. sub Lodouico XI. Rege, verius fin. Gnesnerus in Bibliotheca. Ferrarius in Martyrolog. hac die. Brauons tom. 17. Atnal. Eccles. ad annum 1450. parag. 14. & 15. an. 1451. parag. 16. 17. & c. an. 1454. parag. 9. an. 1455. parag. 29. an. 1456. parag. 2. & seq. Item tom. 18. an. 1494. parag. 38. Volantianus lib. 21. Antropolog. titul. de Eremitis. Poireus tract. 1. Tropicus Coronæ Virg. cap. 7. parag. 6. numer. 12. & tract. 4. cap. 9. parag. 6. numer. 1. Grauna in *viæ Torturæ*. part. 2. cap. 14. Paulus Reg. lib. 2. SS. Regii Neapolitan.

9. 11. Quædam, vti *Aneas Sylvius* in Descriptione Eutopæ cap. 8. tum in historia Bohemica cap. 63. Sabellius hist. lib. 6. *Æneid.* 10. *Fulgosius* lib. 5. de dictis factisque memorabilibus capite 15. sub fin. Andreas Ebotens. ibid. de Glorie cupiditate cap. 7. lib. 1. Pineda de Rebus Salomonis lib. 8. cap. 1. scd. 3. numer. 11. in catendis aliorum moribus, & vita, parum sobrii, volunt ipsam B. Ioannem Capistranum, nullius rei magis, quam humilitatis studiosum, ambitione tamen ductum, doctrinæ suæ penè immemorem: victoriam apud Belgardum, suo consilio paratam, an. 1456. cunctis prædicasse, & aliena occultata virtute, qui verè res gesserant, sibi vniùisse: quorum obediens iam ad plenum fecisse factis liquidò conspiciantur, *Mæcus*

Vlyssiponens. sup. cap. 11. lib. 3. & *Tosinianns* fol. 11. lib. 1. sup. uterque Episcopus. Sedulius tom in vita B. Capistrani cap. 34. tum in Commentario eiusdem. Bonifinus sup. & alij

Consuet. etenim, non solum illi honorem curæ fuisse, sed Des. qui per pauperes & incermes rem Christianam saluare voluerit: dum ad instantiam B. Capistrani, militibus Christianis Iesum voce magna ecclesiamantibus, hostes versi sunt in fugam: vit tandem fatetur Sylvius, nec audendi sunt Fulgosius atque Ebotensis: quippe, qui nec pepercerunt memorie BB. Hieronymi & Augustini: quibus huiusmodi vanam gloriosam, perpetam inuenunt. Minusque sustinendus Pineda, tum ex falsæ oratione Ioannis Maioris, an Marti. 4. tum est summa eius irreuerentia, siue erga ipsum B. Capistranum, siue Sodem Apostolicam: cuius auctoritate, publicus illi honor in Ecclesia defertur: quo fit vt non absque ratione, alij sancti titulu ipsam indigentem, quicquid blatteret Pineda.

B. *Didaci Saffiani, Confess.* e } Sacerdotio, atque omni sanctitate illustris obvit Religiosissimus huc Pater; sepultusque est in Conuentu sancti Francisci Beluicij, qui est 4. prouinc. sancti Gabrielis. Vnde Gonzaga. ibid. part. 3. lib. 5. Barezus sup. lib. 4. cap. 17. ad annum 1566. Rapinzum Decad. 8. part. 1. parag. 8.

B. *Bernardini Saguntini, Confessoris.* d } Ex His 5. 24. pania traiecit in Indiam Occidentem, annis quinque post aduentum 12. primorum Patrum Franciscanorum Discalceatorum in eam regionem, scilicet ann. Christi 1529. vbi sedulo laborauit in viuis Domini. Nam cum B. Garcia de Cisneros institueret Collegium sancti Iacobi de Tlabbulco: pro institucnda ac docenda Indorum noua plantula, quosdam doctos sanctosque viros elegit: inter quos B. Bernardus secundum obtinuit locum. Familiam contraxit amicitiam cum B. Martino à *Palencia*, Indiarum Apostolo: quem & meruit sæpè cernere raptum in extasim. Florebac adhuc an. 1584. ienesque decessit de vita. Argut de eo Gonzaga 4. part. Seraphic. Relig. int. & 10. Comen. tu prouinc. sancti Euanglij, vbi de BB. Garcia & Martino, præfatis: Barezus 4. part. Chronic. Minor. libro secundo, capite 44. & lib. 3. cap. 26. Rapinzus in histor. General. Origin. Recollector. Decad. 3. part. 2. parag. 1. pag. 138. & parag. 6. Maranus libro primo, capite 38. 4. 1. Chronic. strictior. Obseruant. Refformat. Daça sup. libro secundo, capite 15. & 21.



## NONO KALENDAS NOVEMBRIS.

**P**rius in Castella, Beati Antonij à Guevara, Mendonensis Episcopi: qui fide integer ac vita purus, pietate & doctrina claruit. Apud Castrum Florentinum in Hetruria, Beati Donati à Ferrara, Confessoris: spiritu prophético insignis. In territorio Eborensi, apud Montem-Maiorem nonum, Beati Christophori Alcazaræ, Confessoris: mira sanctitate ac Religione laudabilis. Nazani in Latio, Beati Stephani Molinæ, Confessoris: qui summa humilitate & eruditione, prudentia & castitate pollens: Fundator Reformationis in provincia Romana extitit, & meritis ac virtutibus gloriosus, sancto sine obiit.

## OCTOBRIIS XXIV.

- §. 1. **B**eati Antonij à Guevara, Episcopi. a] Alauz, nobili Hispanæ urbe natus, vir eruditione diuina & humanæ apud omnes clarissimus: fide integer & vita purus, à Carolo V. Imperatore in Consultatorum suorum priuatum collegium ascitus est: cui & à sacris confessionibus, concionibus, & chronicis, fuit. Hinc Mendonensis Præfili renunciatus: patrio quidem, sed cultissimo & sublimi sermone varia opuscula luci commisit. Incredibile est, quàm sint omnia eius singulari eruditione & referta opera: quantumque sparent pietatem ac religionem. Sanctè ex hoc seculo transit an. 1545. voluitque in Sacello Conuentus sancti Francisci Pinciarum à se assabè constructo, sepeliri: pro vt attestantur Gonzaga, qui de eo agit part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in viuis huiusce Ordinis scientia illustr. Item part. 3. in dicto Conuentu, qui est i. provinc. Conceptionis in Hispania. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1248. parag. 24. Barezus part. 4. Chron. Minor. lib. 3. cap. 46. Daça ibid. lib. 1. cap. 29. Possimus in Apparatu facti: licet Willorus Athenar. Orthodoxar. Franciscan. littera A. dicat conditum esse in sua Cathedrali Ecclesia.
- §. 2. **B.** Donati à Ferrara, Confess. b] Vir sanctitate; & spiritu prophético claruit an. 1350. cuius corpus humatum est in Castro Florentino apud Hetruscos. Memoratur à B. Bartholomæo Pisano lib. 2. Conformitat. fact. 8. & 11. part. 2. in Fratib. Minor. provinc. Tuscis, sanctis. illustr. Codex M. S. Abbat. S. Vithæ. Paris. ibid. Marco Vlyssiponensi. 2. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 16. parag. 2. ad annum 1356. Gonzaga sup. part. 1. in B. viuis huiusce Ordinis. Toffinianus lib. 1. histor. Seraph. Daça cap. 28. sup. Wadingho tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1270. parag. 27. & tom. 4. an. 1399. parag. 42. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Piqueo in Catalog. viror. illustr. Minor. Ordinis.
- §. 3. **B.** Christophori Alcazara, Confess. c] Miræ sanctitatis ac Religionis fuit hic pius vir: obiit ac sepultus est in Conuentu Domus nostræ de Gracis: cuius anima ab omnibus eius patris accolis, ob incalpatam ipsius vitam, Beata estimatur. Scribunt de eo Gonzaga part. 1. sup. in eo Conuentu, qui est 10. provinc. Algarbionum & Barezus sup. lib. 1. cap. 37. sub an. 1341. atque miraculis etiam nunc vique cotulcate.
- B.** Stephani Molinæ, Confess. d] Hispanus erat natione, & provincie Romanæ alumnus: qui ob egregia ipsius merita, ac vix sanctimoniam, Concordatus officium plures et ceteros: provincie Romanæ bes manere Provincialis fœdus est: & semel Terz Labotis electus fuit Minister Provincialis: tandem Definitor Generalis factus: plura consilia pro Reformatione totius Ordinis Seraphici. Eximius Theologus erat ac Concionator insignis, singulari prudentia ac sagacitate præditus in rebus gerendis: quapropter Summi Pontificis, Cardinales, & Archiepiscopi: illum maximo in honore habebant, eoque utebantur pro Commissario, ad negotia ardua, difficiliaque peragenda. Author fuit ac Fundator Reformationis in provincia Romana, quam suis admirandis vitæ exemplis & sanctis moribus fœdit, auxit, firmavitque. Obiit annus agens sextum supra octogesimo, mense Octobris, an. Christi 1579. sepultus in Conuentu S. Francisci Nazani. Illius memorie Barezus sup. lib. 2. cap. 57. & lib. 3. cap. 58. Rapinæ in hist. Generali Origin. Recoll. Decad. 6. part. 1. Toffinianus lib. 2. Gonzaga sup. part. 2. in Conuentu 1. 36. 38. & 39. provinc. Romanæ: in quo quidem vltimo sic ait. *Hæc in leto diem clausi extremum summa & liquens doctrina, atque sanctitate Pater, P. Stephanus à Malina, natione Hispanus, atque dimoritate a Reformatione in provincia Romana, summo & per vniuersam Italiam, Ausb. & Illustr. : cuius corpus fortissè post elapsam effusa terra exhumatum, ab hominum humilitatem, castitatem, obi dentiam, ceterasque virtutes, quas miris modis excoluit, cum a que candorem: impare munio atque incorruptum inuenit esse. Quæ etiam de causa, tum apud Reformatos hinc facta à alio Fratris, tum quæque apud secularis, in maxima veneratione est. Item in Conuentu 2. provincie Principatus, Memoratur etiam à Bonifacio Bonibelli in Chronica PP. Reformator. provinc. Roman. wadingho tom. 1. sup. ad an. 1217. parag. 27. & 20. Item an. 1229. parag. 32. Mariano lib. 5. cap. 14.*



## OCTAVO KALENDAS NOVEMBRIS.

**D**ilectissimi in Brabantia, Beatorum <sup>a</sup> Sex Fratrum, Martyrum: qui à Gueuzijs hæreticis ob Religionis Catholicæ constantiam, gladio cæsi sunt. In Belgio, Beati <sup>b</sup> Arnoldi, Martyris. In Palæstina, Beati <sup>c</sup> Adami, Confessoris. In Mechinoacano Indiz Occidentalis Regno, Beati <sup>d</sup> Hieronimi, Confessoris: qui potens verbo & exemplo, multa Indorum millia in Christo Iesu, per Euangelium genuit. Apud Campum-Bassum, in Apulia, Beati <sup>e</sup> Sylvestri Guidonis, Confessoris: sanctitate & miraculis creberrimis conspicui. Romæ, Beatæ <sup>f</sup> Catharinæ, Viduæ, Bonensium Reginæ: quæ sumpto Tertiariorum Ordinis Minorum habitu, patientia, castitate, & pietate atque humilitate, mirum in modum emicuit.

## OCTOBRIS XXV.

8. 1. **B**eatorum Sex Fratrum, Martyr. a] Duo primi intercepti hæreticis, dum foras pro administratione Sacramentorum proficere tentent, consulum sunt necati: Duo alij, in ipso introitu Conventus, sunt ab eisdem occisi: alij vero duo exinde educi, post plurimam hostilitatem & opprobria, suspendio vitæ finierunt. Hæc ex Faustino Tasso, in histor. sui temporis. Bouchiero histor. Eccles. Martyr. Fratrum Minor. Obiit. uantim. Barezio part. 4. Chron. Minor. lib. 7. cap. 10. ad annum 1578.

8. 2. **B**eatus Arnoldus, Martyr. b] Lusac erat, patria Amfœdilitensis, quem *Cnapardum*, vulgus *Knapper*, nominabat, bouanicionem innocentem & iam senem, qui fratribus in vicinis pagis condonantibus spem solebat colligere. Hanc latrunculi rui deprehensum, ad lumbos viros retraxerunt: proposito præmio ei, qui illum sclopæti ictra, primo omnium ferret: post victoriam multis vulneribus tractatum, mortem reliquerunt, an. 1572, ita Ratisia in Auditorio ad Natalis SS. Belgij, hæc die, ex histor. Michaelis ab Iffelt.

8. 3. **B**eatus Adami, Confess. e] Socius fuit B. Luitoni Martyris (de quo t. Aug. 17.) quando perrexit ad prædicandum. Mater: sed ob duriciam infirmitatem apud montem Sion stetit: ubi & cum accepisset ipsum B. Luitoni Martyri coronatum fuisse satis contristatus est: eo quod speraret illum comitari in talis agone pro Christo: cui ipsa Martyr mox apparuit dicens, Cur sic ægrè molestus es consolare in Domino: eius præsidio ac favore, num poterit impleri, per fœcicæ desiderium. An autem martyrium subiret, hoc mihi incertum. Memoratur à Marco Vlyssipontensi. 2. part. Chron. Min. lib. 9. cap. 7. & 8. par. 2.

8. 4. **B**eatus Hieronymus, Confess. d] Hic B. Martinum à *Irsu* secutus, Mechinoacanicum Indiz Regnum ingressus est, ad cuius prædicationem, plures Indi Infidelis Catholicam fidem suscipientes, ab eo baptizati sunt: atque in via salutis fœliciter instruiti. Mox Conuentus Fratrum Minorum non pauci edificari cœperunt, & cultus diuinus ubique propagari: quibus in exercitiis vique ad vitæ finem persequens, sanctissimè spiritui Deo reddidit.

Agunt de eo Gorrage 4. part. Orig. Seraph. Relig. in prouinc. SS. Apolol. Petri & Pauli: item t. 5. & c. Conuent. eiusdem prouincie. Barezio sup. lib. 3. cap. 28. Rapinasso histor. General. Origin. Recolle. Crot. Decid. 5. part. r. par. 11. & part. 1. par. 7. Marianus lib. 1. cap. 36.

*B. Syluestri Guidoni, Confess. c]* Floruit an. 1540. illustriusque meminit Barezio sup. lib. 3. cap. 60. sub anno Christi 1550. sed qui cum transiit in linguam Gallicam, nempe Ioannes Blancus, nullo errore laborans, dum facit ipsum B. Syluestrum, Guardianum excessiua Conuentus sanctæ Mariæ de Gratus Camp-bassi, in quo decessit è via: non quod id sit impossibile, sed quia deceptus est in sua traductione. Cum enim alius, mat eadem verba Gorrage 3. part. sup. in hoc ipso Conuentu, qui est in prouinc. sancti Angeli: debebat eandem veritati Gallicæ reddere. Mendosè etenim interpretatus est *Guidonem* pro *Guardiano*. *Communem* (inquit Gorrage) *naibus est hoc in Conuentu sepulchrum* & *P. Syluestri Guidonis, viri sancti, dum viuet, seu Iustissimi ac innumeris claris miraculis*. Daça part. 4. Chron. Minor. lib. 1. cap. 43.

*B. Catharina, Rofa Reginæ, f]* Hæc ferocissima ac 5. 6. potestissima Regina, cum vidus esset, Regnumque Boluæ, vi & armis Turca inuasit: in Italiam descendit, Romanque ueniens à Sixto IV. Sommo Pont. benignè & humanissimè est recepta: cui & pinguis sum annonam pro necessaria sui conditione assignauit. Patientie autem & castitatis, atque pietatis sum singularis: tanta uero fuit humilitate, vt Tertij Ordinis insignia gestiret, & mortens sepeliri uoluerit in Conuentu Minorum Fratrum B. Mariæ de Araceli. Conu. dicitur in Ecclesia ante manus Altare, sub lapide marmoreo: in usu & opera presertim Pontificis, an. 1478. quo ipsa obierat. Scribitur de ea Marcus Vlyssipontensi. 3. part. sup. lib. 6. cap. 35. Gorrage sup. part. 1. in Conuentu Aracelitano Romæ. Wadinghus tom. 1. sup. ad annum 1551. par. 60. Brounus tom. 18. Annal. Eccles. ad an. 1478. par. 10. Salazar lib. 6. Chronic. prouinc. Castellæ, cap. 17.

**I**N territorio Treuitensi, Beatorum \* Guillelmi Straui, & Christiani Sui, Martyrum: qui in persecutione hæreticorum Calvinistarum passi sunt. Puppj in Tuscia, Beati b Jacobi Barletani, Confessoris: eximie sanctitatis vici. Compluti in Hispania, Beati c Benedicti à sancto Torquatio, Confessoris: humilitate, pietate, atque charitate insignis. In Canaria magna, Beati d Emanuelis Lomadas, Confessoris: vita exemplari, Religione, & virtutibus celebris. Lezigniani in territorio Narbonensi, Beatæ e Bonæ Virginis: quæ nobilissimo genere orta, vitæ austeritate, dono prophetiæ & miraculorum extitit illustrissima.

§. 1. **B. Guillelmus Straui, Confess. a]** Anno Domini 1579. cum deuotissimus Pater B. Guillelmus Straui, Sacerdos, & B. Christianus Sui, Treuerin peregrinaret: ambo in itinere, vico ihu sclopetti à quodam hæretico fuerunt interfecisti, in odium Catholicæ Religionis, apud celeberrimam quandam pagum Atsclethas ille haud diu penas luit. Nam Dominus & Capitanens illius pagi, cum etudele huiusmodi factus intellisset, veniens obituro malefactori, dixit ei: Tu malebiste nebulo hæretice, & pædo: interfecisti hos duos optimos Religiosos, simplices gradientes. Propterea accipe mercedem tuam; & hoc dicens, ihu sclopetti transforsit corpus eius; & sic miser miserimè obiit iuxta opera sua. Hæc ex Gonzaga 3. part. Origio. Seraph. Relig. in fine prouinc. Flandræ. Barrezo part. 4. Chron. Minor. lib. 7. cap. 33. Daça ihod. hb. 3. cap. 70.

§. 2. **B. Jacobi Barletani, Confess. b]** Laicus claruit an. 1270. cui Christus apparuit in Ilyria, certum illum reddidit, de commissione peccatorum suorum, quam semper operatur: in cuius rei signum, tantus odor ex contactu manuum Christi, in ipsius B. Jacobi manibus remansit ut non nisi post magnam temporis spatium euaneuerit. Arguit de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Confortuar. tract. 8. & 21. in Fratrib. Minor. prouinc. Tusciae, sanctæ illustrib. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponenf. part. 3. Chron. Min. lib. 9. cap. 16. parag. 4. ad annum 1356. Hi Barletanum eum faciunt: At Gonzaga videtur ab eis dissentire, dùm part. 3. sup. in BB. viuis huiusce Ordinis, ait, *B. Jacobi à Barro Apulorum obijt, in loco Puppj, in Clusentino Tusciae.* Sic Toffimanus lib. 8. V. 9. in huius tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1261. parag. 18. & 1270. parag. 17. Picquetus in Catalog. viroc. illust. Franciscanor.

**B. Benedicti à Sancto Torquatio, Confess. c]** Vir quidem §. 3. simplex fuit, sed singulari humilitate, charitate, ac deuotione diues: xxi vi à populo veneratus sit ut sanctus, tum in vita, tum post obitum: migravit in caelum, an. 1519. sepulchus in Conuentu sanctæ Mariæ de Iesu Compluti: in prouincia Castellæ, prout scribit Marcus Vlyssiponenf. 3. part. sup. lib. 8. cap. 43. & Barezus sup. lib. 3. cap. 15. & Salazar lib. 3. Chronic. prouinc. Castellæ, cap. 12.

**B. Emanuelis Lomadas, Confess. d]** Vita exemplari ad §. 4. modum insignis est, cultus Diuino maxime deditus, & sanctitate clarus, dæm supremam egrit in Conuentu sancti Francisci Magnæ Canariæ, qui est 2. prouinc. Canariæ. Arguit de eo Gonzaga ibid. part. 4. sup. & Barezus sup. lib. 3. cap. 24. ad annum 1573. cuius Interpretes mendicant: dùm scribit hunc B. Emanuelis zelo salutus Indorum Bagrales: decendam est, Canariensium, non Indorum, salutem fuisse.

**B. Bonæ, Virginit. e]** Illius meminit Gonzaga §. 5. part. sup. in Monasterio sanctæ Anæ Lesigniani, quod est 3. prouinc. sancti Ludouici, huiusce verbus. *Plurimum honoratur hoc in loco vna, summo odore fragrantia, B. Bonæ, ex profusa de Armanaco; quæ tantæ sinit vires austeritate, tantæque prædica clemencie mentis in Deum, vii dona prophetiæ aliquando fuerit illustrata: passim super obitum Patris sui, prouinc. lezignia eius, & Barre. Extitit quoque ad spualiterm dicitur factus Bonæ quidam mortuus olim religiosus.* Eadem habet Barezus sup. lib. 4. cap. 40. ad annum 1565. licet antiquum xuo eam vixisse, non dubitauerim: quæ de re, vide S. Abbatulæum Capucinum, in huius. Chronologia B. Collette Virginit. 3. lib. 2. cap. 12. Valerius de SS. Femin. Ord. Minor. libro quarto, capite quadagesimo primo.

## SEXTO KALENDAS NOVEMBRIS.

**I**N Britannia Armorica, Translatio Sancti <sup>a</sup> Iuonis, Confessoris, Tertij Ordinis Minorum: tempore Clementis Sexti Papæ. In Cumana Indiæ Occidentalis Regione, Beati <sup>b</sup> Dionysij Martyris: qui post multa ludibria perpeffa & supplicia: ab impijs Indis trucidatus est. In Hethruria, Beati <sup>c</sup> Rolandini, Confessoris: qui orationi iugiter intentus, miraculis quoque claruit V vermeburgi, in Saxonia, Beati <sup>d</sup> Ioannis, Confessoris. Iulianæ in Sicilia, Beati <sup>e</sup> Bonauenturæ Melitenfis, Confessoris: gratia miraculorum celebris. Valentiz in Hispania, Beati <sup>f</sup> Hieronymi Steurz, Confessoris: qui pietate & charitate spectabilis: spiritus etiam propheticò à Deo exornatus est.

## OCTOBRIS XXVII.

- §. 1. **T**ranslatio sancti Iuonis, Confess. a] Quidam festum ipsius agunt die 29. May, sed ferè in toto Ordine Seraphico 27. Octob. pridè SS. Apostolorum Simonis & Iudæ, nunc potissimum celebratur; quò die Translatio sacri corporis eius peracta est: vt colligere licet ex Vita sancti Francisci Teubonica: Marco Vlyssipponensi 1. part. Chron. Min. lib. 9. c. 24. & part. 2. lib. 6. cap. 24. Sedulo in Commentar. ad vitam S. Iuonis. Vvadingho tom. 3. ad annum 1303. parag. 22. Et Molano in Addition. ad Vuardum: his verbis. In Britannia, Translatio sancti Iuonis, Confessoris, in Virgine Iure Delleri: de Ordine Prædicatorum B. Francisci. Arguit de eo hac die Missale ac Breuiarium vetus & nouum Fratrum Minor. Ferrarius in Martyrologio, ex Maurolyco: & Appendix ad Petrum de Natalibus capite 18. mandòtè tamen scitibus hac die obiisse. Ex altero huiusmodi translatione Bulla Papalis, apud Wadinghum an. 1347. parag. 16. in Capitulo autem Generali Lugdunensi an. 1351. decretum est, vt fieret diuinum officium de B. Iuone, sub tit. semiduplici, dieo 27. Octob. quò translatum est eius corpus ad locum nebrinoem. Vide Speculum Fratrum Mino. & Firmamentum trum Originum, tract. 3. de Ordinationibus circa diuinum Officium. Vvadinghum tom. 4. sup. ad an. 1351. parag. 40. Maralum lib. 4. hist. sacror. Relig. De Siluati cap. 1. Regul. Tertiar. Ioansem de Torres in Practicis exhortationibus super eandem Regulam. fol. 46. pag. 2. Salazar lib. 6. hist. prouinc. Castellæ, cap. 9. Sanctissimum in Supplemento Martyrolog. Gallic. Tanto autem assèdu illum profectus fuit Britannia Armorica, vt apud eos acclamatus sit S. Iuo, pro conficta belli, sicut apud hos, sanctus Dionysius: apud Anglos, sanctus Gouergus, &c. Vide Froaldatum volum. 1. hist. cap. 12. 6. 127. &c.

- §. 2. **B. Dionysij Martyr. b]** Hic Frater Laicus à Cumana Iodis capess, post Conuentum diuisionem atque conflagrationem, dedito detinere in carcere: quo tempore totum se tradidit orationi, vt sic ad martyrium subeundum pro Christo se prepararet: Tertia autem die, genu flexus Deum et orans reperit: moxque laqueo eius collo iniecto, è carcere descendit, pugnis & calcibus, atque pennis & opprobrijs lacessitus: tum iterum genu flexus citò impetu caput illius extitit, vt promissus obierit: & corpus nimia rapinatione horum sceleratorum fodatum sit, an. 1319. Scribitur de eo Barezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 34. Daça

ibid. lib. 2. cap. 50. Grauiam in *Uice Tertiaris*, part. 2. cap. 24. Gonçaluis Fernandez hist. Indiar. part. 2. Franciscus Lopez hist. General. Indiar. Occident. lib. 1. cap. 26. 27. & lib. 6. cap. 11. Algeza in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Marianus lib. 1. cap. 21. Chronic. Reformat.

**B. Rolandi, Confess. c]** Florentius erat natione, cui inter orandum certa animæ salus reuelata est: miracula autem sua, illustri ante & post mortem. Arguit de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 4. Conformis. fruct. 8. in Fratrob. Minor. sancte illust. prouinc. Tuscæ. Codex M. S. Abbat. S. Vider. Paris. ibid. Picquetus in Catalog. viros illust. Minor. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in B. viris huic Ordini vocatis quo ab eo *Rolandus*. Tostinianus lib. 1. hist. Stephanic. Vvadinghus tom. 1. sup. ad an. 1242. parag. 11. ex Mariano lib. 2. cap. 34. Cretensium in Dialogo.

**B. Ioansem Confess. d]** Vix fuit sanctissimus: sepulchrumque inter *Vrbinensium* in *Vermeburgica* Pisanus sup. fruct. 8. & 11. in prouinc. Saxoniæ. Gonzaga sup. 1. part. & 3. in prouinc. Saxoniæ. Picquetus sup. Tostinianus lib. 2. an. Castodia Bremeni.

**B. Bonauenturæ Melitenf. Confess. e]** Sanctitate maritime floruit, an. 1140. in Conuentu S. Annæ Iulianæ oppida: vbi sagittarum nactus, plurimus miraculis curauit. Ita Gonzaga 4. part. Orig. Seraph. Relig. in eod. Conuentu, qui est 31. prouinc. Stollur. Barezus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 21. Grauiam sup.

**B. Hieronymi Steurz, Confess. f]** Huius Elogium descriptum est in illustrius Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu Vallis Iesù (qui est 13. prouinc. Valentiz) non longè ab vrbe Valentia. Martenobisi (inquit) hoc in loco, anno Domini 1530. sanctissimus *uita* P. Hieronymus Steurz, Sacerdos, vixit sanctissimum virtutum genere appròuueratus: quò sapienter inter orandum ad dei diuinum contemplandum in seipsum immergebatur, ut nihil eorum, quò a curia si agebantur, sciret. Ad percipere autem tanta ferocitate curate, qui se totum dedit se. Præterea, pro a se ipso spiritum donatus, plurima viderat acerrimè prædixit. Eademque statuit Barezus sup. lib. 7. cap. 37. additque vocari B. Hieronymum Steurnam, Moricæ Sacerdotem, cognomento Stephanum: item lib. 8. cap. 25. vocat eum Hieronymum Stephanam. Ilius meminit Rapinus hist. General. Orig. Recollèct. Decad. 3. part. 1. parag. 9. Wadinghus tom. 4. sup. ad an. 1358. parag. 9.

## QVINTO KALENDAS NOVEMBRIS.

**I**N Italia, Beati <sup>a</sup> Benedicte de Piratro, Confessoris, Seraphici Patris Francisci socij: doctrina & sanctitate conspicui. Strigonij in Hungaria, Beati <sup>b</sup> Galli, Confessoris: cuius tanta sanctitas extitit, vt pulvis ex eius sepulchro haustus, infirmos sanauerit. Calpe in territorio Gaditano, Beati <sup>c</sup> Ioannis à Cordouilla, Confessoris: qui singulari humilitate, patientia, & vite austeritate præditus, summa charitate, & zelo salutis animarum plurimum flagrabat. Apud Tordeſyllarium Palentinæ Diœcesis oppidum, Beate <sup>d</sup> Catharinæ Solisiz, Virginis: oratione extatica, ac miraculis clara.

## OCTOBRI8 XXVIII.

5. 1. **B**eati Benedicte de Piratro, Confess. a] Diuetsimodè nonnullis cognominatur de *Pirato*, de *Pirato*, seu de *Pirato*, focus fuit ac Confessarius Seraphici Patris sancti Francisci: cui in infirmitate semper ministrabat, & cotam eo quocuidi sacra faciebat: vitæ etiam doctrinæ & sanctitatis: nonnon huicse Ordinis fratres ætate grandæua tue longè sperans. De eo mentio habetur, dùm idem Seraphicus Pater D. Franciscus æprocat et ad mortem. Nam grati & molesto stomachi dolores semel laborauit, ita vt vitam penè exhalaret, & Fratres iam de eius, vita desperarent. Quorum vnus, cœmens ne subitè è vitis caperetur, propter varia & crebra cordis deliquia: ait, Benedicte nobis, Pater, & cæteris Fratribus, quos in Christo genuisti: & aliquod memociale relinque nobis tuæ voluntatis, quod Fratres intui memoriam semper habeat secum ad maiorem sui profectum. Tunc b. Pater paternis oculis in filios exigens, *Veniat* (inquit) *mibi Frater benedictum de Piratro, vt vobis benedicam. Quis accessit, ait: Scribe, Sacerdos Dei, qualiter benedicemus tuis Fratribus meis, qui modo sunt in Religione, & qui venturi sunt vsque ad finem seculi. Quoniam propter infirmitatem meam loqui non valeo: breuiter voluntatem meam & intentionem, in scriptum memoria me à benedictionis, & Testamens, cunctis Fratribus per scripturam & factis patrefaciis, Fratres semper se diligant adiuucent, sicut ego dilexi & diligebis, semper diligant, & obseruent Dominum meam paupertatem. Et semper veritatis & Clertis sancta matris Ecclesia fideliter & submissè existant, benedicat & custodiat vos Pater, & Filios, & Spiritus sanctus. Amen* Hæc ex Speculo vite S. Francisci. fol. 116. B. Bartholomæo Pisano, lib. 3. Confortemat. fruct. 1. part. 2. Marco Vlyssiponensi. 1. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 11. Wadingh. d. 10. 1. Opusculor. D. Francisci, Benedictione 9. & tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1216. parag. 9.

5. 2. **B. Galli, Confess. b]** Lector fuit deuotissimus, qui ad eò vitæ excelluit, vt pulvis suæ sepulture sanos infirmos, si modicum quid ex ea accipiatur: floruit. 1340. cuius corpus Strigonij in Hungaria iacet. Agunt de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Confortemat. fruct. 3. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. sanctis. illustr. prouinc. Hungariz. Codex M. S. Abbas. S. Vitor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponensi. 1. part. sup. lib. 8. cap. 4. parag. 1. Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. in BB. vius

holuise Ordinis. Toffianus lib. 1. histor. Seraphic. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1287. parag. 7. Algezira in Arbore Epilogica totius Ord. Francisc. Picquetus in Catalog. vitor. illustr. Franciscan.

5. 3. **B. Ioannis à Cordouilla, Confess. c]** Latus erat professio, qui immo Custodiz S. Ioannis Baptistæ. Guadaluas extitit Consensus Domine nostræ de Laurento Monfortij, qui est 3. eiusdem Castellæ, nunc prouinciz, vite perfectione, & feruētissima deuotione pollebat, maxima charitate ardebat, & proximis amantissimè compatiebatur, aliis benignissimus, sibi verbò admodum parcus & austerus: nil comedebat, quin prius ciusete, pro condimento, aspersum eisset. Singulari humilitate cœntur, summèque expectabat martyrium subire: cœmpque eo flagrare et esse. Ierol. licentis petuit, & obtinuit, ad trahendum in Mauritianum, vt In fidelibus Clarissimum miro spiritus feruore annunciaret. Verùm, cùm licet etas hand omnino calloisset, modum adiuuaret, quo sibi felicitior via eſset huic tanto negotio complendo: videlicet, vt locum cuiusdam captus Christiani ex charitate accipiens: se offereſset idem ostium ac portam obire: sicque occasionem fumeret concaptus Infidelibus, myſteria fidei Christianæ propalare, & monita salutis dare: omnia enim parumpendebat, dummodo nonnullas animas à vitis abstereret. Deoq; locraretur. Vide Barterium 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 61. ad ann. 1580. Rapinæum in histor. General. Orig. Recolleſt. Decad. 8. part. 3. parag. 1. post Ioannem Ximenes in ſua Chron. protine. S. Ioannis Baptistæ. Ioannem à sancta Maria, part. 1. Chronic. prouinciz S. Ioseph. lib. 2. cap. 36. 37. & 38. qui vult obſiſſe an. 1566. vulgò *Gilwallar*, apud Conuentum S. Francisci, qui est 12. prouinciz Bartzæ.

5. 4. **B. Catharina Solisiz, Virg. d]** Sacerot fuit incalpatissimèz vite, quæ tanto feruore oraret, vt capius inter orandum reperetur, atque pluries in aërem subleuata à Montalibus visa sit. Obiit apud Monasterium sanctæ Claræ Tordeſyllarium, quod est in prouinc. Conceptiois, post cuius mortem magna in veneratione habitata est à circumuicinis populis. ob ingenia quæ operaret mira cœnta. Scribunt de ea Gonzaga ibid. in eo Monasterio part. 3. Barceus sup. lib. 4. cap. 43. ad an. 1565. Valerianus de S. Fermin. Octid. Min. lib. 4. cap. 42. Wadinghus tom. 4. sup. ad an. 1565. parag. 11.

## QUARTO KALENDAS NOVEMBRIS.

**A** Pud Belgium, inter medios fines Gandensium, atque Burgarum, Beati <sup>a</sup> Guillelmi Ollis, Martyris: qui ab hæreticis, ob fidem Catholicam comprehensus, arbori alligatur, moxque cerebro terebrato, corpus dissectum est in duas partes: spiritus verò euolauit in cælum. In Picceno, Beati <sup>b</sup> Petri à Macerata, Confessoris: Religione, & zelo altissimæ paupertatis insignis. Tarequati, in Mechioacano Indiæ Occidentalis Regno, Beati <sup>c</sup> Iacobi à Dania, Confessoris: qui Regio sanguine clara, tanta eruditione, humilitate, prudentia, & charitate in procuranda Indorum salute, emicuit: vt quampulurimos eorum ad Christum conuerterit, & sanitarum gratia maximè illuxerit. Madriti in Hispania, Beati <sup>d</sup> Iosephi Albis, Confessoris: eximie patientiæ, & sanctitatis viti. Romæ, Beati <sup>e</sup> Angeli à Calaisio, Confessoris: vitæ perfectione, oratione, & veneranda canitie spectabilis. Marsiliæ Beatæ <sup>f</sup> Dulcedinæ, Virginis, virtutibus & miraculis celebris.

## OCTOBRIS XXIX.

8. 1. **B**eati Guillelmi Ollis, Martyr. a.] Gallus erat natione, genere oobilis, & dignitate Sacerdos, Conuentusque Niuelensis alumnus: qui inter Gandaunum & Burgas ab hæreticis grassatoribus captus: custam arboris alligatus, dicente istius scelopeti per cerebrum transiit, ac postremò in medio dorsi à capite ad longum vsque ad inferiora sedens agonem suum feliciter consummavit, nil aliud dicens, præter *Iesus, Maria*: quibus in verbis inuictum animum corlo reddidit, an. 1575. Thomas Boucherus in hist. Eccles. Martyr. Fratrum Minor. Obierunt. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in sacris Martyrib. Ord. Minor. suo 200, ob Christi fidem passus, in prouinc. Flandriæ: item part. 3. in prouinc. Flandr. sub finem. Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 11. Daçatib. lib. 3. cap. 7. & 71. Hilarion à Costa lib. 1. hist. Catholic. pag. 366. Bosius tom. 1. lib. 12. cap. 22.
8. 2. **B**eati Petri à Macerata, Confess. b.] Ardentissimus fuit sui instituti amnator: tantæque altissimam excelsit paupertatem; vt pro ea ab aliis Fratribus relaxatis grauis passus sit. At B. Raymondus Gaufredi, Electus Minister Generalis totius Ordinis, an. 1280. pergens in Marchiam Anconeam: sciensque innocentiam eius: ac sociorum, illos à carceribus liberauit, & ex tunc illos magno in honore sumpit habuit. Memoratur à Marco Vlyssiponens. 2. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 12. parag. 1. & 18. parag. 2. ac c. 27. Vide 26. August. 5. 3. & 4. vbi de B. Liberato. Toffiniano lib. 1. hist. Seraph. sub B. Ioanne de Parma Generali. Wadingho tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1275. parag. 2. 2289. parag. 24. 1290. parag. 10. 1294. parag. 9.
8. 3. **B**eati Iacobi à Dania, Confess. c.] Es Regia Danorum stirpe originem traxit, atque linguam Græcæ, Latine, & Hebraicæ peritissimus fuit. Cumque Franciscanæ militæ in Dania nomen dedisset: oë grassanti supra modum in ea patria hæresi, vel saltem sua præsentia, consentire videretur: patris laribus, charisque parentibus & amicis longè post se celsis, in Hispaniam traiecit. Vnde postquam à Carolo V. Imperatore, pro sua pietate ac religione humanissimè excepisset, post modum soluens ad Indiæ Occidentalis partes transfretauit. Nec tamen feliciter appulsus sese ocio dedit; quinimò vt primùm Indicum idioma di-

dicere, tanto studio, tantaque sedulitate sacris vacauit concionibus, vt innumeros infideles, ad fidem conuerterent, pluresque alios iam antea conuersos, eadem in fide confirmarent, ac denique non paucis causâ salutis extiterit. Præterea fratres inter ceteros omnes, tum cuiusvis Religiosis, tum quoque secularibus Sacerdotes, Mechioacanicis Indis venerabilis Eucharistia Sacramentum ministravit. Tanta enim fuit humilitate præditus, vt omnes in sui admirationem adduceret: talique comitate acque prudentia insignis, vt plurimè ea remouissimis partibus Indi ad se ius in aduersitatibus consulendum uenerit: ac tanta demique sanitarum gratia donatus, vt non paucos infirmos, signo crucis super eos facto integre solerati restituerit. Mortem quoque præsan Imperatoris, licet longissimè abesset, ea ipsa hora, qua ille è viuis in Hispania excelsit, ea reuelatione sibi diuinitus facta, dum Conuentus sanctæ Mariæ de Iesu Tarequati Guardianum ageret, nolite meruit: quamobrem, et cetera de morte tumba, Missæ sacrificium pro eius anima à Fratribus celebrandum curauit. Tandem ipsemet obiit in eodem Conuentu, bonis operibus opimes, atque cum maxima sanctitatis opinione, in sancto bono. Illius memoratur Gonzaga 4. part. sup. in prælo Conuentus qui est 16. prouinc. Ss. Petri & Pauli. Barezus sup. lib. 5. cap. 30. sub annum 1535. Rapiarus in hist. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. parag. 1. pag. 371.

8. 4. **B**eati Iosephi Albis, Confess. d.] Hic priscorum sanctorum Patrum laudabilibus vcligiis hærens, Evangelicæ paupertatis strenuus cultor euasit: via autem sua similem in præsentendis infirmitatibus, excolendaque patientia habuit: quambobrem, licet in florida decedens ætate, ingens sui desiderium, maximamque sanctissimam omnibus reliquit circa annum 1580. Agunt de eo Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu sancti Bernadini Madriti (vbi sepultus tacet) qui est 11. prouinc. sancti Iosephi: & Barezus sup. lib. 5. cap. 21. Rapiarus sup. Decad. 8. part. 1. parag. 11. Marianus lib. 2. cap. 29. Chronic. istictor. Obierunt. Reformator. Ioannes à sancta Maria part. 1. Chronic. prouinc. S. Ioseph. lib. 2. cap. 39. Gualina in *Histor. Tarentin.* part. 2. cap. 24.

- §. 5. *B. Angela de Calafatis, Conf. f. c.* Regularis Obferuantia: fuit amantiffimus, & pacifica bonitate extornatus: patientiffimus, humilis, hoftibus, duoribus & fanctæ orationis affidius. Diebus omnibus Sabbati ieiunabat, & in vigiliis Deiparæ Virginis, fola pane & aqua contentus erat. Octuagenarius decessit à vita, hac die, an. 1606. Conditus est in Conuentu sancti Francisciani Tyberim, Romæ, quiescit i. prouinc. Romanæ. Memoratur à Bonifacio Bombelli, in Chron. P. P. Reformator, eiusdem prouinc. & Barezzo sup. lib. 10. sub finem.
- §. 6. *B. Dulcinea, Virg. f.* Ipsam fuisse ex tertio Ordine D. Francisciani satis ex eo conitat: quod Marcus Vlyffipolenf. scribit 2. part. sup. lib. 5. cap. 1. par. 1. Aut enim quod hæc B. Virgo, exemplo, hortatque B. Hugonis *Drengensis*, fratris sui, mundum dereliquit, & habitu honesto ac Religioso induta, fructus dignos

penitentia: admodum laborauerit operari: vnde quæ plurimæ nobles feminae ac virgines ipsius societatem summè exoptantes: & infimul permancere cupientes, Deo inferuire decreuere sub Regula & constitutionibus, quas idem B. Hugo illis præscripsit. Ex quo initium postea tempus locus ille, nunc vulgò vocatus, *Domina de Robando*. Moriens ipsa B. Dulcinea, seu Dulcina, sepulta est Marfilæ iuxta præfatum B. Hugonem, fratrem ipsius: vbi multus miraculorum clarus. Proinde alia est à B. *Rosalina*, quondam Abbaciffa Monasterij *Selli Robandi*, Ordinis Cluniacensis: quæ florebatur circa an. 1206. nunc autem Conuentus est Fratrum Minor. 20. prouincia: sancti Ludouici ab anno 1501. cuius meminit Gonzaga ibid. part. 5. sup. Vvaduighus sup. tom. 2. an. 1282. par. 11. & 1290. par. 26. Toffianus lib. 2. in Custodia Marfilæ.

## TERTIO KALENDAS NOVEMBRIS.

**I**Zatlanis, apud Xalifcos Indiæ Occidentalis populos, Beati <sup>a</sup> Ioannis Caleri, Martyris: qui à quibusdam Indis renegatis, ob fidei constantiam tentus, & lignis enibus capite colliso, crudeli mortis genere occubuit, passi sunt etiam cum eo tres Indi iuuenes adolescentes, ex tertio Ordine Minorum: qui ab eisdem furentibus iugulati adole. Compluti, Beati <sup>b</sup> Francisci de Alapardo, Confessoris: eximia patientiæ & orationis viri. Leuonicis, in Gallia, Beati <sup>c</sup> Roberti Preatofii, Confessoris: qui vitæ austeritate, humilitate, & oratione, alijsque summis virtutibus fulgens: Reformationis in Aquitania propagator extitit præcipuus. Volaterræ in Hethruria, Beate <sup>d</sup> Cæcilie Volaterranz, Virginis.

## OCTOBRIS XXX.

- §. 1. *Beati Ioannis Caleri, Martyris. a* *Caleras*, aliis de *Aprina* sancte cognominatus est. Quibusdam vero Indis ad Idololatram redemptibus, & Tuzhilz montis culmen petentibus occurrentis: eus eniad rogare cepit, vt ad propria loca reuertentes, vetam fidem Christi, quam à Franciscanis coeperant, cum tanto proprio saluti dispensulo desicerent. Verùm optime cognoscentes vi Dei se eo in negotio operam perdere, inde iam recedere ceperrat. cum hi perfidi homines, verbis cuiusdam mulieris, barbarico quodam furore accenti, B. Ioannem aggressi sunt. Tunc deuotè genua flexens, Deo genas egit, quod gloria martyrij dignaretur ab eo exornari: interim vero Indi, lignis enibus caput eius sciudentes, atrociter interfecerunt: val cum tribus iuuenibus Indis, Tertij Ordinis, quos in fide Christi nuper educaerat, & in lacris faciendis sibi ministrare assueuerat, an. 1541.
- §. 2. Corpus tanti Patris, in campo, vbi martyrium sustinuerat, ab interfectiouis nudarium, septem diebus in sepulchrum remansit: atque ab Hispanis, vt sepulchrum traheretur, postmodum conquisitum, integrum emittino, incorruptum, fuscissimè fragrans, atque ad eod recens, ac ut tunc temporis fuisse extinguum, inuentum est. Ahornim vero occisorum corpora à lupis deuorata exiitere. Cum igitur Hispani tanti martyris corpus Izatlanem in Conuentum: vnde exierat deuotè & honorificè sepeliendum detulisset, illudque Fratres Franciscano habitu, de religioso more, induissent, quotquot aderant Hispani, eius deuotione acti, hu-

iusmodi habitum repente, atque certatim in frusta discerpere. Itaque corpus magna omnium spentiali læticia, sepulchrum traditum fuit, martyris interim sanctitatem cunctis vno ore, atque plenis buccis extollentibus, B. Franciscus *Laurentius*, insignis Christi martyris ad hos sacrelegos Indos, pauld post transiens, ad sanam mentem reduxit: eosque in fide & pietate eruditabat eisdem habitum B. Ioannis *Caleri* martyris, (quo illum spoliauerant) instantia magna accepit. Scribunt de eo Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in saceris Martyrib. huiusmodi Ord. f. no. 200. ob Christi fidei possis, apud Indos Occidentales. Item 4. part. in Conuentu Conceptionis B. Virginis Izatlanis, qui est 24. prouinc. SS. Petri & Pauli. Barezzus part. 4. Chonicar. Minor. lib. 3. cap. 32. & lib. 4. cap. 17. *Nobis* tom. 1. de Signis Eccles. lib. 7. cap. 1. secul. 16. Rapinæ in histor. General. Orig. Recollector. Decad. 7. part. 2. par. 1. pag. 117. & par. 8. Hilarion à Costa lib. 2. histor. Catholic. pag. 166. Picquetus in Catalog. viror. illust. Minor. Algezara in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Marzani lib. 5. cap. 4. Toffianus lib. 2. in fine, vbi de India. Daga part. 4. Chonic Minor. lib. 2. capite 32. & 34.

*B. Francisci, Conf. f. h.* Laiens erat: diuque hortum excoluit Compluti, verum graui longæque infirmitate genatus, patientissimè se sustinuit: vixit in silentio & oratione ducens: cuius tanta fuit opinio sanctitatis, vt tempore sui obitus, tota fere ciuitas illic confisteret: & vnuf-

& vniuersique cupiens, pro sua deuotione, habitus particulas, tanquam reliquias assumere, corpus quasi nudatum dimissum sit ad sepulturam in Conuentu Complutensi, qui est 2. prouinc. Castellæ. Ita Salazar lib. 3. Chronic. eiusdem prouinciæ cap. 12. Claruit circa an. 1580.

- §. 4. *Beatus Robertus Presbiter, Confess. c.]* Gallus fuit natione, ex Neustria oriundus, à parentibus Catholicis & pijs progenitus, in Diocesi Constantensi: qui cum in timore Domini edocuerat, & grammaticis litteris imbueret curauit. Adolefcent factus, diuino instinctu, inflammatur ad Seraphici Patris S. Francisci imitanda vestigia: cuius habitum induit apud Conuentum sancti Ludouici Valloniæ, qui est 11. prouinc. Franciæ Parisiens. Eo in statu Philosophiæ operam dedit, postea ad Sacerdotium vocatus, sacre Theologiæ incubuit: cuius rei gratia, Lutetiam Parisiorum venit, vt inibi ampliori fonte sapientiæ adimpleretur. Verùm ardentiori Obseruantia Regularis desiderio flagrans, suppliciter à Superioribus licentiam petiit, obtinuitque in Italiam commigrandi: vni cum b. Francisco Symonis, (de quo sup. 14. Octobr.) tunc Parisiis moras faciente.

- §. 5. Romanus igitur profecti, illis indultum fuit Reformationem sumere, atque inter Patres Reformatos prouincia Romani enommoerit: & B. Robertus post annos aliquot, in terram sanctam traiecit, illicque quatuor annis mansit: quibus expletis ad pristinam Reformationem Romanam regressus, in qua vita admodum exemplari, & sanctis moribus hand modicum excelluit. Itaque cum an. 1593. nonnulli Fratres ex prouincijs Galliar, suæ professionis zelantissimi, iamme cuperent Reformationem inchoare intra prouincijs Franciæ, & Franciæ Parisiensis: amplissimam super hac re obtinuerunt à Sede Apostolica Commissionem: quam protinus ipsi B. Robertus exhibuerunt. At ille tanta humilitate se ex indignum iudicans, vix se munus acceptæ volebat, nisi ex obediencia compulsus fuisset parere. Deceuit nihilominus ex Italia in Hispaniam soluere, vt Reuerendissimi Patris Generalis præsentiam adiret: cui ea

omnia pandere valeret, & eo consulto, maturius procederet. Mirum! quanta in itinere per Italiam, Hispaniam, & Galliam, perpeffus, sit incommoda, atque grauamina: quæ omnia forti & equo animo pro Christo libentissime sufferebat, quæuis in his præfatis prouincijs Franciæ, nil tunc operari potuerit.

His visis, varijs Aquitaniam dirigit gressus, de cætero moraturus inter Patres Recolectos illius prouinciæ: vbi miris virtutibus enituit. Singulari simplicitate & humilitate pollebat: ita vt nullo vnquam munere honorifice, in Ordine, functus sit, sed vilibus & abiectionibus officijs semper occuparetur, ac deseruiret. Sui instituti, ac Regularis disciplinæ zelator ardentissimus extitit: paupertatis Euangelicæ amantissimus, mansuetus, deuotus: silentio gaudens & solitudine: ciborum parsimoniam sequebatur, abstinentiæ, sciens, & orationi frequenter intendebat. Missam quotidie magna cum præparatione celebrabat: suis feruentissimis concionibus, animos audientium effliciebat ad virtutem excitabat. Tandem meritis & virtutibus cumulatus, sanctissime obdormiuit in Domino, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo: fuit ætatis 67. sepultus in Conuentu sanctæ Valeriæ Virginis & Martyris, iuxta Lemouicensem urbem. Vita eius latè descripta est à Ioanne Plancena, in Additionibus ad 4. part. Chronic. Minor. Barczæ. Memoratur etiam à Rapinno, in bistor. General. Ongiæ. Recolector. Decad. 10. parag. 6. 9. Hilarione à Colta, libro tertio hystor. Catholice. pag. sexcentesima nonagesima.

*Beata Cecilia Volaterrana, Virgini. d.]* Vitæ sanctitate floruit apud Monasterium Clarissarum Volaterræ, quod est 1. prouinc. Tusciæ, anno millesimo quingentesimo sexagesimo. Cuius meminit Gonzaga ibidem, part. 1. sup. Barczæ sup. libro quarto, capite trigesimo, ad annum Christi millesimum quingentesimum sexagesimum tertium.



## PRIDIE KALENDAS NOVEMBRIS.

**A** Pud Ruthenos in Gallia, Beatorum <sup>a</sup> Petri, Conuentus Ruthenenſis Guardiani; alterius item Petri, & Ioachimi, Martyrum: qui pro fide Catholica ab impijs hæreticis occiſi ſunt. Cathurci, Beati <sup>b</sup> Chriſtophori, Confefſoris: Seraphici Paris ſancti Franciſci ſocij, columbinæ ſimplicitatis viri: qui ad partes Aquitanicas miſſus, ſanctitate vitæ Galliam illuſtrem, centenarius obiit, miraculis in vita, & poſt mortem celeberrimus. Reate in Vmbria, Beati <sup>c</sup> Thomæ à Scatli-no, Confefſoris: ſummæ prudentiæ, patientiæ, & humilitatis viri: qui vigilijs, ieiunijs, & orationibus continuis vacans, zelo etiam altiffimæ paupertatis valdè emicuit: & Regularis Obſeruantia in Apulia Fundator præcipuus exiſtens: miraculorum gloria conſcruit In Hiſpania, Beati <sup>d</sup> Ioannis Pici, Confefſoris. Villæ Caſtinæ in Caſtella, Beati <sup>e</sup> Bartholomæi de Anduxari, Confefſoris: miræ pietatis & abſtinentiæ viri.

## OCTOBRIS XXXI.

§. 1. **B** *Beatorum Petri, et facior. Martyr. a*] Breuiter quidem, ſed præclaro Elogio, horum martyrum perſtrinxit Gonzaga 3. part. Origin. Seraph. Reliq. in Conuentu Ruthenenſi, qui eſt 5. prouinc. Aquitaniz Antiquior. aſſertens, quod ex hoc loco: *Venerabilis Pater F. Petrus Bergelarius, inſignis ſanctitatis, atque eius Gerardus, et etiam P. F. Petrus Tauzerius officio Sacerdos: atque ſumma integritati Frater Ioachimus Bardanus, à trunciſſimis hæreticis, martyrio pro Chriſti fide laureati gloriæ prædicant. Eadem confirmant Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 5. cap. 25. ſub an. 1571. Daça ibid. lib. 3. cap. 58. & Wadwighus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1233. pag. 41.*

§. 2. **B** *Chriſtophori, Confefſ. b*] Vocatur Chriſtophorus, ſeu Chriſtoferus: de partibus Romanolæ oriundus: qui eùm eſſet Parochus cuiuſdam Eccleſiæ, ſpretò ſæculo D. Franciſcum, adhuc in carne viuentem, habitum & conuerſatione ſecutus eſt. Suſcepitque ab eo benediſtione ad partes Aquitaniz anno 1219. miſſus, Chriſto perfectè ſtudit famulari. Inerat ei quædam columbina ſimplicitas, pietas viſcerofa, mirabiliter compatiens miſeris & afflictiſ. Vnde cùm fratres, eo tempore, necdum manſiones haberent, ipſe leproſis officioliſſimè miniſtrabat, pedes eorum & ſaniem lauans: lectos ſtemens, & neceſſaria eis procurans, qui quamuis alius pius, ſibi tamen multum erat auctus. Corpus etenim reuſus, macerabat: ciliſium duriffimum, horumque ferretam multo tempore geſtans ad carnem: cùm nonnullis alijs afflictiſ ſecurus inſtrumentis: talis autem vitæ illius pignus fuit, vt contentarius eùm eſſet, vix extra Conuentum cibum lumeret: vixque niſi ſemel in die ( præter Dominicam diem, & præcipua feſta anni) comedere: vitæ vitæ, nec in ipſa ſeneſtute ſanefcere videbatur. In omni autem morſificatione ſua vultum hilarè exhibebat. Nullo tempore ocio indulgere, ſed orationi, vel lectiõni, vel alicui, nunc in excolendis hortis, nunc in Fratrum obſequijs ſollicitum ſe tradebat. Fux & in oratione magnarum dono lachrymarum extortus: Ac diſſimam cellulam ex virgibus, arborumque ramuſculis, ſibi conſtruxerat, vbi ſtramino compactam:

vbi multas expertus conſolationes diuinas, Deiparam ſibi apparuiſſe ſecrètè conſeſus eſt, ad quam & matrem eius S. Annam ( illius contemplatione ) præcipua deuotione ſeruebat. Miſſam quotidie cum lachrymis ac deuotione ſingulari celebrare ſolitus erat: quam ſibi verè acceptam Dominus ſignis euidentiſſimis oſtendit. Dùm enim ſemel, eo celebrante lumen deſſet ceterum, vt mori eſt, accendendum; ignis cœlèſtis miſſus inſlamenauit. Sæpè etiam columba candida ſuper caput eius, tempore celebrationis Miſſæ, viſa eſt: quam quidam iuuenis Frater Petrus nomine, ſæpius conſpexit: & prima vice, neſciens quid ſignificaret, conabatur eam à Beato Patre propulſare: qua de re turbatus, coactus eſt fratri dicere, vt illam ſinceret. Reſpoſum accepit ab Angelo ( qui ipſi Fratri Petro apparuit ) peccata priora eſſe deleta: deque antea commiſſis non timeret, ſed in bonis incubatis fidelis eſſet viſque ad mortem, & vitæ coronam reciperet.

Quamuis autem non eſſet officio prædicator, Chriſtum tamen inter homines, diuinis laudibus, ſacris exhortationibus prauis, ſeucriſ peccatorum increpationibus concionatur. Ipſe Capitulo Fratrum apud Ato-latem interſuit: quando D. Franciſcus, licet corporaliter in alia regione conſiſtens: in modum crucis extenſus apparuit, B. Antonio Paduano, Fratribus congregatis, ſermone faciente de Titulo Crucis, & Paſſionis Chriſti, an. 1224. Beato Chriſtophoro, ſuit etiam etiam ſenſu ſancti Franciſci relatus: vidit enim in Tomis, in Gallia poſitus, ſe quaſi pulſantem oſtium cellæ, in qua Seraphicus Pater iacebat inſirmus. Qui inſertus, oſculatus eius manu, accipiebat ab illo benediſtione: mandans vt ad patriam ſuam rediret: quia iam vitæ curſum perfeceat: ſignans tranſitum ſuum ad ſuperiorem patriam. Reuerſus ad Italiam, adhuc viuens, multis eſt fulſit miraculis, & beneficia grauet inſirmis conſulit ſanctatis. Spiritu propheticò pleoens, quamplura prædixit futura. Tandem io Galliam rediens, cepit inſirmari ad mortem: qua Deus, poſt tot laborum meritorumque cumulum, & pœnia æterna illi largiretur, itaque congregatis ad eum Fratribus, in Vigilia Omnium Sanctorum, & loquens  
ipſis



ipſis de Regno Dei, moribusque eos informans, dulci alloquio: eſdem benedixiſſet illis, ſpiritus ſuum Domino commendans, migravit in cælum: ſicque corpus ſuum honeſtè compoſuit in lecto reliquit, vt magis dormiens, quam moriens videretur. In cuius transitu, quædam deuotæ perſonæ, Angelorum concentum animam illam comitantium audiſſe teſtatur. Quibus autem Caſturo, in Aquitania, hora 6. ſerotina, Vigiliæ Omnium Sanctorum, an. 1272. vbi tantus populorum cocœctus factus eſt, vt facrum eius corpus ſepeliri non potuerit, niſi tertia die ab eius ſœliciter tranſitu: quem poſtea multis illuſtrem miraculis, pia fidelium fides ac deuotio ſanctum vbiq; inuocat ac proclamatur.

- §. 7. Eius præcipua acta & miracula commendant, S. Antonius 3. part. hiſtor. titul. 24. capite 24. parag. t. & 13. Marcus Vlyſſiponenſ. t. part. Chron. Minot. lib. 2. capite 71. & lib. 6. à cap. 48. vſque 55. Bernardus de Beſſa Aquitanus in vita eius. Gonzaga 1. part. ſup. in prouinc. Tutoriz. Boſius de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 13. capite 9. Toſſianus libro primo hiſtor. Seraphic. in eo. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1216. parag. 2. 1219. parag. 52. 1220. parag. 69. & tom. 2. an. 1272. parag. 11. 12. &c. Item in Additionibus ad tom. 2. ſub annum 1255. parag. 5. Mariani lib. 5. capite 1. plenus autem dierum deceſſiſt in vita, anno Chriſti 1272. ab eo verò tempore, quo Religionem Seraphicam ingreſſus, Domino le oſciparar, ann. 55. vnde hallucinatur ſanctus Antonius, dùm vult huius B. Chriſtophori ſecularem atquiſſe: *Vidimus eum (inquit) penè centarium ſuum.* Alioquin moriens ipſe ann. 1459. etatem 100. annorum expleſſet. Brouſus tom. 13. Annal. Eccleſ. ad annum 1272. parag. 19. Guillelmus à Grace, in ſerie Episcoporum. Cadurcenſ. ſub Guillelmo 4. Episcop. parag. 90. Salluſtius tom. 1. Martyrolog. Gallican. in Supplemento die præcedenti.

- §. 6. *Beatus Thoma à Scarlino, Confeſſaris.* d] Hic à Florentia, à Linario oppide, ſue etiam de Scarlino dictus eſt: laicus quidem profeſſione, ſed ingenio præſtans & ſagacitate, Religionem Seraphicam profeſſus eſt apud Conuentum ſancti Franciſci Feſulærum, propè Florentiam. Cùm autem B. Ioannes à Stronensis, in toto ſerè Regno Neapolitano Obſeruantiam Regularem promoueret: accepiſi ſibi in ſocium hunc B. Thomam, quem & dereliqui in Conuentu ſancti Ioannis de Rupe Montisplani, in Aprutio. Poſtè ipſe B. Ioannes tranſiens ex Aprutio in Apuliam, ſeu prouinciam ſancti Angeli, Vicarium ſuum in ea inſtituit præſatum B. Thomam: vnde haud mirum eſt, ſi huiuſce prouincie zelus primordialis, paupertas atque ſanctitas tanta fuerit. Is enim eius fratres, hominum frequentiam fugere, ſtrictiſſimamque paupertatem cuius humilitate conſtantiam colere docuit: ſummam abſtinentiam cum oratione coniungit, & cæc. Caſtus mirè excollebat ab eo: vigiliis, ieiunijs, diſciplinis, ciclio, aliſque penitentibus operibus iugiter vacabat.

- §. 7. Cùm igitur, in præſatis prouincijs ſancti Angeli, atque Calabriae, Prouincialem Vicarium egilet: Summiſſe poſtmodum auctoritate, cuius vices gerebat, ſultus, quòſdam, Fraterculos, ſue Fratruſculos paſſim nuncupatos, anno milleſimo quadringentiſimo vigefimo: ex quodam loco, ad tertium miliare, à pago Scarlino diſtante, populiffet: eum

ſibi, ſuiſque Fratribus, ſeruata tamen paupertaria norma, ex eadem Apoſtolica auctoritate, in habitaculoem adaptauit. Idem fecit in pluribus alijs locis: propter quod ab ipſis Fratricellis, plurimas, eaſque grauiffimas perpeſſus eſt perſecutiones. Anno milleſimo quadringentiſimo trigefimo nono, B. Albertus à Sartiano, huſce Ordinis alumnus, ab Eugenio IV. Pap. ablegatus fuit Commiſſarius Apoſtolicus in Orientem: Beatus verò Thomas miſſus eſt vni cum tribus ſocijs ab eodem Summo Pontifice, ad Preſbo. Ioannem, Æthiopiæ Imperatorem, pro grauiffimis, vigentiſque rebus agendis: veſtium à Maaris in via interceptus, & in vincula coniectus; Mirum! quanta pro Chriſto tunc pertulerit tormenta: de quibus tandem liber dimiſſus, in Italiam reuertitur, & in Conuentu Raſiſio infirmatus ad mortem, in ſibi ſpiritus Deo reddiſt, anno milleſimo quadringentiſimo quadragefimo ſepimo. Multis miraculis inſignitus, non ſolum in vita, & poſt obitum, ad eius ſepulchrum, ſed & ad contactum habitus, ſeu Tunice, & cæc. vbi-cumque reperitur. Scribunt de eo Marcus Vlyſſiponenſ. 3. part. ſup. libro primo, capite ſeptimo, vigefimo octauo, trigefimo tertio, & trigefimo quarto. Item libro ſecundo, capite vigefimo octauo, vigefimo nono, & trigefimo. Item libro tertio, capite quadragefimo ſecundo, & libro ſepimo, capite quadragefimo primo. Gonzaga part. 2. ſup. in Conuenta 16. prouinc. Romanæ. Item in Conuenta 1. 11. 12. & 29. prouinc. Tuſciæ. Item in Conuentu 5. prouinc. Bernardini: & in prouinc. ſancti Angeli, Brouſius tomo decimo ſexto, ad annum milleſimum quadringentiſimum quadragefimum quartum, paragraph. 93. Vvadinghus ſup. tomo ſecundo, anno milleſimo ducentefimo octogefimo nono, paragrapho quadragefimo quinto. Item tomo primo, ad annum milleſimum ducentefimum decimum ſeptimum, parag. vigefimo, & tom. 4. ad annum milleſimum nonagefimum nonum, parag. 69. Petrus Martinus, Leoniffianus, ſcripfit de eo, ſubſedit.

*Valere quiſquis amat ſancti & pia facta  
vtrorum,*

*Hoc oculis, animo, mente, reuoluat opus.*

*Mirificum eſt opus, & totum memoranda per  
Orbem*

*Linarij Diui congerit alla Thoma.*

Toſſianus libro primo, hiſtor. Seraphic. qui diuerſum ponit eum à B. Thoma Florentino, vt te vera eſt, de quo ſup. 6. Februario.

*Beatus Ioannes Picti, Confeſſaris.* c] Læicus erat, §. 8. prouincie Arragonie alumnus, de cuius ſanctitate proceſſus ſunt in partibus coram Ordinarijs: Agit de eo Rapinæus, in hiſtor. General. Origin. Recollektor. Introdution. parte prima, paragraph. quarto: ex libello Neapoli impreſſo, apud Typographum Ioannis Domini Roncalbio, anno milleſimo ſeacenteſimo vigefimo ſexto.

§. 9. *Beatus Bartholomaei, Confessoris.* f] Ex Andalusia, in Hispania Tatraconensi, oriundus fuit. Qui ab ingressu Religionis, admirabili pace conscientiae, animi quietudine, & cordis mansuetudine, corpus gaudere: siue subdatus, siue Praelatus extiterit, nunquam alteri offensionem praeiuit, sed mitis in omnes, cunctos æquanimiter fratres charitatis complectebatur brachis: maximè autem valetudinarios & ægros, quos singulari, feruentique opera, iuuabat. Abfluentia fuit extimæ, omnia ieiunia in pane & aqua

persequebat, feruentissimus ad orationem stabat. Maximè autè Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, sanctissimamque Deiparam singulari prosequatur deuotione: cuius precibus, cælis obtinuit, Sabbatho, die immaculatæ Virginis consecrato, è viuis excedere, apud Conuentum Villæ Castinæ. Florebatur circa annum 1600. Ita Ioannes à sancta Maria, part. 2. Chronic. prouincie S. Iosephi, lib. 4. cap. 34.





# NOVEMBER

Kalendis Nouembris.



Poleti, Beati <sup>a</sup> Simonis à Collazono, Confessoris: qui generis nobilitate, eruditione, ac vitæ perfectione clarus: Prouincialatus officio, in Prouincijs Marchiæ, & sancti Francisci maxima cum prudentia, humilitateque functus est: ac demum miraculis fulgens, migravit in cælum. Apud Burgum sancti Sepulchri, in Vmbria, Beati <sup>b</sup> Raynerij, Confessoris: miræ devotionis viri, qui & mortuos suscitauit, & plures infirmos curauit. Laudæ, Beati <sup>c</sup> Antonij, Confessoris: Regularis Observantiæ feruentissimi, cuius anima ab Angelis, cum iubilo, in paraditum deportata est. Rhegij in Calabria, Beati <sup>d</sup> Ioannis-Baptistæ Candeliz, Confessoris. Romæ, Beati <sup>e</sup> Nuntiz, Viduz, Tertiariæ: quæ sanctis operibus, & pijs exercitijs, mirum in modum enicit.

NOVEMBRIS PRIMA DIES.



*Esti Simonis à Collazono, Confessoris. a.]*

Nobili genere natus, puer, sub Seraphico Patre sancto Francisco, an. 1210. Ordinem intrauit: cumque vitæ perfectione & eruditione fulgeret, Minister provincialis Marchiæ, deinde prouinc. S. Francisci delectus est. Qui maxima prudentia, & humilitate, ea quæ ad præfatam officium spectabant, exercebat: & ad vitam Religiosam, matrem primò traxit, deinde sorores, nepotes, aliasque formas nobilissimas. At quàm Deo hic acceptissimus fuerit: miracula, quæ per eum, post illius mortem edita sunt, apertè declarant: quorum plurima Summi Pontificis iussa authenticè descripta per Episcopum Spoletanum fuerit, & confirmata. Obijt ac sepultus est Spoleti, in Conuenta sancti Simonis Apollini Fratrum Minor. ad cuius discessionem ipse nuncupatur S. Simonetius. Eius sacrum corpus reconditur intra sepulchrum marmoreum exquisitè fabricatum: in cuius gyro, plura illius sunt exarata miracula. Obijt an. 1240. Egregia eius facta ac miracula scribunt Marcus Vlyssiponens. part. 1. Chronic. Minor. libro primo, capite 5. & 10. B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformit. fruct. 1. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. prouinc. sancti Francisci, Gandit. illustr. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Gonzaga part. 1. Origina. Seraphic. Relig. vbi

de BB. viris huiusque Ordinis. Tossinianus libro primo; histor. Seraphic. Pœquetus in Catalog. viros. illustr. Franciscan. Algerita in Arboce Epilogica totius Ordinis. Seraphic. Wadinghus tom. 1. Annual Minor. ad annum 1210. parag. 44. 1221. parag. 6. 1222. parag. 24. 1235. parag. 35. 1239. parag. 4. 1240. parag. 6. & 7. item tomo secundo, ad annum 1252. paragraphe 17. quo anno Innocentius IV. literas dedit, vtret veritas inquireretur tantorum miraculorum, quæ ad eius sepulchrum & invocationem fieri dicebantur, incipiant, *Ex parte dilectum*, sub Datum Perusij 3. Calend. Maij. Pontif. an. 9. qua de re vide ipsum Wadinghum ibid. an. 1240. et Mariano libro primo, capite 6. parag. 10. & Bernardo à Bessa.

*Beati Raynerij, Confessoris. b.]* Socius erudit. B. Benedicthi de Episcopi: miræ deuotionis vir, professione quidem Laicus, sed quamplurimis signis clarus: suis enim precibus infirmos curauit, mortuosque resuscitauit: vt patet instrumento publico exinde confecto. Obijt an. 1304. eiusque sacrum corpus iscet apud Burgum S. Sepulchri, prouinciæ sancti Francisci, in Ecclesia Patrum Comuentualium, sub mœnici altari, vbi magna veneratione colitur. Agunt de eo B. Bartholomæus Pisanus sup. in prouinc. sancti Francisci. Codex M. S. ibid. Marcus Vlyssiponens. sup. lib. 6. cap. 26. parag. 4. Gonzaga sup. Tossinianus sup. & Wadinghus sup. tom. 2. an. 1238. parag. 11. & tom. 3.

an. 1504. Algezira in Arbore Epologica totius Ord. Franciscan. Picquetus sup.

3. *Beati Antonij à Landi, Confessoris. c.]* Laicus professus, tanta existit sanctitate præditus, ut hora felicis illius transiit, Fratres audierunt Angelos canentes, & cum iubilo animam eius ad paradisi gaudia deducentes. Primus illorum Patrum fuit, qui statum Observantiz ad amissionem servauerunt. Iacet apud sanctum Iohannem extra Laudensem urbem, in provincia Mediolanensi, ubi plura à Deo consecuti sunt beneficia, qui huius sancti patrocinia ex animo implorant. Memoratur à Marco Vlyssiponsi. part. 3. sup. libro septimo, capite 64. sub annum 1500. & à Gonzaga part. 2. sup. in Contentu Nouariensi. qui est 4. prouinc. Mediolanensi, in cuius Ecclesia corpus illius nunc asseratur: fortè illic translatum, cum præfatus Conuentus sancti Iohannis solo æquatur.

4. *Beati Iohannis, Confessoris. d.]* Hic patria Rheginus, in Calabria natus, professione laicus erat: qui an. 1532. cum B. Ludouico Rheginus, ac reliquis ex Observantium familia, ad Capucinos migravit. Fuit Regulæ Observantissimus, vita austerus, charitate feruens: tamque in oratione assidus, ut vix unquam, eum suo muneri satisfecisset, ab Ecclesia discederet. Obitum suum, Deo reuelante, longè ante præfatus: & septuagenarius ad celeste præmium euoluit, an. 1555. iuxta Bouerium tom. 1. Annal. Capucinor. eodem anno, parag. 13. ex M. S. prouinc. Rheginens.

*Beata Nuntia, Vidua, Tertiar. c.]* Neapolitana erat natione, nupsitque viro siculo, qui eam in Siciliam secum duxit: sed eo paulò post, morte interueniente, orbara decessit apud se, totum tempus viduitatis suæ in pijs operibus: & ex animo, Deo libenter copiosiusque inferens. Quamobrem sæculi vanitatibus renuntians, Tertij Ordinis Franciscani habitum sumpsit: exinde peregrinationem Lauretanam amplectens: postea Romam pergens, sancti iuiba cepit insere loca, cunctaque sacra perlustrare. Verùm, moram illic faciens, habitaculum sibi delegit prope Ecclesiam sancti Petri in Vaticano, non longè à *Campo sancto*, ut facilius commoditas pietati suæ adesset. Nam orationi continuò instabat, in Ecclesia iugiter stabat: Sacramenta sepius frquentabat: abstinentia, ieiunijs, disciplinis, cilicio, silentio, aliisque corporis mortificationibus, emicabat: quare in magno honore habita est à quamplurimis vijs pietate, & scientia præditis. Visitata est à B. Angelo de Pax, qui diem mortis illi prædixit: sicque pazmania Sacramentis obijt, anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto: cuius corpus conditum est apud sanctum Petrum, in Capella Desparx Virginis, à *Febribus*: vbi ingenti populi veneratione colitur. Illius memore Barezzi 4. part. Chronic. Minor. libro decimo, capite quinquagesimo quinto, ex Chronica Bonifacij Bonibelli. Maranus libro sexto, capite 39. Chronic. strictior. Observant. Reformat.

#### QVARTO IDVS NOVEMBRIS.

**I**N Prussia, Beatorum <sup>a</sup> Martyrum Conradi & Voislai: qui pro fidei prædicatione capite truncati sunt. Gretij in valle Reatina, Beati <sup>b</sup> Iohannis Confessoris, Tertiarj Seraphici Patris sancti Francisci amantissimi: vitæ sanctitate conspicui. Foroliuij, in Romandiola, Beati <sup>c</sup> Iacobi Vagarelli, Confessoris: qui eruditione & prædicatione excellentissimus, virtutum etiam omnium specimen euasit. Theate Marucinatorum, Beati <sup>d</sup> Marci Theatini, Confessoris: qui litteris & virtutibus exornatus, Prouinciale munus præclare obiuit, & sancto sine quieuit. Argentonij, in territorio Sagiensi, Beate <sup>e</sup> Margaritz à Lotharingia, viduæ: quæ illustrissimo genere orta, humilitate, pietate, atque sanctis operibus copiosè eluxit.

#### NOVEMBRIS II.

5. *Beatus Conradi & Voislai, Martyr. a.]* Horum mentionem egerunt B. Bartholomæus Pisanus libro 1. Consermat. fruct. 8. part. 2. vbi de Patrib. Minor. prouinc. Saxoniz sanctitas illustr. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Parisiens. ibid. Gonzaga part. 1. Origin. Seraphic. Relig. in BB. vicijs huiusce Ordinis. Item part. 3. in prouinc. Saxoniz S. Crucis. Bosius tom. 1. de Signis Eccles. capite 3. libro 7. sæcul. 13. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. capite 72. Marcus Vlyssiponsi. part. 2. Chronic. Minor. lib. 5. capite 15. sub annum Christi 1189. qui & vocat eos BB. *Conradum & Voislai*: sed error est, vno librorum (Voislai enim nuncupatur: & vbi alius *Conradus*, non *Conradus*: sicut apud præfatum

Pisanum mendosè legitur) nam postea lib. 9. capite vigesimo nono, paragraph. 4. ad annum millesimum trecentiesimum seagesimum nonum, ab eo nominantur *Conradus & Voislai*: seu *Conradus & Voissellus*, vt Wadingho placet tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1284. parag. secundo, vel *Voissellus*, tom. 1. ad annum millesimum ducentiesimum quadragiesimum nonum, parag. 9.

*Beati Iohannis, Confessoris. b.]* Ipse est, qui interfuit solemnitati natalis Christi, quem D. Franciscus, ex licentia Summi Pontificis, ita celebriter peregrit apud Gretium, in Valle Reatina: vbi: circa annum Domini millesimum ducentiesimum vigesimum tertium: cuius meminit D. Antonius 3. part. histor. Titul. 24. capite

capite secundo, paragraph. 6. loquens de Seraphico Patre S. Francisko. Ipse autem vir sanctus et practicus quae circa Christum gesta sunt assidue meditacione tenelens, de Dominica Nativitatis infantie: hominem nascens in Bethlem, Salvatoris infantiam paupertatem, similitudine qua poterat, repraesentare desideravit: ad castellum de Grevis quendam virum Religiosum, et notabilem nomine Iohannem transmisit: qui ad hoc locum et asinum cum praesepe, circumfuso gaudia sibi preparavit. Preparatis itaque praesepe senum importavit: ad alibi huius et asinus ad praesepe collocatur: et sic gaudia regulae celebres inquam Enates laudes dei debitas exultabant sed et sancti qui aderant, non latius a cantibus applaudebant. Stabat autem curam praesepe B. Franciscus presens. Tandem super ipsum praesepe sacra celebrantur solemnitas Missarum: et ipse sanctus Dei Lenia, solemnibus arumentis indutus, Euangelium vixit sanctorum pronuntiat: ac deinde populo, de nato in Bethlem Rege pauperi melliflora praedicat, et est. Hae desumptae ex D. Bonaventura capite 10. vita sancti Francisci, paragraph. 9. qui hunc vocat Iohannem de Grevis: Vvadinghus verb. tom. 1. sup. ad annum 1117. parag. 14. Iohannem Vestram, fortassis, eques Melitenis erat: nam eques vbi.que appellatur, Terrij Ordinis Minorum alumnus: cuius sepulchrum adhuc cernitur ibid. iuxta Altare paxepij.

5. 3. *Beatus Iacobus Vagarelli, Confessoris.* e ] Patavinus erat S. Theologiae et Iuris Canonici peritus: scriptis Additiones in Summam Angelicam: optimis virtutibus, atque vitae sanctitate fuit insignis. Memoratur à Barezio 4. part. Chronico. Minor. lib. 1. capite 27. qui sic diem obiisse ann. 1507. sed corrigendus est, ut patet ex Gonzaga part. 1. Origio. Seraph. Relig. in Conventu sancti Hieronymi Fanolij, qui est 6. provinc. Bonens. *Dextera eius facilli inquit quod in datus laei Ecclesia immacolata Conceptionis B. Virginis Mariae sacramentum est, B. Patris Iacobi Vagarelli, patria Paduana, qui doctissimus pariter et excellentissimus praedicator existit: quoque Angelicam summam suis Additionibus collustravit, sepulchrum sequenti Epitaphio exornatum, adiacet.*

*Hic iacet corpus Beati Iacobi Vagarelli de Padua, Ordinis Minorum Regularum Observantis. Obijt M. D. XVII.*

Illius item meminit part. 1. in BB. vixit huiusae Ordinis. Vtilioris Athonarum Orthodoxo. Franciscan. littera 1. ab eo *Vagarelli*, vocatus: sicut et ab ipso Gonzaga sup. in Conventu sancti Bernardini Ortatorum, qui est 23. provinc. Romane: et à Barezio capite quinquagesimo tertio, sup. Picquero in Catalog. vitor. illustr. Franciscan. Tollinang lib. 2. provinc. Romanorum.

*Beatus Marcus, Confessoris.* d ] Peravit provinciae sancti Bernardini, in qua sanctissime decessit à vixit anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo, sepultus in Theca ligata, ad gradus maioris Altaris Conventus Theatis (qui est 4. provinciae provinciae) vbi corpus eius post annos quindecim, reperiunt est integrum abique vlla corruptione. Teste Daqacapue vigesimo tertio, sup. ex M. S. provinciae praedictae.

*Beata Margaritè à Lubaringia.* e ] Vxor fuit Renati Alencouentium Ducis, atque Pericensis Comitis, quae pietatis operibus admodum dedita: quinque Monasteriorum, videlicet, Mauritaniae, apud Vnellos, Argentonij, Alenconij, Castu-Villanij, atque Castri Gontherij, Fundatae extitit deuotissima. Orbata autem marito, anno millesimo quingentesimo oonagesimo secundo, Religiosa sanctae Clarae efficitur: quo in statu vitam virtutibus plenam ducent: sanctissime obiit anno millesimo quingentesimo vigesimo primo: cuius corpus conditum est in sacello matris, praesentis Monasterij Argentonij, iuxta locum pronuntiandi Epistolae deputatum. Eius vitam descriptit Yuo Magistri et Hilarion à Coilla, libro tertio, illustr. Catholic. pag. 778. Agunt de ea Claudius Paradisus in Fœderation. Renatus Chopinos libro secundo, Monastic. Titul. 1. paragrapho vigesimo sexto. San-Marthani, libro 9. illustr. Genealog. Franc. Gonzaga tertia parte, sup. in Monasterio 4. 5. et 6. provinc. Francie Parisiensis.



## TERTIO IDVS NOVEMBRIS.

**A** Pud Marpurgum Germaniz oppidum, Beati <sup>a</sup> Conradi Marpurgensis, Confessoris: admirandis virtutibus exornati, qui & Teutoniz functus est Prouincialatu, & sanctæ Elisabethæ Hungaræ, Viduæ, Confessarius: Directorque spiritualis extitit. Rilonij, in prouincia Colonienfi, Beati <sup>b</sup> Elekti, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Florentiz, Beati <sup>c</sup> Humilis, Confessoris: qui diuina reuelatione ad Ordinem Seraphicum vocatus, virtutibus & miraculis coruscavit. Magdeburgi, in Germania, Beati <sup>d</sup> Simonis Anglici, Confessoris: qui doctrina & sanctitate venerandus, primus per Teutoniam Lector factæ Theologiæ extitit, & tertius eam rexit Prouinciam. In Dacia, Beati <sup>e</sup> Ioannis à Gatorfodio, Confessoris: mansuetudine atque pacifica bonitate præclari. Mondragonij in Campania, Beati <sup>f</sup> Pauli Siculi, Confessoris. In India Orientali, Beati <sup>g</sup> Antonij Laurerij, Confessoris: qui pro Euangelij propagatione, vastissimas Indiarum regiones perlustravit, & innumerabiles infidelium turmas Christo Iesu peperit. Alchonchelij, in finibus Castellæ & Lusitaniz, Beati <sup>h</sup> Didaci Millani, Confessoris: qui sæpè Guardianatus officio functus, orationis, penitentizque exercitiis claruit, & crebris miraculis refulsit.

## NOVEMBRIS III.

1. **B** *Emi Conradi Marpurgensi, Confessoris.* a] Magister, Paterque spiritualis extitit S. Elisabeth, à quo & ipsa habitum Tertij Ordinis Minor. accepit, dum Guardianatus officio fungeretur in Germania: vbi vitam sanctitate, doctrina ac consilio multus profuit: zelum, perfectioremque suæ virtutis, miraculis ostendens. Qui postea Germaniz Prouincialis Minister euasit, teste B. Thoma Castiprano, lib. 2. Apum, cap. 1. numer. 18. Item, *vidi Fratrem Conradum Ordinis Minor. qui Minister Teutoniz, mira gratis predictis fuit, et sanctorum seruentissimus venerat, in multis euasit.* De eo agunt Maruani lib. 2. cap. 17. Marcus Vlyssipontenf. 1. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 14. & 2. part. lib. 1. cap. 1. Wadinghus sup. tom. 2. Annal. ad an. 1237. parag. 7.

2. **Alus est** B. Conrado Marpurgens, Presbytero seculari, quem ob egregias animi virtutes, in Magistrum spiritualem sub quoquo ascieuerat, ipsa sancta Elisabeth, cuius meminerunt multi: dumque Inquisitionem hæreticorum per Germaniam ageret, ab ipsius in via trucidatus est, an. 1233. 3. Calend. August. Vide, post alios, Vvadinghum copiosè de eo scribentem, tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1226. parag. 4. & ad annum 1233. parag. 34. & alibi. Dissert. etiam nolet B. Conradus ab illo, Ordinis Prædicatorum: quem commemorat idem Castipranus sup. numer. 22. miraculis clarum: qui postea occisus est, in publico foro, dum frequenti populo, apud Teutoniam, concionaretur, an. 1218. Ita Trithemius in Chronico Hirsaugiens. ad annum 1214. & 1233. Albertus Leander, de viris illust. Ord. Præd. & ex eo Antonus Senenf. in Chron. Præd. Ferdinandus Castello libro primo, capite 12. & 13. Wadinghus sup. ad annum 1226. Bzouius in Annal. ad annum 1228.

3. **Beati Elekti, Confessoris.** b] Hic est, cuius animam vidit pius quidam Frater, in equo nimio decore fulgen-

te, à duobus Angelis, in cælum deduci. Illius meminerunt B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. prouinc. Colonienf. sanctæ illust. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Patif. ibid. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. vbi de BB. viris huiusce Ordinis, Toffianus lib. 1. & 2. Seraph. histor. Quare errore labitur Marcus Vlyssipontenf. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 10. sub annum 1245. dum ex duobus BB. Elekti, qui Rilonij, in prouinc. Colonienfi obiere, vnum tantummodo facit, seu quod vni debetur, alteri tribuit. De alio B. Electo egimus 2. Aprilis. Vvadinghus tom. 1. sup. ad an. 1249. parag. 9.

*Beati Humilis, Confessoris.* c] Breuiter quidem, sed 4. Laconico more, comprehendit S. Antonius 3. part. histor. titul. 24. cap. 9. parag. 5. quæ de eo encomiasticè possent enarrari. In Florentia (inquit) decedens quidam, Frater Humilis dictus, è Persijs utiuidus: scriptis multis claris miraculis. Hic ex diuina reuelatione Ordinem intrinsecus: qui cum Christum sibi apparetum, & ingressum Ordinis precipientem interrogaret: quem vitam in Ordine teneret? Respondit ei Christus: tenet vitam communitatem, & fratris Fratres, & non indices alios de factis suis. Eadem confirmat B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformit. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. prouinciz Tusciæ sanctitate illust. Codex M. S. Abbat. san. Victor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssipontenf. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 4. 6. ex Chronicis antiquis. Toffianus lib. 1. sup. Gonzaga part. 1. sup. in BB. viris huiusce Ordinis. Pacquetus in Catalog. viror. illust. Minor. Marianus lib. 1. Chronic. fruct. Obseruat. Reform. cap. 7. Algeria in Athore Epilogica totius Ordinis. Franciscan. Wadinghus sup. tom. 1. ad an. 1209. parag. 35. & 1211. parag. 6. & 7. Item tom. 4. ad an. 1399. parag. 42.

*B. Simonis, Confess.* d] Vir fuit virque sanctissimus ac doctissimus, primus Lector factæ Theologiæ prouin-

5. 7.

provincia Saxoniz, ac per Teutoniam: cuius corpus quietis in Conventu Magdeburgensi, seu Mandeburgensi. Agunt de eo Pisanus sup. in provincia Saxoniz. Gonzaga part. 1. sup. & part. 3. in prefata provincia. Piquetius & Wadinghus sup. tom. 1. ad annum 1227. parag. 4. 1228. parag. 26. 1230. parag. 16. 1247. parag. 21. & 1249. parag. 9.

5-6. *B. legatus, Confess. c.* Mansuetissimus extitit, & virtus, mortem suam longè antè prædixit. Vide Pisanum lib. 1. sup. fruct. 8. part. 1. in provincia Daciz. Gonzagam part. 1. sup. & part. 2. in hac eadem provincia.

5-7. *B. Pauli, Confess. f.* Sui status ac professionis extitit amantissimus, & ingenti paupertate extortatus. Dum semel Missam celebraret, allatus est infantulus, mortuus in cunis inventus, qui sibi à dolente matre oblatas est: quem expleta Missa, facto crucis signo super eum, vivientem reddidit genitrici. Complura alia miracula, divina virtute operatus est. Obijt autem an. 1502. in Monasterio Montargoniensi (ubi Confessorius Monialis fuerat) apud Regnum Neapolitanum. Ita Vlasyponens. part. 1. sup. lib. 7. cap. 37.

5-8. *Beati Antonii, Confess. g.* Cognominatus legitur Antonius Laurentius, Laurentus, & Laurentus. Scandum autem in prius, quod ad 1500. milliana à civitate Goa, Scotora, seu Sohotora, maris Erythraei Insula, à Christianis Thomis, & Mauris, aliisque Infidelibus inhabitata, surge: ad quam Transitus Acuniz, Indiz Prorex, missus ab Emanuele Lusitaniz Roge, ingenti cum classe appulit, hostes devicit, Fartariz, & benigne portu eos expulit, & ipsorum obtinuit propugnaculum. Postea, ad eius Insulam Christianos, pacis legationem misit; promittens fe illis & milites & Religiosos Franciscanos relicturum: istos quidem, vt instruendos illis in fide Catholica: illos vero, vt in iure ab omni iniuria vindicandæ, incumbere, quod & præstitit. Nam munitiones firmatas, Manrocorum Templum, in eius mediculo erectum, optimè prius expiantur, Fratres vestros, S. Mariz de Victoria dicarunt, ibique plures ex illis Insularibus baptizant: teste Gonzaga sup. part. 4. in province. S. Thomæ, sub fin. quod & Massius lib. 3. histor. Indiz. ante med. ad annum 1509. confirmat, dicens, Itaque sano Arabum expiato, & in cultum Virginis Mariæ converso, Arcis custodia, cum idonea manu, Alphonsi Navarra, Lusitaniz, concessa est, vt verè Christiana præcipuis, eximia sanctitate, & Antonius Laurentus, Franciscanus, qui solentis virtutis, quæ in humanum morem, ac Religionem irrepserunt, intolsisse ad veteram pietatem erudendi, ali-

que anno planè Apostolice munere esset functus. Postea vero, eam Insulam deseruit (iuxta ipsum Gonzagam, & Massium lib. 4. sub annum 1508. circa medium) & è Scotora Insulam petens, ad Surattam eoz Carnabatæ, factò naufragio, cum aliquot Lusitanis ad Mamudium Regem captivus abduci B. Antonius: sed exinde, mira Dei providentia, liber dimissus, Cochinum, vna cum Comibus rediit: quos Albuquerque Indiz Prorex, ingenti gaudio, compexit atque excepit.

Rem notata dignam refert Massius ibid. lib. 3. §. 9. ante med. ad annum 1510. hinc verbis, Itaque magna sua cum animi voluptate, præter spem, incivitate reperit, eos, qui, vt supra dictum est, ab Scotora redientes, in Cambasum Insulam exierat, atque ad Cambaiam Regem, præcipuis abductis fuerant: vñ istudam Drum, vni maxime Antonio Laurentio, Franciscano, salutem de libertate debebat. Cum enim iam dies in eo sermo degeneret, atque ad eos extimandas accedere nemo: Laurentus, omnium confesso, delectus est, qui Goam, de redemptione, contuleret, ea lege, vt, si ubi transisset, intra certum diem, bona fide, rediret: atque eius ream suam quibus obsequium & pietatis ille sacrum circum reliquit, Regi restituit, professionis suavitatis atque ingenuitatis, hanc minimum sanctissimi a partem, horrido in illa sine consistere. Vt Goam pervenit, absente per id tempus proatre, ubi de cetero super tantæ re perit: ita infideli negotio, prostrato, vñ recuperat, in Cambaiam revertit. Quæ res, tanta admiratum Regem effecit, parparatoque, vt confestim, sine ulla pretio, quæ etiam ornatus lautissime Lusitanos benigne dimiserit. Neque in mediâ Laurentii virtutis & sanctitatis consecrata est; verum apud illas nationes, non parva cum utilitate regiam præbuit existimationem: & semper omnino Lusitanico peperit: sunt, quæm egregio documentata, non solum ad conscientiam fructum, & spiritus religionem, sed etiam ad spes & gloriam, constantia promissionum, & fide, ubi in rebus humanis esse præstantis. Hæc ille, in Evangelio disseminando idhuc laborabat B. Laurentus, ad Bazaium Cambaiæ urbem, circa an. 1511. ipso Massio teste l. 15. post med. Vide Daçam part. 4. Chron. Min. l. 1. c. 47.

8. *B. Didaci Milani, Confess. b.* Oportundus erat ex Villanous de Scapha fracta: vt ostensionis continue, austeritatis & patientiæ non vulgaris: cunctis spernimis, & insularis in pane & aqua, carnem suam edocubaret: hæc ad orationem rapiebatur in extasim: pius & benignus in omnes. Sanctissimè hæc die obiit, an. 1594. Alconchelij, cum esset illius loci Conventus (qui est 14. provinc. S. Gabrielis.) Guardianus, vbi multis miraculis floruit. Vide Daçam 4. part. Chron. Min. l. 4. cap. 23.

## PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

**M**ediolani, Sancti Caroli Borromæzi, Archiepiscopi & Cardinalis, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Protectoris: qui illustrissimo natus genere. gregem sibi commissum, mira Pastoralis sollicitudine rexit, & ob præclara ipsius miracula, à Paulo V. Pontifice maximo, in Sanctorum numerum est relatus. Arimini, Beati Ioannis Barroti, Confessoris: miraculis clari. Vallis in Istria, Beati Iuliani, Confessoris: vitæ sanctitate celebris. Pisis in Tuscia, Beati Bartholomæi Pisani, Confessoris, & Doctoris eximij: qui paupertate, oratione, & abstinencia spectabilis, gloria etiam miraculorum insigniter refulsit. In Monasterio Arcellæ, propè Patavium, Beate Helenæ Paduanæ, Virginis: quæ nobili genere nata, admirabilis patientiæ specimen dedit, ac dono curationum multipliciter eluxit.

3. **B**eati Caroli Barthelemi, Archiepiscopi. a] Fuisse 23. totius Religionis Seraphicæ Cardinalium Profectorem, scribit Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de Profecto. Ordini. Minor. ponit eum 16. Tolosianus ibid. lib. 2. histor. Seraph. Obiit an. 1584. die 3. Novembris, anno vero 1610. canonizatur à Paulo V. Papa: qui diem festi illius indixit 4. Novembris: quem ritum nostra provincia sancti Dionysij in Francia postea suscepit, ut constat ex statutis eiusdem provinc. à R. P. Carolo Ripano, in lucem editis an. 1629. cap. 1. art. 1. vitam eius descripserunt Augustinus Valerius Episcopus Cardinalis Veronenf. Carolus Bascapa, Episcopus Novantenf. Ioannes Franciscus, Vercellenf. Episcopus: Petrus Scuparius, Theologus: Carolus à Bascia: Petrus Guislinus, & ceteri. Franciscus Panigarola, Astens. Episcopus, duas Conciones de eo ad populum habuit, & multalij.
3. 2. **Beati Iohannis Barri, Confessoris.** b] *Barroterus, Barroterus*, seu *Barbales* cognominatur: necet Arimani marescalcis gloriosus. Memoratur à Pisano lib. 1. Confortuar. fruct. 8. & 11. part. 1. in Fratrib. Minor. provinc. Bononiens. sanctat. illustrib. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. viti huiusmodi Ordinis. Wadingho tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1292. parag. 14. & tom. 3. ad annum 1305. parag. 3. Algeriaz in Arbore Epilogica totius Ordinis. Franciscan. Piqueto in Catalog. viror. illustr. Minor. Tolosiano lib. 2. in Custodia Foroliviens.
3. 3. **Beati Iuliani, Confess.** c] *Huius dies festus solemniter ibidem colitur: pro vt attestantur Pisans sup. in provinc. Dalmatiz, & Vvadinghus tom. 3. ad an. 1305. parag. 4. & tom. 4. ad an. 1399. parag. 35.*
3. 4. **Beati Bartholomæi Pisanus, Confess.** d] *Orivandus erat ex Ripano, in Tuscia, filius Albij, iuvenis Religionem Seraphicam ingressus est, in qua piis virtutum exercitiis additus, sacrarum studio litterarum maxime incubuit: ita vt Magister factus, Theologium publicè docuerit Bononiz, Patavij, Pisis, Senis, atque Florentiz. Verbum Dei prædicavit in præcipuis Italiz vrbibus, ingens omnium applausus. Valde devotus semper extitit & altissime paupertatis zelantissimus. Vilium habitu scripius induebatur, nudis pedibus semper incedebat. Cibocum parsimonia delectabatur, sanctam orationem summè colebat, triginta, & eò amplius libris, suam Ecclesiz sanctæ Dei fidem restitam reliquit. Tandem, honorum operum plenus, & meritis acque annorum numero cumulatus, animam exhalavit in Conventu Pisano: cuius corpus sacrum reconditum est intra sepulchrum marmoreum, coram Altari B. Gerardii Panormitani (de quo 17. Decemb.) in Eccles. Fratrum Minor. De eo agunt Marcus Vlyssipponenf. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 8. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. vbi de Fratrib. Minor. Doctrina illustrib. Item part. 3. in provinc. Daciz. Villorus Athenarum Orthodox. Franciscan. littera B. Possuinus in Apparatu sacro.*
3. 5. Nunc elucidandum venit, id quod Plessius Mornæus, hæreticus, caullare est auctus de eo, in Mysterio iniquitatis: quod imponè edidit adversus Ecclesiam Catholicam, Apostolicam Romanam: impietatis & erroris illum redarguens, ex eo quòd librum Confortuarum Seraphici Patris sancti Francisci ad vitam Iesu Christi, Redemptionis nostræ, composuisset. Eodem viti laborasse volebat Mornæus Archiepiscopum Florentinum, sanctum videlicet Antonium, in eadem

conformitate D. Dominici, ad Iesum Christum describenda: sed obiectum huiusmodi occurrentes Renovendi. Nicolaus Cofferellus, Massilens. Episcopus, Ordini. Prædicat. Ammissus, tanta rationum strenuitate SS. Dominicum, atque Antoninum, vindicavit ab ea falsi suspitione, vt hæretico Plessio perpetua infamia remanserit: quod latius cernitur in libro ipsius Cofferelli, pro Reipositione ac confutatione præfati operis, *Mysterium Iniquitatis* intuliculi, pag. 869. & seq. sub Innocent. III. Papa.

Partes sui instituti egregiè totatus est Cofferellus adversus hæreticum, sed parùm æquus viti est in igne alieno: & vitam, que Ordinis Minorum erant, siluisset, seu petranisset intuliculi: nobisque Franciscanis reliquitis tuenda: pro vrbibus enim certamen inijssimus: quibus aucta iustitiz, veritatique scilicet, nullatenus defuit: sicut & nunc perspicuè videre licebit, quo in campum descendere cogimur. Tela viti hæretici nuper vidimus, cum confortitates sancti Francisci ad Christum Dominum oppugnare nitus est: perspicimus repulsum à Cofferello, ferientem illatam. Quo ad librum *Confortuarum sancti Francisci cum Christo Iesu: cum Ecclesia Romana insignem approbans: opus est viti particulari: qui nimis inconsiderateque zelo erga suum Patriarcham ductus. patri indicij band immeritè argui patet: dum cupiens in eius laudibus errantibus vituperandum delatari, verba trucidari, qua certè in præsum suum possunt duci. Patres autem huiusmodi Ordinis, qui id opus in suo Capitulo Generali approbaverunt, usquam sibi persuadebant, verba istius ita crudè fuit excubata: Or certam promissio, quod nullus illorum exinde erudetur. D. Franciscum Christum vel æqualem, aut superiorem esse, quamvis inter Beatos calentes prædicare affirmaret ab eis. Hæc ille pag. 870.*

Quantum ad præsum, fateor equidem librum Confortuarum D. Francisci ad Christum, haud fuisse ab Ecclesia Romana approbatum, vt strictè & pericidè intelligatur: non enim à Sede Apostolica ille liber propositus est tanquam Regula fidei nostræ: licet nil contra ipsam fidem contineret, sed hoc illi commune est cum cæteris omnibus, qui passim vsque nunc vbiquo circumferantur, approbati à Doctoribus Catholicis. Secundo, fuisse opus viti particularis, conc edimus: led viti Religiosissimi, atque doctissimi, sanctitæ viti, & gloria miraculorum illustris, qui impundè arguitur, ex eo quòd institutorem sui Ordinis, sanctum Franciscum, miris, sed veris laudibus, extulerit: nil enim de eo dixit, aut scripsit: quòd sanctus Antoninus (quem memini dicens ipse Cofferellus) non fuerit effatus de sancto Dominico, pro vt intuenti patet.

Ipse etenim B. Bartholomæus Pisanus, reddens rationem cur hunc librum in lucem ediderit, ita scribit in Prologo primo, post medium, versus fin. *Quod opus de Confortuarum viti Patris nostri Beati Francisci, ad vitam Domini Iesu, nostri Redemptoris, itasus appellandum: vbi per confortitates viti B. Francisci ad Christi vitam discurrenda, iuxta quod possibile est, mortalem hominem Christo Iesu conformari, usas seu conformem depræcet. Item in 1. & 2. Prologo, non solum vti vocat D. Francisc. sectatorem, imitatoreque Apostolorum in ea confortuarum ad Christum: sed & Prolog. 1. circa fin. addit, quòd propterea D. Franciscus, *Apud ipsum Regem Christum in gloria est sanctorum, id est, pro aliis sanctis, Virgine Beata, & Apostolis exceptis. Eodem repetitur lib. 3. Confortuar. fruct. 3. part. secunda, fol. 107.* *Quod**



Quid his verbis elarius? quid verius? ut proinde cunctis sit manifestum D. Franciscum, haud Christo coequali, vel superiorum esse: sed Deipara & Apostoli inferiorum esse etiam in caelis: ubi pro meritis datus locus retributionis & beatitudinis. Non igitur ita carpendus erat B. Bartholomaeus: si conformitatum liber viciis haereticis ita displiceret: quibus nec sacra fetipera, nec Patrum Orthodoxorum fides, aut Concilia Oecumenica arident. Consulendus, legendus quoque erat ipse B. Bartholomaeus à Cossicello, antequam virgo censura sic muldaretur. Vide sup. in nostro Prologo, parag. 7. & Augusti 31. paragrafo 6.

- §. 8. *Beata Helena Paduana. c.]* Maximis virtutibus hae ipsa fulgens, iacet Patrum plurimis miraculis exornata: cuius mentionem facit B. Bartholomaeus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 4. ubi de Oedone S. Clarae Virg. agit, his verbis: *Fuit etiam alia in isto Ordo sicut sancta Helena de Padua: qua fuit Monialis in Monasterio exteriori de Arcella, quod Monasterium B. Francisci adificavit: & in dicto Monasterio S. Antonius noster Des Spiritum reddidit. In dicto Monasterio fuit seror & Monialis praedicta: qua maximis florens virtutibus, à Domino, vixit aeternam per patientiam, fuit comprobata. Locum enim primatatus virtute corporis & lingua, tenuit per annos 16. qua gestu corporis, & signis,*

*maximam in talibus praebuit hilaritatem. Hinc Deus multa reuelavit, quae ipsa seroribus enarrauit, & caescripta Padua habentur: qua, dum essent in eodem loco, vidi. V. etiam riam petissim à Sororibus, quomodo illa sine lingua potuit reuelare? Respondunt Sorores, quod bacillus ab silentio abstruendum, non lingua, sed vultus loquebatur: & talibus vultibus & signis, omnia exprimebant, quae loqui volebat, & sic factus praedicta seror Beata. Hinc corpus estuendum seror inter regnum videntibus illas, cum tamen sit langum tempus, quod mortua est. Et quod manus est, ita suis reuoluit capiti & vultus, ac si videret: vnde tendunt serores praedicta, & pra deuotione largiuntur petentibus. Ipsa multis lacrimis & aliter mirabilis. Ipsa enim quendam nobilem Marchionem de Lupis, de Parma, Bononiam transfertur, in articulo mortis positum (missis vultu eius vixit pro eo) ad sanctum profectum reduxit, & plura alia miracula fecit. Eadem profectus referit Marcus Vlyssipontensis part. 1. Chronic. Minor. lib. 3. capite 41. Gonzaga part. 1. sup. ubi de B. B. Monialis Ordinis S. Clarae Virg. Tossinarius sup. in ca. Scardoneus lib. 2. histor. Pisanus, claus. 6. Portinarius lib. 9. felicitat. Paduan. cap. 19. Vvadinghus tom. 1. sop. an. 1242. parag. 4. 5. 6. 7. quo obiit. Salazar lib. 5. Chronic. ptouinc. Caltell. cap. 20. Brouas tom. 13. Annal. Eccles. ad annum 1230. parag. 20.*

## NONIS NOVEMBRIS.

**E**Cdfordiz in Turingia, Beati <sup>a</sup> Benedicti, Confessoris: sanctitate celebris. Mesuracæ, in Calabria, Beati <sup>b</sup> Francisci à Cropanio, Confessoris, Concionatoris eximij: qui multarum meritis virtutum exornatus, sancto sine quocumque in India Occidentali, Beati <sup>c</sup> Petri de Castello, Confessoris: qui zelo salutis animarum, Mexicum traiciens plurimos Indos conuertit ad Christum, & patientia, paupertate, humilitate, oratione queclarus, obdormiuit in Domino. Caprariz in territorio Segobienfi, Beati <sup>d</sup> Ioannis Leganezij, Confessoris: miraculis gloriosi. Grinonij in territorio Toletano, Beate <sup>e</sup> Franciscæ à sancta Anna, Abbatissæ, Virginis, ex Tercio Ordine Seraphici Patris D. Francisci: pietate, prudentia, humilitate, atque abstinentia insignis.

## NOVEMBRIS V.

- §. 1. *Beati Benedicti, Confessoris. a.]* Fuit hic B. Mariae Virginis deuotissimus atque studiosissimus: floruit circa annum 1265. Eius meminere B. Bartholomaeus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratrib. Minor. ptouinc. Saxoniz sanctis. illustr. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssipontens. part. 1. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 29. Gonzaga Orig. Seraphic. Relig. part. 1. in BB. viciis huiusce Ordinis. Item part. 3. in prouinc. Saxonie S. Crucis. Tossinarius lib. 1. histor. Seraph. in ca. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum millesimum ducentesimum quadragesimum nonum, paragraf. 9. Picquetus in Catalog. virot. illust. Franciscan.

- §. 2. *Beati Francisci à Cropanio, Confessoris. b.]* Claruit sub anno 1495. obitus Mesuracæ, apud Conuentum S. Marce de Gratia, qui est 5. prouinciae Calabriae: cuius sacrum corpus post odianimum ex-

humatum, repositum est omnino incorruptum, & ita recens, ac si modò fuisset sepulchrum: præterea, tantam ex se redolere, spiratque odoris similitudinem, vt vix suffert possit. Memoratur à Marco Vlyssipontens. part. 1. libro septimo, capite 29.

*Beati Petri de Castello, Confessoris. c.]* Minoriticum induit Religiosissimus hic Peter habitum in prouincia Conceptionis, atque ad sacros Ordines promouens: postquam se in omni virtutum genere, quam diligentissimè exercuisset, ad has regiones, non ex aliquo animi leuitate, sed ex ardenti charitate sub an. 1514. de Superiorum facultate se transfudit. Cùmque non abfque ingenti labore, tum Mexicum, tum Oremicum, quod sanè difficillimum est, idioma didicisset: tot, tantisque Infidelis ad fidem conuertit, vt vix eredit possit: ideoque sanè aduersa ferè semper valitudine, quam & patientissimè tulit. Nam licet oculoem vsum ad Tobæ instar amisisset,

& grauisissimis podagrae doloribus consuecitur: non secus ac aliter Iob in Itequilino, nunquam ea propter aliquid stultum contra Deum locutus est, immo potius nec temporis tantillum à diuinis laudibus cessauit, inquit: *Dominus intulit, Dominus ita uult: sit eius nomen benedictum in saecula.* Hi erant contenti huius tanti uiri sermones. Præterea, quoslibet sibi ab humilimodis afflictionibus seipsete concedebatur, nec otio rotapebat, nec refectioe imbecilli cotopascalo vacabat: sed vel facras Indorum confessiones excipiens, eos in fide confirmabat: vel aliquid de sacro Euangelio pro fugæstis proponebat, vel Fratres Indicum idioma, quatenus pauperculus illis aduamento esse posset, traditis quibusdam regulis, edocebat. Paupertatem etiam, obedientiam, castitatem, atque humilitatem, orationi fræt semper intentam, quam diligentissimè excoluit. Quibus denique uirtutibus elarus animam suo creatori reádidit, an. 1567. atque præcipui cuiusdam honoris causa, quod grauisissimus Deo ab hominibus habebatur, Tullæ, in Conuentu sancti Iosephi, ante maioris facelli gradus sepultus fuit. Hæc ex Gonzaga part. 4. sup. in præfato Consensu, qui est 15. prouinc. S. Euangelii in India. Barozzo 4. part. Chrome. Minor. lib. 5. cap. 7. Rapinæ in hist. General. Origin. Recollector. Decad. 7. part. 3. p. 228. 1. pag. 374. Mariano lib. 3. cap. 17. Chrome. illustrat. Obseruat. Reformat.

*Beati Iohannis, Confess. d.]* Laicus erat professione, uirtute & miraculis insignis. Sepulturam nactus est in Conuentu S. Antonij Capranæ, qui est 7. prouincie Castellæ, ut testatur, Salazar, lib. 2. Chronic. ipsius prouincie cap. 22.

*Beati Francisci à sancta Anna, Abbatiss. e.]* Hæc anno 1515. adducta est ex Monasterio Domine nostre de Planicie Almagrensi: ut huic cenobio Annuntiationis Deiparæ Virg. oppidi Grinonij Toletane Diocesis exordium daret, atque aduentans ad se uirgines bonis moribus, Regularibusque ritibus & ceremoniis imbueret. Iam in Monasterio sancti Ioannis de Penitentia Toletano Abbatissæ munus laudabiliter exercebat: egit quoque primam præsentis loci Abbatissam, cum notabili fructu spirituali animarum. Nam prudentia, charitate, magna pietate, summa humilitate, assabitate, modestia, abstinentia, Monasteria Obseruantia, ceteris suis uirgibus ita elucebat: ut moriendo, ingens sui desiderium apud omnes sortetur (quæ sunt Tertiaræ) reliquerit. Fœliciter enim uix suæ cunctis expleto, sanctissimè obdormiuit in Domino: sepulcrumque est apud præfatum Grinonij Monasterium, quod est 13. prouinc. Castellæ: Gonzaga ibidem, part. 3. sup. Barozzo. Item sup. lib. 1. capite 41. Salazar libro septimo, capite uigesimo secundo.

## OCTAVO IDVS NOVEMBRIS.

**I**N Insurbria, propè Mediolanum, Commemoratio a Plurimorum Beatorum Fratrum: qui, cum pestis sæuissimè grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, liberrimè mortem oppetiere: quos uel martyres religiosi piorum fides uenerari consueuit. Mediolani, Beati b Seraphini à Castillione, Confessoris: qui doctrina ac sanctis moribus præditus: uirginitatem perpetuè illæsam serauit, & miraculorum gratia illuxit, Ariolani in Corsica Insula, Beati e Petri à Brieta, Confessoris: mira abstinentia, oratione, ac paupertate conspicui. In Castella, Beati d Iohannis à Trinitate, Confessoris: magnæ sanctitatis uiri. Areali, in territorio Abulensi, Beatæ e Aldonxæ Lopetæ, uirginis, Tertiaræ, Monasterij sanctæ Mariæ de Iesu ibidem extructi, fundatricis, ac primæ Abbatissæ: quæ singulari prudentia, atque honestate pollens, sanctitate, & spiritu prophetico fuit illustris. In Hispania, Beatæ f Elisabeth ab Oforio, uirginis.

## NOVEMBRIS VI.

§. 1. **C**ommemoratio Beatorum Fratrum. 2] Hæc eadem celebrantur apud Eusebium lib. 7. hist. Eccl. capite 16. & 17. ex Epistola sancti Dionysij Episcopi Alexandrini: de illis Presbyteris ac Clericis, qui tempore ualentiæ Imperat. Alexandriæ inseruiebant peccatis: quorum meminit Martyrologium Romanum, 18. Februarij, & Baronius ibidem, in Annotation. & tom. 1. Annal. sub annum 1265. par. 2. 15. Quamquam uerò ad nostros BB. Patres, erant numero uirgini, qui sanctissimè obierunt, anno primo Guædianus B. Ladislaw ab Hungaria: Tostimanus lib. 1. hist. Seraph. quod Marcus Vlyssipponens. 3. part. Chrome. Minor. lib. 2. cap. 25. refert ad annum 1445. Annus autem eorum uix fuit ab eodem B. Ladis-

law, & Beato Francisco Papatiss, in caelum ascendente, facta gloriæ gestantes in capibus suis.

Qua in re aduertendum est, semel & iterum hanc uisionem fuisse ostensam ipsi B. Francisco Papatiss: primò, quando Verona Mediolanum uenit, ut posse laborantibus instrueret, post præfatorum Beatorum Patrum obitum: quorum uisum erat laicos, quem conspexit singulari gloria fulgentem. Secundo, quando ipsi dubitanti de statu præfati B. Patris Ladislaw, eadem uisio rursus apparuit: inter quos primarium locum tenebat ipse B. Ladislaw: maxima præ alius gloria extortus: cum ratione dignitatis, qua erat sacerdos: tum ratione excellentiis martir. Hæc

Hæc ex Marco Vlyſſiponenſi ſup. & lib. 3. capi-  
te 47.

- §. 3. *Beati Scraphini à Caſtillione, Confefſ. b*] Clarit̃s cic-  
ca an. 1460. ſingulari doctrina, ac mira, equiſiſſi-  
que ſuis concionibus, ſed magis Angelica vita: nam  
& virginitatem perpetuè coluit illibatam, & multa  
per eum Deus operatus eſt miracula: quapropter natu-  
re debitor ſoluens, maximo populi concuſſo, Me-  
diolani honorificentiffimè ſepulchus eſt intra Capellam  
ſancti Bernardini. Agit de eo Marcus Vlyſſiponenſ.  
part. ſup. lib. 4. cap. 28.

- §. 4. *Beati Petri à Bricta, Confefſ. c*] Vitæ ſanctitate  
floret in Coſtica Inſula, maxima abſtinentia, oratione  
ac paupertate præditus, necnon excellentiſſimorum rerum  
contemplationi valdè addictus, Dæmonum inſultus  
mira patientia ſuſtinet, ſed à Chriſto Jeſu, cuiusque  
gemitive, Virgine Maria confortatus, copioſiores vi-  
tas unde redimebat ad pugnam. Diem clauiſt exte-  
mum in Conventu ſancti Franciſci Ariolati: ubi  
iacet tumulatus. Scribit de eo Marcus Vlyſſiponenſ.  
part. 3. lib. 6. capite trigefimo ſexto, ad annum  
1478. Bzouius tom. 18. Annal. Eccleſ. ad an. 1480.  
page. 47.

- §. 5. *Beati Ioannis, Confefſoris. d*] Toletanus erat na-  
tionis: dictus eſt autem à *Trinitate*, eo quod prius in  
Ordine ſanctiſſimæ Trinitatis profeciſſentem emiſiſſet.  
Exinde verbò, ſtrictioris paupertatis, ac maioris pen-  
nitentie deſiderio flagrans: tranſiit ad protium Fra-  
trum Minorum Diſcalceatorum ſancti Iolephi, cum  
habitu, ciliatum ſumpſiſſet ſubtus ad carnem, & auro-  
ti paupertatis totum ſe dedit. Soperioribus ad amul-  
ſum, & prompto animo, parebat, ſincericque animi  
ſigna ubique oſtendebat. Prædicator cuiusque ſeruentiſ-  
ſimus, extento palliolo ſuper aquas, ſide mancus,  
flumina pertranſibat ſecutus. Die mortis ſue præ-  
dicti, viam ſibi paravit in cælum, circa annum 1595.  
Vide Ioannem à ſancta Maria, part. 2. Chronic.

prædictæ provincie, lib. 4. capite 6. ſub annum  
1590.

*Beata Aldona Lopezia, Virg. Abbatiff. e*] Hæc §. 6:  
cuiusdam viri nobilis, patria Murcienſis, ſiſta primo-  
genita fuit: quæ liberalitate ac munificentia nobilio-  
rum oppidi Arcuſi civium, ſuſtulit, cepit Monafte-  
rium ſanctæ Marie de Jeſu ibidem ædificare, anno  
Domini 1490. (ſumpto prius Tertiarium Franciſca-  
narum habitu) atque temporis decenſis ad optatum  
finem perduxit. Vt autem, tantæ fundatricis memoria  
perpetuaretur, voluere Arcuſienſes, vt huiusmodi  
Monafterium *Aldonæ* cognomine appellaretur.  
Vocatur ſiquidem paſſim Hiſpanicè, *Convento de las  
Aldonças*. Nec innumerò ſanè, eam præmemorata  
fundatrix: etiam ſanctitate, atque prophetico ſpiritu,  
quo plurima prædixit, prædita fuerit. Præterea nihil  
illa continentis, ſibiſque tandem pauperis exitus:  
& ſingulari quadam prudentia atque honeſtate pol-  
lebat. Quæſtam de cauſa, quamplurimum prærogati-  
vis à Deo cumulari meruit. Mentionem de ea fa-  
ciunt Gonzaga 3. part. Origin. Scraphic. Relig.  
in prædicto Monafterio, quod eſt 30. provinc. Con-  
ceptionis in Hiſpania: & Barexus 4. part. Chronic.  
Minor. libro ſecundo, capite 14. ad annum Chri-  
ſti 1554.

*Beata Elizabetha ab Oſorio. f*] Erat ſumma hone-  
ſtate prædita: cuius meminit Gonzaga 1. part. ſup.  
in BB. Sororibus Secunda Ordinis Minor. quam tam-  
en Antonius de Sillis, in cap. 2. Regul. Tertiar.  
reponit inter BB. Feminas huſuſce Tertij Ordinis.  
Eandem eſſe puto cum B. Eliſabetha Oſoria Vir-  
gine Tertiaris, Monafterij Alcaſali in territorio  
Toletano, prædicta, quæ floruit circa annum 1550.  
cuius miranda opera commemorant Blaſius Lagui-  
na in ſuo Memoriali, ex Mariano libro ſexto, capi-  
te 35.

## SEPTIMO IDVS NOVEMBRIS.

**H**erofolymis paſſio Beatorum <sup>a</sup> Duorum Anonymorum, Martyrum. In Sa-  
xoniam, Beati <sup>b</sup> Iordani, Confefſoris: qui ob inſignem vitæ eius ſan-  
ctitatem, prius Thuringiæ Cuſtos inſtitutus eſt. In Monte Caſali, propè  
Biturgiam in Umbria, Beatorum <sup>c</sup> quorundam Fratrum, qui cum inſignes  
latrones eſſent, ſed Scraphico Patre D. Franciſco conuerſi fuiſſent, Religio-  
ne ac vitæ ſanctitate emicere. Apud San-Seuerinum oppidum in Apulia, Bea-  
ti <sup>d</sup> Angeli ab Iſchitella, Confefſoris: qui ſumma perfectione exornatus, mira-  
culis etiam coruſcauit. Hiſpali in Hiſpania, Beati <sup>e</sup> Chriſtophori à Toletò,  
Confefſoris: qui doctrina, & verbi Dei prædicatione ſpectabilis, ſancto fine  
quieuit. Neapoli in Campania, Beati <sup>f</sup> Ioannis-Baptiſtæ, Piſaurienſis, Confef-  
ſoris, & Concionatoris eximij: qui Chinenſe Regnum, mirabili vitæ ſanctita-  
te, & ſeruentiffimis prædicationibus, multis exiit cauſa ſalutis: tum Refor-  
matorum Conventualium Congregationi initium dedit: & poſt multos exantla-  
tos labores, ad ſuperna conſcendit. Alcaſariz in territorio Toletano, Beate <sup>g</sup> Ma-  
riæ Ruiziz, Virginis, Tertiaris, Fundatricis Monafterij ſanctæ Mariæ Magdalenz  
eiuſdem vbis, quæ virtutibus & meritis cumulata, tranſiit ad ſponſum.

3. 1. **B**eatum Anonymum, Martyrum. 2.] Capucini erant, qui cum à R. Patre Hieronymo à Monteflorum, Vicario Generali, impetrata facultate, atque Apostolica licentia, ad sacra de Hierosolymorum loca veneranda contulissent: atque adorato Domini sepulchro, ac pia veneratione reddita, redierunt: in Turcas quosdam incidunt, iuxta urbem, in quibus primùm festus casus, deinde testis confecti, pro fide Christi vitam profuderunt. De his scribit Boverius tom. 2. Annal. Capucinet. ad annum 1577. parag. 7. quo ad celos enolarunt, ex M. S. Cod. Hydruntino.
3. 2. **Beati Iordanii, Confess. b.]** Diaconus fuit, de Yase vallis Spoletanzæ originem ducens: à locoque de Italia cognomen sortitus est, eo quòd Italus esset natione, vit devotissimus ac pius: qui prius cum omnino Germaniz aduersaretur, postea tamen, Dei nutu, placatus, & merito sanctæ obedientiz inductus, missioni Germanicæ honoris dedit: & B. Casario, illius promotore, fidelissimus Achates, maximaque Ordinis Seraphici per Teuthoniam propagandi extitit coadiutor. Germaniam itaque adijt an. 1225. qui vni cum duobus socijs Abrahamo Hungaro Sacerdote, & Constantino, seu Constantio, Laico Salisburgum ablegatus est à B. Casario, & Archiepiscopo loci illius acceptissimè fuisse, anno verò 1222. promotus est ad Sacerdotium B. Iordanus, ex licentia ipsius B. Casarii, tunc Ministri Provincialis Germaniz: moxque Spire Guardianus institutus, comitis Spire habitus à B. Alberto Pisano Ministro Provinciali Teuthoniz, interijt: illicque Missam decantans, an. 1225. tum Guardianus Magnusque effectus: ab eodem B. Alberto missus est cum septem alijs Fratribus in Thuringiam: & mense Nouembri, Ephordiam venerunt, illicque hospitium accepterunt an. 1224. & inde diuisi, Henaci, Gotthz, Northemij, Mulhufij, &c. domicilia edificarunt, an. 1225. ex quibus omnibus locis custodia erecta est, & ipse B. Iordanus primus Custos Thuringiz creatus est. Altsium inijt an. 1230. & cum in Germaniam redijt, sanctitate clarus, decessit è vita. Agunt de eo Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 8. & 12. part. 2. in provincia Saxoniz. Gonzaga part. 1. Orig. Setaph. Relig. in BB. vitis huiusmodi Ordinis. & part. 2. us provinc. Saxoniz. Picquetus in Catalog. viros. illust. Franciscan. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1219. parag. 42. 1221. parag. 5. & 6. Itey an. 1222. parag. 24. 1223. parag. 45. 1225. parag. 21. & 22. & 1230. parag. 16. & 1249. parag. 9. ex Baldino de Brunsvic in hist. M. S. provinc. Saxoniz. Non omnium eadem est sententia, quo loco obiijt: Saxoniæ, Manderburgi, seu Magdeburgi, vel Marburgi.
3. 3. **Beatorum Quorundam Fratrum, &c. c.]** Diuicti sunt ab alijs, quos Seraphicus Pater D. Franciscus etiam conuertit ad penitentiam: (de quibus 28. Augusti) ita vt penitentiam agentes de facinorosis perpetratis, Ordinem Minorum professi sūt: in quo & sanctissimè vixerunt. Horum meminit B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitat. fruct. 21. part. 2. vbi de Fratrib: Minor. sancti. illust. provincie sancti Francisci, in loco, seu Conuentu Montis Casalis, ad quatuor miliaria à Biturgia. Marcus Vlyssiponten. 5. part. Chronice. Minor. lib. 1. cap. 88. Wadinghus sup. tom. 1. ad an. 1213. parag. 27.
3. 4. **B. Angelus ab Ilibella, Confess. d.]** Sacerdos erat, omni genere virtutum refertus, ac summa perfectionis vitæ, qui multis præclaris meritis, decessit è vita in Conuentu S. Bernardini oppidi S. Severini, atque in com-
- muni Fratrum Sarcophago, vbi plurima eueniunt miracula, sepultus est. Circuit circa an. Christi 1500. Memento ut à Gonzaga 2. part. sup. in præfatio Conuentu, qui est 9. provinc. sancti Angelus Barezio 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 52. ad an. 1500. Daça ibid. lib. 1. cap. 31.
3. 5. **B. Christophori à Yalca, Confess. e.]** Fuit status sui ze-
- lantissimus, Doctus, acque diuini verbi Angelicus præ-
- ceptor, necnon sancti Angelus celebris. Obijt Hispani, in
- Conuentu S. Francisci, sepultus. Agunt de eo Gon-
- zaga 3. part. sup. in præfatio Conuentu, qui est 1.
- provinc. Bartzæ. Barezus sup. lib. 3. cap. 25. sub an-
- num 1335. Wadinghus tom. 1. sup. an. 1260. §. 54.
3. 6. **Beati Ioannis Baptiste, Confess. f.]** Italus erat na-
- tionem, patria Pisauriensis, Franciscanum induerat ha-
- bitum apud Patres Conuentuales, sed maioris perfec-
- tionis desiderio cum teneretur, in Hispaniam profici-
- ens, illicque inter Patres Discolos provincie S. Ioseph, apud Conuentum S. Bernardini Madriz,
- Reformatione professus est. Vir doctus erat & Con-
- cessionister egregius, zelo salutis animarum plenus: sibi
- austerus ac rigidus, alius vero benignus, pius, & char-
- tatiuus: quomobrem ab omnibus carpatamari, & magna
- in affirmatione haberi. Propterea B. Petrus Alpha-
- rum expeditionem parans in Insulas Salomonis, & Chi-
- nam: omni qua potuit industria, procurauit, vt sibi dæ-
- taretur in socium. Diximus superius, ad 2. April. §. 7.
- quomodo, ipse B. Petrus Alpharum, cum B. Ioanne
- Baptista, Pisauriensis, & alius nauigio, ad præfatum
- Chine Regnum an. 1579. peruenerit: vbi Machaoam
- urbem profecti, illic ad em summam fidelium congrega-
- tionem extruxerunt, & plurimos ad Christum conuer-
- terunt. Cum B. Ioannes Baptista, huius noxæ habita-
- tionis præfatus, educatio nouitiorum, cura infirmo-  
rum, labor concionum, sollicitudo conuersionis infidelium,  
&c. c. commissa sunt: quorum onere huius depressus,  
vires animo addidit, cunctisque difficultatibus super-
- riorem semper se præbuit. Mirum, quantis tunc victu-
- tibus emicuerit: quot & semina vitæ in cordibus om-
- nium iniecit: Frequenter vitæ concubatur, ex
- indè hospitalia infirmorum inuicta, leprosis, & sanie
- quantumvis infectis, inseruebat, plagas eorum munda-
- bat, leuos sternebat, cibaria parabat, cameras cuer-
- ebat, pro ipsis mendicabat, &c. nil vile, aut abiecto
- pro Christo, arbitrabatur: omniaque opera sua tanto cù
- spiritu seruore, pietate, ac sedulitate perficiebat: vt fi-
- delium, & gentiliam animos in admirationem profus
- asperet. Et quod mirabilius est, tantis occupatus ipse
- exterioris cum esset, in nullo tamen à præsentia diuina
- recederet, tum in oratione, tum in contemplatione.
- Tribulationes & afflictiones illi minimè defuerunt, §. 7.
- quas patientissimè, & ex corde sustulit. Porrentiaz
- operibus iugiter se exercebat: solis herbis Sylius scribis,
- ulque crudis, vel sine sale coctis, & insipidis, pro cibo,
- resiciebatur, & pro habitu, maza vestiebat: straminea:
- nuda humo utebatur ad requiem: noctesque ducere
- in somnes, orationi, & lachrymis continuis vacans. Pa-
- rtione autem aduersariorum exagitatus, Machaoam
- deseruit, & Malacam profectus est: vbi Conuentu ex-
- tracto, cum per aliquot tempus illic demoratus esset,
- in Hispaniam rediit ad præfatum Conuentum S. Ber-
- nardini Madriz: postea in Italiam se contulit, ad Six-
- tum V. summum Pont. à quo prædicator Apostolicus
- institutus in præcipuis Italiz verbi' conuocatus habuit.
- Quo tempore, cogitant de introducenda Reformatione
- inter Patres Conuentuales tum vt ex ea mitterentur
- Religiosi viri ad Chancel Regnum, aliaque Infide-
- lium

lium provincias. Pō eius vocis ſeſſia euentus occurrir. Nam & Breue Apoſtolicum ea de re obtinuit, quod ſie incipit: *Monachi feliciter*: & multi in ſua ſodalitate conuenientes, inſtrum dederunt: huic oroz congregationum Patrum Conuentualium Reformatozum, & Conuentus Romæ, Neſpoli, Genue, &c. ſunt illis ex templo conſtructi. Non multo poſt ſuperſtes vixit B. Ioannes Baptiſta: ſed Neſpoli pluris dierum & bonorum operum, ad Dominum perrexit. Scribitur de eo Gonzaga 4. part. ſupr. in provincia S. Gregorij Philippinarum & Chinæ: item in Cuſtodia S. Franciſci de Malaca. Ioannes à S. Maria part. 1. chron. provinc. S. Ioseph lib. 1. cap. 14. & 18. Wadinghus tom. 4. ſup. 4. 16. à quo cognominatur *Lucarellus*.

9. 9. *Beata Maria Ruzia, Virgins. g*] Cùm hæc honeſtiſſima Virgo, ex ciuitate Alcaſtazo oriunda, ad perfe-

ctionem tenderet, ſperata nuptiis, Tertiariozum Franciſcanozum habitu indui voluit. Cuius odore vittutum aliz virgines attraçta in domum quandam intra Alcaſtazium, ſimul cum illis, Religioſam more, viuere cepit: præſtatque domum, ex obtenta ab Innocentio VIII. Papa, cui commendatiſſima curæ, auctoritate, ano. 1486. in Monafterij formam transferendam curauit, atque Miſtroy provincie Cathagenſis. obediẽtiam promiſit. Quæ tandem præſago ſpiritu ſui obitus diem prænoſtix meruit: ſicque omni clara virtute, ſanctiſſimè quieuit in Domino. Ita Gonzaga 3. part. ſup. in Monafterio S. Mariz Magdalene Alcaſtazij; quod eſt 8. prædiçta provincie. Illius etiam meminit Maranus lib. 6. chronie. ſtrictior. obſeruat. Reform. cap. 10. ſed vult eam fuiſſe Monafterij Villanoue, in eadem provincia, profeſſam.

## SEXTO IDVS NOVEMBRIS.

**M**Aſſiſiæ, Translatio Sancti<sup>a</sup> Ludouici Episcopi Tolofani, tempore Ioannis XXII. Papæ. Compluti, Deposito Beati<sup>b</sup> Francisci Ximenezij de Cisneros, Archiepiscopi Toletani, & S. R. E. Cardinalis, eruditione, prudentia, & vitæ ſanctimonia illuſtriſſimi. Coloniz, Beati<sup>c</sup> Ioannis Dunſij, Scoti, Confessoris: propter eminentem ingenij aciem, cognomento Doctoris ſubtilis. qui pietate, paupertate, vitæque ſanctitate exornatus, decessit è vita. Annoniaci, in territorio Viuarienſi, Beati<sup>d</sup> Guillemi Confessoris: eximie ſanctitatis vitæ. Aſturici, in Hispania Tarraconenſi, Beati<sup>e</sup> Ioannis, Confessoris. Pincinlauze in Bohemia, Beati<sup>f</sup> Gerardi, Confessoris: ſignis admirandis conſpicui. Aldenatdi, in Belgio, Beati<sup>g</sup> Hogeri, Confessoris. In Caſtro Milto, Beati<sup>h</sup> Philippi Tudertini, Confessoris: ſpiritu prophætico, ac miraculorum gloria celebris. Florentiz, Beati<sup>i</sup> Dominici, Confessoris. Bellalcazari, in territorio Cordubenſi, Beati<sup>j</sup> Alphonſi à Cruce, Confessoris. genere, & virtutibus illuſtriſſimi. Aptæ in Gallia, Beate<sup>m</sup> Gatlendz, nobiliſſimæ Matronæ, Tertiariæ. Romæ, Beate<sup>n</sup> Ludouicæ de Alberthonis, item Tertiariæ, vitæ & miraculis claræ.

## NOVEMBRIS VIII.

5. 1. **T**ranslatio Sancti Ludouici, Episcopi. a] Sciendum in primis huic Sanctum Antiliçem, dùm Brincolæ ad mortem decumberet, ſua vltima voluntate mandatiſſe, ſe eſſe ſepeliendum Marſiliæ, in Conuentu Fratrum minorum, quod & factum eſt: ſed non abſque ſignis & portentis. Nam dùm ſacrum eius corpus Marſiliam duceretur, quamplurimis nobilibus illud comitantibus, apparebant, quaſi laocæ radiolæ ſuper ipſum corpus de cælo deſcendentes. Cùm autem perueniſſent ad quandam plantam propè Marſiliam, ceci ætatiçt, conſuſum ſunt cæleſti lumine accenſi. In Eccleſia aigitur Fratrum minorum ipſo ſic ſolemni-ter tumulato, Sanctus Episcopus, ſuper altare apparuit, indutus Pontificalibus, cum mura & baculo paſtorali, facto ſigno Crucis, ſicut conſueuerat, populum benedicens: eandemque multa miracula edidit. Ita ſcribitur Breuiarium Fratrum Minor. In lecton. ad matutinas diei octauæ. Marcus Vlyſſiponenſ. 1. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 15. B. Bartholomæus Pifanoſ. libr. 1. Conſormat. fruct. 8. part. 1. vbi de provincia pronuntiat. D. Antonius Ribadenaira, & alij ſup. 19. Auguſt. Porro Conuentus ſancti Franciſci, vbi tunc nactus eſt ſepulcrum, extra muros ciuitatis, propè portam Regiam, miræ erat ſtructor: ſed poſt bellum Boconicum, ne præſanus Conuentus ef-

ſet hoſtibus à Refugio, ciues illum demoliti ſont funditus, Rege Id iobente: & Conuentuales eoſdem ſunt aliò migrare, ita tamen vt priuilegia, & immunitates remaneret penes Conuentum Patrum Obſeruantiuozum inçra urbem, qui ſolus tunc erat. Qua de re vide Gonzagam tertiam part. origin. ſeraphic. Religion. in eo Conuentu, qui eſt à. provin. Sancti Ludouici.

Cùm autem ob frequẽtia miracula, Ioannes XXII. Papa D. Ludouicum Episcopum Sanctozum catalogo adſcriptiſſet ann. 1199. die 8. Nouemb. corpus eiſdem S. Antiliçis, per quatuor Cardinales, tranſlatum eſt in eminentiorem ac digniorem locum, nempe ex medio choro ad maius altare eiſdem Eccleſiæ præſentibus pluribus alijs Prelatis, eum ſolemniſſimè interſerere Robertus Hieruſalem, vtriuſque Siciliæ Rex, illius ſancti Frater, cum conſorte ſua Regina Sancta, & Regina Franciæ, ipſius Sancti nepote, cum pluribus etiam Principibus, Batoñibus, nobilibus, & immenſa populi multitudine. In qua Translatiõne multi ægri ſanati, & alia quamplurima miracula edita: quæ ob cauſas huiusmodi feſtiuitas aigitur in toto ordine ſeraph. ab anno milleſimo trecentefimo decimo nono. De aigitur Breuiarium Fratrum minorum in lectonib. Matutinal. ad diem 8. Nouemb. Marcus Vlyſſiponenſ.

sup. lib. 7. cap. 32. Sinius, Ribadeneira, & alij in vita Sancti Ludovici. Firmamentum trium ordinum tract. 1. in memoriali Ordinis, sub 18. Ministro Generali: Petrus de Natalibus lib. 7. cap. 7. Rodolphus lib. 1. seraph. Relig. histor. Sedulius ibidem in Annotation. ad cap. 1. vite Sancti Ludonici Episcopi. Wadingius tom. 3. ad annum 1319. §. 2. Ferrarius in catalogo Sanctiorum die, ex Molano, Maurolico & Galeo: postea verò in Capitulo generali Burgensi, provincie Francie, anno millesimo quadringentesimo octogesimo quarto decretum est, quod huiusmodi Translato reponeretur in crastinum dedicationis Basilicæ Salutatoris, iuxta Speculum Fratrum minorum tract. 1. in ordinationib. circa divinum officium, cui assentit Ferrarius sup. ad 10. huiusce mensis.

- §. 3. *Beati Francisci Xaverii, Archiepiscopi. b*] Toleti Ordini Franciscano nomen dedit, anno 1477. facta professione ad Castanetum, inde ad Salicetum, Patrum nostrarum Recollectorum, he recepit, archieorem, quietioremque vitam spatans: in quibus, vigiliis, orationibus, ieiuniis, corporis macerationi, divinatorum librorum lectioni, atque silentio & solitudinem intentus ferè semper commorabatur: ob cuius præclaras virtutum indicia Guardianum mox in utroque loco egit: quo tempore, ad eò in omni sanctitate, præcipuè vero in sacris meditationibus, profecit, ut nil commune cum hominibus habere videretur. Communis eius cibus, patris absque pulmento, potus verò simplex aqua erat. Religiosus exemplo potius, quam imperio, in officio consistebat. Nam infima quæque ministeria sibi vltis assuebat: etiam cum postea Minister esset Provincialis. Unde haud mirum est, si apud omnes Hispanos sic eius fama in creverit, ob vitæ integritatem, & morum sanctimoniam: ut ad Archiepiscopatum Toletanum anno 1499. iussu ad Cardinalatum, anno 1507. euectus sit: necnon Hispaniarum bis Prorex existerit. Sancto sine vitæ terminavit an. 1517. Atandæ 5. Idus Januarii: cuius corpus, ieiunius, vigiliis, atque cura mirè extenuatum Complutum delatum, in maiori sacello eius Ecclesiæ, quæ Collegio sancti Ildephonsi adiacet, apud Fratres minores honorificè sepultum est. Egregia eius facta, gestaque præclariora Alvarus Gonzales oculo libris præsecutus est. Ex quo alij Gonzaga 3. part. sup. in Conventu 2. §. 4. prouinc. Castellæ. Tolosianus sup. lib. 2. in Cardinalibus Franciscan. Marcus Vlyssiponensis part. 3. sup. lib. 8. cap. ... Salazar lib. 5. prouinc. Castellæ cap. 1. & seq. Casaconius in Julio 2. Pap. Nomenclator Cardinalium ibid. Marieta lib. 5. histor. Ecclesiast. Sæctor. Hispaniæ. Ferrarius in catalog. Sæctor. hac die.

- §. 4. *Beati Iohannis Dunsi, Confessoris. e*] Natione Hybernus fuisse, patria Dunelmæ ciuitate Dunelmæ Episcopalis, & familia Scotum: rectè probat R. P. Hugo Cauellus, eximius Theologus totius ordinis Franciscani Diffinitor Generalis, ac tandem Archiepiscopus Armachanus, in vita ipsius B. Iohannis Dunsi, quam præfixæ uitæ operum sententiar. Doctores submisit, à te notis & scholis illustratorum: quod lærè demoustrat cap. 1. & a. ex Richardo Stranbusto, in descriptione Hyberniæ, Richardo Conueo, tract. de Sanctis & litteris Hybern. Paulo Amaltheo, &c.

- §. 5. Hic humanioribus dùm studeret litteris, stupidum se, & planè hebetem (sicut conueta fuit) animaduertens, quadam die sub arbore solitaria, Dei misericordiam pro hebetudine expellenda, & intellectu illustrando, Iachymus & singuliter implorauit: cui somno iare coarctato, Regina cæli, Mater Dei & hominis Maria, præclaris uisionibus futurum sui honoris, &

immunitatis ab omni peccato æstus & originis propugnatorum acerrimum, apparet, animos adit, pergere studius suadet, se ei scientiam ab infinita, quam genitrix, sapientia impetratura pollicetur, modò sibi uicissim, fideliter inferuire promittat. Gratias ille gaudens agit, obsequium uouet, expergetur, ut uiginea apparitione totus lætabundus, sua studia proficiat, Dei Matris beneficio illustratur sibi experitur intellectu, promissi memor suum semper B. Virginis exhibet obsequium: crescentes in eo ad menturam doctrinæ, sanctissimæ doctrinæ deuotione & cultu: ita ut perspicuum sit hunc, tam breui annorum circulo, sine miraculo, tantam, tanque uariam ad omnia scibilia se extendentem, scientiam, acquirere non potuisse.

Humilitati studium quam diligentissimè omnia dicta, & facta huic uirtuti, uirtutum omnib. mater, ita acceptabat, ut nil ei saperet, quod sanctæ humilitatis tale conditum non esset. Tunica una uila, & repetita indutus, sine calcæatione. A postuloorum more, indecèbat: corpus suum sic castigans, & in humilem spiritum seruitutem redigens. Eundo à Gallis in Britanniam maiorem, indeque redeundo, suæ sanctæ professionis non immemor, non in cutribus, & equis, sed in nomine Domini positando, iter conficiebat: ubi non erant cænobium, uictum, hospitium, & tristicium per Oceanum, amore Dei humiliter emendicabat, in grande meritum sibi, & aliorum justificationem: quod uis Summo Pontificatu dignus (ait Iohannes maior) digno demonstratus, ob eminentes suas uirtutes, sic elemosynas querere non sit uertus. Scripta eius ubique humilitatè & modestiam spirant: dùm alta tractat mysteria, ad libertatem uique sapit: si nonnuquam absurdissimas etiam quorundam opiniones oppugnat, & concomitantibus læpè argumentis dissoluit, ab omni tamen abstinet censura, etiam superprelo auctoris nomine D. Thomæ, contra quem circa diuiciale putatur, semel, aut bis tantum, quod meminimus, in suis operibus mentionem facit.

De eius obedientia illud est memorabile, quod accepto R. P. Generalis Manilii mandato, de eundo Parisiis Coloniam, dùm extra Conuentum Parisi. ubi tunc tanto omnium applausu docebat, deambulationis uel recreationis causa, ageter non est reuersus ad Conuentum, ut consuetudinis ualere, sed obedientie sanctæ, quam semper & eam, & promptam exhibuit, uinculum sentiens, statum iter, quo ipsa dixerit, inchoauit. Quo ad orationem & contemplationem id exercitium sibi erat, & alioquin modo, familiare. Per diem integram, & aliquando amplius, immobilis sedebat, faciatu sensibus, mente, alta contemplatione, in diuina mysteria, abiotpta transfusibatur: irruentia uindique phantasmata, corporearum similitudinum, mentis puritate sensuum functiones non requirentes. Ad hanc orationis uirtutem spectat, quod non tantum liberos, maioresque Tractatus, sed breuissimas qualesque materias, pia ad Deum prece, claudat: Tractatum de principio, etiam ad singula capita, deuota mentis in Deum ascensione, inchoat; altissimo, de primo diuinitis perfectionibus, seu attributis, ad Deum colloquio, sicut: uti patet legenti. Sed neque diuinitis caruit apparitionibus, nocte quadam Natiuitatis Domine, dùm altissima Incarnationis mysteria contemplantur, dignatus est dulcissimus Iesus infantili forma, seruum suum uisitare, eius brachiis insidere, eumque uanissimis & repetitis amplexibus consolari. Quod quidem speciale prouilegium meruit à filio, qui matris ab incurrere peccate similiter sibi gratiosè apparente, omne obsequium deuouit, & fideliter adimpleuit immaculatæ Conceptionis

Conceptionis eius validissimus propugnator, & celestis Achilles effectus.

- §. 8. Coniicitur Minorem Ordinem professum fuisse in Anglia, & Oxonijs studuisse: ubi tandem factus est Magister, Professor, & Scriptor; unde Luettiam profectus, haud minus honore habetur, & quasi totius orbis prodigium consularatur. Fertur enim 24. tantum annum aegredissimum primam Theologiae Cathedralis in viuitate Oxoniensi, olim per orbem celeberrima, regere coepisset; & praeter Theologiam, sacrae sciipiturae pericula notitiam calluisse, Physicalem ree & Metaphysicalem in quibus omnibus ita ex celluit ut communi Scholae acclamatione, Philosophorum & Theologorum princeps mereretur nominari. In Iurisprudencia & Mathematicis hunc videri clarissimum, denique totius scientiae & sapientiae culmen videbatur artibus. Quare Beatus Pater Gonfalsius tunc Minister Generalis decrevit ann. m. lxxviii. tunc centesimo quinto, hunc non dum trigentesimum aetatis annum completem, in Galliam ablegare, & ad Magistratum in Alma Viuuitate Parisiensi praesentare: quod & fauillè successit. Nam paulo post, De Quatuor insignia illic summo omnium applausu à facta Parisiensi Theologiae Facultate susceperat Scotus: qui mox, ut alicuius Apollinis discipulus, ex omni terrae climata ad se traxit, scoticoque ut nihil aliud Theologica Gymnasia praeter Scoti nomen personarent; sibi que Beatus quidque videretur, qui cum haberet Magistrum, eoque, ut Mercurio praerogante, Theologiae abdita ingredi mereretur. Nil erat, tam densa caligine involutum, quod Scoti ingenium, haud penerit explicare, illustrare, & ab aduersariorum telis solido defendere.

- §. 9. Quam strenue decortauerit, glorioseque triumphauerit, in sustulenda Deiparæ immaculata Conceptione, non opus est referre: cum id luce clarus couisset, & uocalis, sermonem ea de re profecto, moliamur. Tom. 1. Ne fuisse nolite: non sine grauiumorum Authorum attestatione. Quibus celus permota facta Parisiensi Theologiae facultas, nostri Scoti partes amplectata est, veteris decreto exami horato, sancitū legē, de ipsa Deiparæ Virginitatis immaculata Conceptione semper decernere defendenda, nulloque ad Magistrum gradum promovendo, qui se eam defensionem iurando non astringeret. Praetera Scotum nostrum cupiens singulari honore decorari, Doctoris *Sabotii* nomine insigniuit: Quod etiam facultas Coloniensis eidem postea acclamauit, ob ingenij sui perstantiam, quam illic, aequè ac Lutetiae, ostendit, aduersus praefati Dei Genicis immaculatae Conceptionis dissentiores. Ad dam & illud, cum Coloniā misisset: inuenio etiam, primores curatis omnino Clero, officij causa, obuiam se produisse, productumque esse in urbem, amplo cum honore, & omnium applausu. Nec abs re eum & ipse vtriusque vicem longè nobilitorem rependisse. Nam & Aiam illam Parisiensem viuuitatem magnopere illustrauit: & Coloniensis Facultatis prima fundamenta fecit: textusque ad alias orbes Christianis celeberrimis Academijs, Coplurensi, Salmanticensi, Combricensi, &c. suae extimae doctrinae radios misit.

- §. 10. Itaque, post immensos labores exansatos, Oxonijs in Anglia, Parisijs in Gallia, Colonijs in Belgio, cum magna laudibus opinione, summoque doctrine parte honore, in flore vitae aetatis, annum aegens 34. obiit: cui in Domino: & apud minores Colonienses, in medio chori, ad aram maiorem, aeneo tumulo, conditus, die 8. Nouemb. ann. 1308. Extimae eius virtutes, ac praecipua opera, scripta, Elogia, Epitaphia, & Encomia, Authores, penè innumeri referunt. Vira ipsius descripta

ta est à Petro Cratopolo, Guillemo Ruy, ante commensur. in 4. sentent. Hugone Canello sup. & alius: Maninus de Porta, seu de Porta, Hybernus, Archiepiscopus Tuaniensis, posthauit totam vitam, ac doctrinam B. Ioannis Scoti. Praeterea Apologus edidit in defensionem Scoti. Ioannes Schombergus in oratione Colonijs habita. Possenius in suo Apparatu, vbi de Scoto agit. Tostianus, Cauesius, & Willotus supra. Georgius Heruarius in manissa Basariae. Iacobus Galterius in Tabula Chronolog. saecul. 11. de scriptor. Eccles. & Mathaeus Ferchus in correptione Scotica ann. 1620. quibus Iouis, Sixti Senensis, Brouij, & ceteri contra egerunt refutantur.

- Potè, qui de eolarius egerunt noscuntur; Guilhelmus Woillon, in Epilogo ad 4. sentent. item in 2. sent. dist. 44. quæst. 1. Sanctus Bernardinus de Senensibus tom. 4. serm. 1. inter estraordinarios. D. Bernardinus de Buis in officio immaculatae Conceptionis. Virgin. Lection. 4. dist. Beatus Bartholomeus Pissius lib. 1. conformit. fruct. 8. part. 2. in catalog. scriptor. Francican. item fruct. 11. part. 2. in pronouicia Francie, vbi de Conuentu Parisiensi. & in pronouicia Angliae veteris fin. & in pronouicia Coloniæ, eua initium. Tostianus lib. 3. hist. Ieraphic. Gonzaga 1. part. ont. Ieraphic. relig. vbi de scriptor. Francican. & in Conuentu Parisiensi. Marcus Vlyssiponius 2. part. chron. minor. lib. 7. cap. 2. Sabellicus lib. 7. c. 4. Theodorus Zimgerus in Thesoro viræ human. tom. 1. lib. 3. Hartmannus Schedel. in hist. vniuersal. art. 6. Trichamus, & Bellarminus de scriptor. Eccles. Heedoc. Boetius lib. 13. hist. Scot. Ioannes Lesleus ibid. pag. 7. & lib. 7. in Reg. 97. sub fin. Volateranus in Antropologia. cap. 21. Ioannes maior. in 4. sentent. dist. 38. quæst. 11. Philippus Bergomas in Supplement. chron. lib. 13. ad an. 1198. Sanctus Antonius 3. part. hist. reul. 14. cap. 8. §. 2. cap. 9. §. 12. Sixtus Senens. lib. 4. Biblioth. sanctæ. Iulius Burgus, Patavinus, in fronte iudicis, seu manus magi Scotice sublimitate. Franciscus in Clement. V. Pap. Rebelledus 2. part. chron. lib. 3. Paulinus Bertin. in epistola litaniam ad opera Scoti. Hieronymus Ferracensis, in locis communibus Scoti: & ex eo Paschalius Reguilius in epistola ante opera praefati Ferracensis. Ioannes Rioche in Compensio temporum lib. 4. cap. 84. Genebardus lib. quarto chronograph. in Clemente quinto. Italinus lib. secundum Antiquitat. Paris. pag. 324. Spondanus in Auctario chronolog. ad Annal. Baronij ann. 1297. Lertanus in Apolog. pro immaculata Concept. Virg. cap. 13. Pineda in suis Aduertentibus ad privilegium D. Ioannis Arragon. Reg. pro immaculata Conceptione. Virg. Episcopus Osmensis in approbatione libri D. Luceti de eadem immaculata Conceptione, Iacobus Granada tract. de immaculata Concept. disp. 1. cap. 14. Salazar. ibid. lib. 1. cap. 13. 42. &c. Aegidius de Praesentatione ibidem lib. 3. quæst. 6. art. 4. §. 3. Petrus Otobardus in sua informatione fol. 62. Polibartus lib. 4. Bellarij part. 1. art. 3. Cucusus in Elicudicio virg. part. 2. Willotus in Atheris orthodox. Franciscan. verb. Ioannes Duff. Prætorius tom. 2. chron. Eccles. ad annum 1303. saecul. 13. Iacobus Gordonus in chronolog. ibidem. Finiammentum trum ordinum Francican. 1. part. de vir. illustr. Miraxus in chron. ad annum milleimum trecentefimum octauum. Piteus de scriptor. Angl. Guedictus in Bibliotheca. Nigronus in commentar. ad Regul. 15. commun. societ. Iesu §. 10. Nider lib. 1. Folicurij cap. 10. Wadingius tom. 3. Annal. oman. anno milleimo trecentesimo quarto, paragrapho decimo sexto, & 1308. §. 9.

- §. 12. *Beati Guillelmi, Confessoris. d*] Vitæ sanctitate & signis claruit *Anonaci*, seu *Anonaci*, vel *Anonaci*, *Anonay*, lingua Gallica. Memoraturâ Pisano lib. 1. sup. fruct. 8. & 11. p. 2. in prouinc. Burgundiz. Gonzaga sup. part. 1. in *Beatis* vicis huicse ordinis. Wadinghus tom. 2. sup. ad an. 1287. §. 15. tom. 4. ad an. 1400. §. 40. ex Mariano & Picqueto in catalog. virorum illust. Franciscan. Foderico in Descriptione Conuentus Viennens. pag. 357.
- §. 13. *Beati Iuanis, Confessoris. e*] Illustrius admodum fuit, & vita mirabilis. Huius meminere Pisanus sup. in prouinc. sancti Iacobi. Gonzaga sup. Wadinghus tom. 1. ad an. 1249. §. 7. & tom. 2. sup. an. 1172. §. 15. hic Sacerdos erat, ad differentiationem alterius B. Iohannis *Lauri*, ibidem qualescens: de quo 15. Nouemb. Wadinghus sup. Picquetus sup. Tolinianus lib. 2. in Custodia Legionens.
- §. 14. *Beati Gerardi, Confessoris. f*] Vitæ exitiæ deuotissimus, *Primsiani*, seu *Primsiana* sepultus: vbi miraculis elaret. Vide Pisanus sup. in prouincia Bohemæ, Gonzagam, Wadinghus infra, & Picquetum, ac Tolinianum sup. in Custodia Gremens.
- §. 15. *Beati Hegerii, Confessoris. g*] *Hegerus*, *Hoggerius*, & *Ogerus* dictus est, Saxo natione, sanctitate conspicuus cuius corpus *Ardnaci*, seu *Ardnardi*, sed melius *Aldeardi*, ad ripam Scaldis fluminis, in Belgio iacet. Ita Pisanus sup. prouinc. Coloniens. Gonzaga, Wadinghus to. 1. sup. ad an. 1249. §. 9. Picquetus sup. Tolinianus lib. 2. in Custodia Treutens.
- §. 16. *Beati Philippi Tuderiti, Confessoris. h*] Laicus erat professione, & virtute obedientiæ & humilitatis atque patientiæ maximè eluxit: miracula etiam plurima ante & post obitum operatus est, necnon & spiritus propheticus futuræ prædixit. Mihi obit ac sepultus est, in Pætrino: cuius corpus quolibet anno, Dominica 2. post Pascha, populo illic copiosè conuenienti ostenditur, summaque ueneratione colitur. Teste Maeco Vlyssiponensi sup. part. 3. libr. 4. cap. 30. & 31. sub ann. Christi 1460.
- §. 17. *Beati Domini, Confessoris. i*] Cognominabatur à *Cobellense*-*Florentino*; vitæ charitate plenus, professione laicus, officio infirmarius: cuius anima visa est à quamplurimis pueris in cælum ab Angelis deportari. Agit de eisdem Marcus Vlyssiponens. sup. lib. 4. cap. 32. ad ann. 1461. & lib. 5. cap. 37. ann. 1470. & libr. 6. cap. 38. ann. 1482. quo obit Florentiz: Baouus tom. 18. Annal. Ecclæ ad ann. 1471. §. 36.
- §. 18. *Beati Alphonsi à Cruce, Confessoris. l*] Vocabatur antea Alphonsus à *Soto Majori*, B. Patris Iohannis à Populo, vulgò, *de la Puebla*: (de quo 6. Octob.) es Frater Nepos, Bellacazarenlîs Comes, qui vt primû matri-

monij legibus & vinculo, per charissimæ uxoris mortē solutus fuit, mendo cuique pūps valedicere, speretque Comitatus dignitate, pauperumque Franciscanis Reformationis, sub nomine Alphonsi à *Cruce*, in Custodia, nunc prouincia Angelorum adiungi voluit: cuius sanæ humilitas, in seipsum rigor, atque summe contemptus, cum cæteris virtutibus coniunctis, incredibiles fuerunt. Ita Gonzaga sup. part. 3. in Conuentu SS. Martyrum *Berardi*, & sociorum *Bellacazari*, qui est 2. pætridiz prouinc. Rapinatus habitor. general. orig. Recollektor. deced. 2. part. 1. §. 6. Marianus lib. 1. chron. Reformat. cap. 2. Daça 4. part. chron. minor. lib. 1. cap. 42.

*Beati Gasfrida, uulsißima Matræ. m*] Pessimæ §. 19. exitiæ hæc D. *Fæmina*: genere, & asacritia, virtuteque coniuncta SS. Elzeario & Delphinæ: (de quibus 27. Septemb. & 26. Nouemb.) quos pæcessit ad coronam. Huius elogium paucis complectitur ab Authore vitæ, eiusd. Elzearij, quam recitat Surmus tom. 5. vii cap. 26. hæc scribuntur. *Nem diu post S. Gasfrida, plenas operibus bonis, migravit ad Demum, sicut operas: ad cuius obitum & sepulturam B. Elzearius cum Delphinæ uirgine profectus fuit. Apparet autem illis post mortem in habitu splendido, atque elegantißimo, multa gloria illustri, aliter dormiens, aliter vigilans: eosque de sua beatitudine certiores reddidit, atque spiritibus consolaturus affectis; quem admodum expressus habet historia B. Delphinæ. Corpus eius humatum est apud Aptam, in Ecclesia Fratrum Franciscanorum, iuxta amulum Beatorum Equitum, Elzearij & Delphinæ, in Sancti Francisci habitu, cuius tertium Ordinem, seu Regulam complexa fuerat, sicut etiam Elzearius & Delphinæ. De ea ibid. Sedulius, in Commentar. ad vitam istam: latius autem M. I. Raphael, Dominicanus, in Antiqua Legenda S. Elzearij, quæ extat apud Bibliothecam Regiam Lutetanam: in qua cap. 10. part. 1. mors eius refertur. Porro, & historici B. Delphinæ Virgin. citata à Sumo, ipsa est, quam idem Raphael, post vitam S. Elzearij, lueuenter describit. Denique Beate Garfendæ meminerunt, quoque gesta Sancti Elzearij pleniorè stylo ediderunt. De Sibus, in cap. 1. Regul. Tertiarij.*

*Beati Ludmice. n*] Romana erat, sanguine quidem illustri, sed miraculis clarior, tertij Ordinis Franciscani. Cuius tanta fuit ad Christi pauperes misericordia & eharitas: vt pambus illis erogandis, tum aureis, tum quoque argentis eos nummos inter subigendum uniuersis, negotium inueniri Domino committens, vt ipse iuxta maiorem cuiuslibet necessitatem eorum, distributionem dirigere dignaretur. Vide Gonzagam 1. part. sup. in Conuentu Sancti Francisci trans Tyberim, Fratrum Reformat. qui est 2. prouinc. Roman. in quo corpus eius quiescit.



## QVINTO IDVS NOVEMBRIS.

**I**ustinopoli in Istria, Beati<sup>a</sup> Monaldi, Confessoris: singulari scientia & vitæ sanctitate celebris. Assisij in Umbria, Beati<sup>b</sup> Antonij à Stronconio, Confess. qui virginitatem incontaminatam custodiuit, & prophetizæ dono illustratus fuit: cuius vita sanctissima, & mors in conspectu Domini pretiosa, multis miraculis acclamatur. Apud Theatem Marrucinorum oppidū in Aprutio, Beati<sup>c</sup> Bartholomæi à FABRIANO, Confessoris, & Doctoris eximij: qui pietate, oratione, & corporis castigatione, atque vitæ perfectione: cæteris virtutis norma effectus est. San-Genesij in Piceno, Beati<sup>d</sup> Marini à Sancta Victoria, Confessoris: qui Provinciale munus, sanctitate & miraculis exornauit. Vbetz in Bætica provincia, Beati<sup>e</sup> Gairidi, Tertiarij, Confessoris: magnæ sanctitatis viti.

## NOVEMBRIS IX.

§. 1. **B**eati Monaldi Iustinopolitani, Confessoris, a] Memoratur à Trehemio. Monaldus (inquit) Ordinis Fratrum minorum, Theologus & Iurisprudens eruditissimus, ingenio subtilis, scientia cæcis, sermone subtilissimus, in declamandis sermonibus ad populum excellentissimus indubitanter. Edidit pro utilitate simplicium, etiam delictis non spernenda opuscula: quibus & inue presertim & longè postea factura vtiliter promittit. De quibus subiecta seruantur, uetustata & perperibata.

Summa Iuris Canonici, lib. 1. Quoniam ignorans, &c.

Quæstiones Sententiarum, lib. 4.

Sermones varij, lib. 1.

Es alia simplia: qua ad notitiam nostram minime venere. Hæc illa: (à quo Guelnerus in Bibliotheca, & Eysengremus) lib. de scriptoribus. Eccles. ad ann. 130. Hic igitur Beatus Monaldus scientia & sanctitate præditus, decessit à vita: atque tumulatus est Iustinopoli, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Angelis, nunc sanctæ Annæ, genitricis Depariz: qui est primus provincie Dalmatiz. Cuius meminerunt Beatus Bartholomæus Pisanus libr. 1. confectus. fru. 8. & 11. part. 2. in Fratibus minoribus provincie Dalmatiz, sanctitate illustribus. Codex MS. Abbat. S. Victor. Parisiens. ibid. Marcus Vlyssiponensis 2. part. chron. minor. lib. 8. cap. 42. Scilicet. 9. cap. 10. §. 2. sub ann. 1148. Wadingius tom. 3. Annal. minor. ad ann. 1105. §. 4. 1114. §. 10. & 1132. §. 8. tom. 4. ad ann. 1199. §. 55. Possuimus in Apparatu facto. Gonzaga 2. part. origin. seraphic. religion. in Beais vius humilicæ ordinis: qui ait ipsum à Piceno fuisse oriundum: quapropter à Iustinopolitano, seu Dalmata nonnumquam dicitur, hoc ideo fit, quia Iustinopoli, in provincia Dalmatia commemoratus, atque conditus iacet: nam alius est à Beato Monaldo Martyre: de quo Martij 2. sup. & à Beato Monaldo Episcopo: de quo 11. Decembris. infra. Monaldus Dalmata (inquit Spondanus ad annum millesimum trecentiesimum trigiesimum se. Ordinis minorum, insignis Theologus, Martyrio vitam fuit. Sed apertè fallitur, Martyrem & Confessorem pro vno vtriusque.

§. 2. **B**eati Antonij à Stronconio, Confessoris, b] Picenus erat natione, & admodum iuuenis Ordinem minorum ingressus est apud Stronconium. Professione emissa, transiit in Hebreum ad Beatum Ioannem Stroncon-

ium: ut sub eius Magisterio, perfectioris vitæ normam disceret. Licet autem iuuenis, ac corpore debilis esset, hand propterea spiritus feruore carebat: quis potius vitæ audacia fuit in eo mirè eluxerit. Obedientissimus erat ad mandatum Superiorum in Concium traiecit Insulam, à qua minimè discessit, nisi eorundem auctoritate teuocatus. Sanctæ paupertatis amantissimus fuit, & castitatis integerrimus cultor: ut potè, qui virginitatem corpore & animo in nullo violauerit. Cuius rei gratia, per spatium quadraginta annorum ab aspectu mulierum ita se abstinent, ut nullam alijcerent, quod tantò mirabilis est, quòd Laicus cum esset, ad elemosinam quotidie pergeret. Vix eius austeritas prolixus erat incredibilis. Nihil vnquam ad pedes deferbat, nec sotulus, nec sandalia: vilius induebatur, somnus eius parcus ac breuis: nusquam carnes, oua, aut casum comodebat, pane & aqua cum abstintho, reficiebatur quasi omni tempore. Pluribus diebus nonnumquam manebat absque cibo & potu, præcipue infra hebdomadam sanctam, nempe à die Iouis vique ad Dominicam Pasche, sæpè sime & sitim aduersus valentissimè decertabat, à necessarijs vitæ etiam se abstinens. Sibi quidem austerus, sed alios, gratiosus, benignus, & liberalis.

Præterea, reuecebat in eo ingens amor Dei & §. 2. proximi, Deo suggerit adherere, presentemque in mente habebat: & cum eo cupiens omnino conuersari; cæterorum planè dequibat consortia, nisi necessitas, aut profectus, aliud requireret. Charitas enim proximi radices altius in eo protendat: nullam refugiens penam, si aliumque possit succurrere saluti, aut necessitati: qua de re, infirmorum curam libenter amplexus, illis vterè inferuebat: in aduersis patientiam possidebat, magna cum tranquillitate animi & quiete. Humilitate singulari pollebat, qua viba & abiectione mania exercebat, cæterisque Frates sibi proponebat. Accedam summè abhorrebat, labori manuum (quando nil aliud aderat) semper inflicibat. Oratori feruentius vacabat; assidens deuotionem cibum esse anime & alimentum proprium. Aogustissimè Eucharistia Sacramentum summa veneratione, affectuque prosequeretur. Tanta vè dicitate, Missam audiebat, seu illi inscriebat: ut nonnisi xgrè ab ea functione recederet. Prophetiaz duo abundantissimè plenus erat, quo & vltimū sui diem prædixit Sacramenta

Ecclesiastica deuotione exemplari suscepit: extendē- que ad cœlestem gloriam transit. Cuius corpus sepul- tum est in Conuentu sancti Damiani, prope Assisium: ubi conuolat miraculis quamplurimis: quorum series reperitur apud Speculum Fratrum minor. Marcum Vlyssipontē. 1. part. sup. lib. 5. cap. 30. 31. 32. 33. & 34. an. 1464. Gouzagam a. part. sup. in prefato Con- uentu, qui est a. provinc. S. Francis. Tossitanum lib. 1. histot. scriptic. in eo. Elzearium lib. 1. cap. 16. sacri mont. Oluet. & libr. 1. cap. 6. & 8. Picquetum in catalog. viros. illust. minor. Brouium tom. 18. annal. Ecclē. ad ann. 1471. §. 36.

§. 4. *Beati Bartholomæi à Fabriano, Confessoris.* c] Doctor in vtroque iure extitit, prorsuquam habitum monasti- cum assumeret. Dum autem quadam die Besium Petrum à *Megliana* concionantem summa curiositate au- dierit, vt eum, mortu. Canticorum, in alioj reperi- enderet: contrarium diuinitus accidit: ipse enim fetu- entissimis viri Dei verbis ita atctatus est, vt proinus in lachrymas dissoluert. Superioris vitæ & desens institum. Quare domum euerfus, requiem vllam, aut pa- cem, potuit habere, quin Beatom Petrum præfatum adens, ab eo humiliter petierit, obtinereque suæ Religiosis habitum: quo factu, sic in omni virtutum genere profect, vt cunctos Fratres in stuporem addu- ceret. Deuotione ac pietate mita modo atctebat, ferue- bat ad orationem: post matutinas, nunquam somno indulgebat: sed orationi perpetuo vacabat: nullam quotidie singulari pietate dicebat, & verbum Dei in- genit spiritus: feruore populi annuntabat, corpus suum diuissimè castigabat, discipulis, ieiunij, cilicio, aliisque penitentis operibus. Librum copiosissimum

composuit de vita Christi, Virginitque Desparæ, qui *Pastameron*, ioticulatur: plaraque alia edidit opuscula spiritalia. Demum missus Lector in provinciam san- cti Bernardini, commoratus est apud Conuentum S. Andree Thearis: ubi paulo post, in su ptemum mor- bum incidit, & Sagramenti Ecclesie dnuotissimè sus- cepit, scilicet exhalauit spiritum. Floruit ann. 1500. Agunt de eo Marcus Vlyssipontēns 3. part. sup. lib. 7. cap. 39. ad ann. 1504.

*Beati Marini, Confessoris.* d] Sacerdos & Concio- nator cum esset, ex Conuentualium minorum certu ad Capucinos commigrauit: quem Ordinis monu- menta miraculis clarum celebrant. Vide Bouerium tom. 1. annal. Capucinor. ad annum 1576. §. 34. quo obiit ex MS. provincie Marchie. Nec abs re, quan- doquidem velut hortulus Domini, tot Eoangelice perfectioris floribus exornatus fuit, vt omnium in su- pso odoramenta virtutum, collegisse videretur. Hinc sæpè ad totius provincie gubernacula vocatus tanta animi prudentia, paupertatis zelo, Regularis obseruan- tiæ disciplina, vitæ austeritate, orationis studio, man- suetudine, charitate, beneuolentia, fide, religiosum gregem admissitruat: vt velut fecunda mater, plurima procreant illam virtutum prole fecundauerit.

*Beati Iosephi, Confessoris.* e] Vit fuit extimæ viciatij, §. 6. & vitæ sanctimonie præclarus: qui cum tertio Ordini nomen dedisset vsque in finem, vt licet migravit ad Dominum, hac die anno 1614. Sepultus vberz, in Conuentu Fratrum minorum, qui est a. provincie Giuatenfis. Vide Wadsworthum tom. 4. sup. ad ann. 1564. §. 21.

#### QVARTO IDVS NOVEMBRIS.

**V**Rbc-Veteri, Beati <sup>a</sup> Ambrosij à Massa, Confessoris: qui quanti apud Deum meriti extiterit, crebra miracula per cum edita attestantur. Apud Campum-Bassum in Apulia, Beatorum <sup>b</sup> Fratrum duorum Anonymorum, Con- fessorum. Salmantice, Beati <sup>c</sup> Didaci Lugensis, Confessoris: eximie charitatis, orationis, ac contemplationis viri. Consentis in Calabria, Beati <sup>d</sup> Angeli Con- sentini, Confessoris, vitæ sanctitate conspicui. Clusis, in territorio Gebennensi, Bea- ti <sup>e</sup> Ludouici à Gebenna, Confessoris: gratia miraculorum illustris.

#### NOVEMBRIS X.

§. 1. *Beati Ambrosij à Massa, Confessoris.* a] Vir fuit san- tissimus: qui etiam vsque ad tempus vitulij ætatis manens in mundo, persequutus tamen à secularibus viciis Domini comploos est cœlitarum. Vitulij itaque ætatis postas ingressus, laqueos Diaboli sibi paratos deuittans, omnibus dactis pauperibus, & nihil referuans, habitum Fratrum minorum in sua suscepit ciuitate. Vnde conuentionis gratiam diuina clementia conse- cutus, obediēte virtutum anteposens vicium, pro Fratrum necessitatibus acquirēdis, in frigore & nudita- te, in fame & siti, in vna sanctæ obediētiæ mandatum discurrens: semetipsum obulit Domino sanctificus medicinalum, & orationibus frequenter insistens, stra- tam conscientie suis lachrymis irrigabat, pauc tantum sæpè contentus de aqua: & consuepentiæ carolis incēdia temperabat: compassionis in super viciatibus erga miseros affluens & insumis, mittere necessita- tis eis libentes impendebat. Non solum autem Fratri- bus, sed secularibus sibi cognatis & ignotis, humani-

tatis obsequia impendebat: in infirmitatis articulo mi- sericorditer visitans decubantes, ac medicamina, que vulneribus, vel infirmitatibus conuenient, officiosa sollicitate procurans. Humilitatis studio, vicia abic- taque explebat gaudentes officia. Si quando verbo vel factu aliquem turbalset, chorda collo appensa, veniam humiliter postulabat: illa libenter sustinens infetis- tibus indulgebat. Hæc omnia per annos quindecim agens, diuino oculo edocus de morte & loco, vt fo- ticu aperuit, ad Vrbem: veterem perrexit: ubi infirmi- tate epellus, terminoque appropinquant evit, circa horam matutinalē, vultu piz solito ex hilaratus, An- gelica visitatione est consolatus. Sepultus est in Con- uentu Vrbe: vetano, in iaculis in vna & post obitum insignis: que miracula authenticè recipienda & probanda Gregorius IX. commisit, imo mandam Episcopi Vrbe: vetano, & Suannæ, ac pctori Sancti Iohan- nis de Placca, ordms sancti Augusti, prout censat ex Bulla Apostolica: sub Datum Laterani 6. Idus Iuni, Pontific.

Pontific. ann. 14 incipit, *Desapientia*, at ipsius Pont. morte preueniente res in aliud tempus dilata est. Nam Innocent. IV. ad *præfatos* alias dedit literas pro huiusmodi can. incipient. *Gratiaribus*: sub Datum Lugduni 4. Nonas Decemb. Pontif. an. 8. Vide Beatum Bartholomæum Pisanum lib. 1. confirmat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratib. minor. sanctitat. illust. pro vine. Roman. Codicem MS. Abbat. S. Victor. Parisibid. Marcus Vlyssiponten. t. part. chron. minor. lib. 6. cap. 34. & 35. Gonzaga 1. part. origin. Iustaphic. relig. in BB. vins euldem ordin. Toffianus lib. 1. seraphic. histot. in eo. Wadsworth tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1216. §. 21. ann. 1216. §. 5. & sequitem tom. 2. an. 1251. §. 4. & seq. Algezarum in Athore Epilogia totius ordin. Franciscan. Picquetum in catalog. vior. illust. minor. Bzouium an. 1239. §. 11. 1251. §. 8.

§. 2. *Beatorum Anonymorum Fratrum.* b] Horum capia magna cum veneratione asseruntur in sacratio Conuentus S. Iohannis Campi Bassi (vbi sepulti iacent.) ex quibus, quidam liquor, mannae similis, dio emanat. De eis agit Gonzaga part. 2. sup. in præfato Conuentu, qui est 6. prouinc. sancti Angel. Floruerunt post ann. 1460.

§. 3. *Beati Didaci à Logo, Confessoris.* c] Laicus erat professione: mira prolixus, charitatis, orationis, ac contempla-

tione sublimatos: sæpe enim vñus est sic in Deum rapus: & rerum caelestium agrionem absorptus: ut sensu corporali omnino priuatus remaneret. Obiit ac tumulatus est in Conuentu sancti Francisci Salamaticensis. Illas meminit Marcus Vlyssiponten. part. 3. sup. h. 9. cap. 49 ad an. Christi 1220.

*Beati Angeli Confessoris, Confessoris.* d] Prouincia Calabriz eratalomus, huc Religiosissimus Frater, atque omni commendatione dignissimus, qui sanctitate clarus decessit in Conuentu sancti Francisci Conuentus: de quo Gonzaga 2. part. sup. in eo Conuentu (qui est 7. prænominatæ prouinc. id referet memorabile, loquens de BB. vins Angelo & Zachæo, Confessoris. *Diuicium Frater Zachæus in spulchro Fratris Angeli corpus, quod ab aliquibus annis tumulatum fuerat, cunctis Fratribus circumfusi, iantibus, somnique admirantibus, retrocedens corpus Frater Zachæus, cui in vita amplexissimus fuerat, locum dedit: eadem testatur Barceus 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 19. ad annum 1532. Daça ibidem, libro primo, capite trigesimo primo.*

*Beati Ludouici Gebenens. Confess.* e] Pia fidelium de- notione honoratur, ob frequentia ad eius sepulchrum, miracula cælis edita; vti scribit Fodererus, in Descriptione prouincie Burgund. vbi de Conuentu Clusarum, pag. 844.

## TERTIO IDVS NOVEMBRIS.

**H**ierosolymis, Passio Beatorum Martyrum, Nicolai, Donati, Petri & Stephani, qui ob liberam Christi prædicationem, & sectæ Mahumeticæ impugnationem: primò alapis & pugnis ac fustibus cæsi, dehinc in carcere, fame & siti macerati; postea in plateam ciuitatis deducti, gladiis trucidati sunt, & in frustra discepti: quorum reliquie tertio in ignem proiectæ, sed toties illæ sæ, atque integræ pennanserunt. Veneris, Beati b Francisci, cognomento Pauperculi, Confessoris: quem gloria miraculorum nunc vsque exornat. Spoleti, Beati c Iosephi Eugubini, Confessoris: qui Guardianatus officium primus exercuit in Conuentu Sancti Pauli Spoletani, illicque sanctissimam vitam agens, spiritum Deo reddidit. Capriolæ, propè Senas in Tusciam, Beati d Pauli Teutonici: qui nobili exortus prosapia, pietate & oratione, humilitate, & charitate, ceterisque virtutibus maxime emicuit: ac post mortem miraculis coruscavit. Cabillone in Gallia, Beati e Ioannis à Portugallia, Confessoris: qui Regia stirpe progenitus: humilitate, Angelicaque vita insigniter refulsit.

## NOVEMBRIS XI.

§. 1. *Beatorum Nicolai, etc. Martyrum.* \*] Hi zelo sancti spiritus armati, in publicum procedentes, templum Salomonis, Turcarum superitionis tunc deserviens, adierunt: vbi ingenti animi fortitudine & constantia, Christi fidem audacter prædicarent, sedam Mahumeticam uisuperbantes, tangunt fusciam, inuistam, & inquam; qua de terra & furore picchi Saraceni, Mauri, ac Turci, qui ad solemnitatem conuegerant, multis plagis eos crudeliter vapularunt: & semulcius in tetrum cæterem detrudentes, sine cibo ac potu per triduum remanserunt. Exinde deducti, eam in confessione fidei stantibus inueniuntur & fortes, sententiam mortis exceperunt. Quare in plateam ciuitatis adducti, gladius impiorum sunt armadueri, & in frustra discepti, die 11. Nouemb. ann. 1391. quorum cor-

pota à Mahometanis semel & iterum in ignem proiecta, sed nihil læsa, struem lignorum super ipsis componentes, triduo ignem fouerunt, ampliantisque, (quamvis in vasum) ut sic citius redigerentur in cinerem, que tamen miris Dei virtute integra remanescere. Agit de ipsis Marcus Vlyssiponten. 3. part. chronie. minor. lib. 1. cap. 9. eoque vocat BB. Nicolaum de *Tauis*, Donacum de *Kuretes*, prouincie Aquitanie: Petrum *Narbonensem*, prouincie sancti Luouicis, socium ac discipulum Beati Pauli da *Trenis*: & Stephanum de *Tauella*, prouincie *Corsice*. Algeria item in Athore Epilogia totius ord. Franciscan.

Thomas verò Bolus de signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 3. horum memoriam agoos facol. 14. à præfato Marco Vlyssiponten. in aliquibus differet. Scribit

- enim, quod sub ann. 1399. Hierosolymis occisus fuit à Mahumeranis : Deinde quod occupatus essent BB. Nicolaus *Schwenensis*, Donatus *Agnanensis* : *Rubensensis* Petrus *Narbonensis* : & *Estrenanus in B. atca*. Postremo, duo alij ab ipso adduntur, videlicet BB. Ioannes à *Cefina*, ac Petrus *Dwanens* : de quibus 19. Maij. At Tullianus lib. 1. histor. seraphic. vocat eos B. Decidantur de *Rutimio*, provinc. Aquitan. B. Nicolaum à *Sebesta*, Dalmatiam, Beatum Petrum *Narbonensem* : & Beatum Stephanum *Genensem* : vultque ann. 1391. die 10. Novembris agonem suam coepisse : & post tres dies, ann. 1392. Martyrium consummasse. *Algerica* sup. Picquetus in catalog. viros. illust. Franciscan.
- §. 3. *Beati Francisci, Confessoris. b*] Hic magna sanctitate floruit in Gallia apud Auinionem, tempore Urbani V. Pape: exindeque Venetias profectus, migravit ad Dominum. Latus erat, & paupertatis humilitatisque amantissimus, octogenarius decessit à vita : cuius corpus honorifice conditum fuit in Ecclesia sacre Mariæ, apud Partes Conventuales, vbi huc usque assidue fulget miraculis. Ita Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. part. 1. in provinc. sancti Antonij. Gonzaga 1. part. in Beatus visus humilce oratio Marcus Vlyssiponensis 3. part. sup. lib. 8. cap. 28. Tullianus lib. 1. Picquetus sup. Wadinghus tom. 4. annal. minot. ad ann. 1369. §. 18.
- §. 4. *Beati Iosephi Eugubini, Confessoris. c*] Vir vtiq; fuit ex omni parte perfectus, per quem Franciscana Religio plurimum incrementi cepit : quicquid iuxta Beati Patris Francisci *Papensis* prædicationem, Conventus Sancti Pauli extra Spoletum, primum Guardianum egit : illicque sanctitate clarus quiescit in Domino : ac tumulatus est. Memoratur à Marco Vlyssiponensi 3. part. sup. lib. 3. cap. 53. item lib. 4. cap. 28. Gonzaga orig. seraphic. relig. part. 1. in presero Conventu, qui est 6. provinc. sancti Francisci. Floresbat ann. 1450. Vbi ait virtutem cælestis accepisse ad effugandos Demones & corporibus hominum. Tullianus lib. 2. in in provincia S. Francisci.
- §. 5. *Beati Pauli Tremitis, Confessoris. d*] Generis quidem nobilis, sed virtutibus atque sanctitate multo illustrior exiit. In Curia Imperatoris educatus, Cæsarem in Italiam proficiscetem sequutus est : Senasque veniens, ibidem moras longius protulit. Cum verò Sanctum Bernardinum concionantem læpius illic audisset, admirabilium suorum vi exhortationum inflammatus : sæculum deseruit, & Religionem Seraphicam professus est. In qua, piis exercitiis, sanctisque actibus tanroperè profecit, vt totum maximam viæ perfectio-

nem in Ordine minor. sit adeptus. Nouitium Magisterium quadraginta annis egualis instruens ac docens, quæ spiritalia erant. In conoeruatione cælestis omnino videbatur : sic enim moribus præstabat : vt in eo, micè reluceret, vis sinceræ pietatis, promptitudo obedientiæ, singularis paupertatis, humilitas profundissima, feruentissima charitas, & deuotio exemplaris, siue erga officium diuinum recitandum, siue ad sacrum celebrandum. Orationi admodum deditus erat, quam spiritus ardore continuabat : summèque delectabatur, dum in contemplatione rerum cælestium amplius moraretur. Pluries à Diemonibus tentatus & afflicus : toties de eis victoriam reportauit : opera & intercessione Virginis Deiparæ, D. Gregorij, peculiaris eius patroni : Seraphici Patris Sancti Francisci, necnon aliorum Beatorum Ordinis minorum, quos in sui patrocinio adhibebat : & illorum visitationibus, ceu apparitionibus non modicum confortabatur.

Singulari pietate ac diligentia semper portabat se, ad benè Christianèque moriendum : cumque in extremis adesset, circumstantes Fratres amantissimè rogauit, vt eo mortuo, corpus cæleri gressu terre mandarent, humarentque penitusquam seculares eius obitum addiderent : ne ipsi in esquis à debita deuotione auerterentur. Sed frustra hæc præcautio. Nam hora sui transfusus in cælum adueniente an. 1483. statim ingens populæ multitudo cucurrit ad Conuentum sancti Bernardi Capriolæ, ( qui vico tantum militari à Senensi ciuitate distabat ) & certatim cupiens vnusquisque videre, venerari, ac tangerè illud sacrum corpus : maiorem partem habitus, quo operiebatur, pro reliquis, ex ardentissima deuotione, abstulerunt. Mortali vita exutus miraculis claruit, & quamplurimi, illius ope fauores, diuersaque beneficia à celo accepisse, votis & tabellis ad eius sepulchrum appensis, testati sunt. Scripserunt de eo Marcus Vlyssiponensis part. 3. sup. lib. 6. cap. 9. Gonzaga 1. part. sup. in eo Conuentu, qui est 4. ptouincie Tuscie.

*Beati Ioannis à Portuallia, Confessoris. e*] Hic idem Galliam inuaseret, habitum monasticum apud Cabilonem assumpsit : vbi nec precibus Regine matris, nec Procerum Lusitanorum instantia, in nullo potuit flecti : quin etiam, cocoriam Regni Portugaliæ, fratre Rege Alphonsio, sine liberis demortuo, sibi vltro oblatam, eadem constantia, respuerit : vt Christo quous inferuieret : Obiit sanctissimè, & in capella S. Ioannis Euangelistæ tumulatus est. Teste Fodereto in Descriptione provincie Burgundiæ, vbi de eo Conuentu. Picqueto ibidem.

## PRIDIE IDVS NOVEMBRIS.

**I**N Oriente, Beati <sup>a</sup> Guillelmi, Martyris. Compluti in Hispania, Sancti <sup>b</sup> Didaci, Confessoris: qui vita, virtutibus, atque miraculis innumeris gloriosus: à Sixto V. Summo Pontifice, relatus est, solemnè ritu, in Sanctorum numerum. Firmi in Picæno, Beati <sup>c</sup> Nicolai Firmiani, Confessoris: qui silentio abstinentiæ, & corporis castigationi deditus, dono etiam lachrymarum in oratione, à Deo cumulatus est. In territorio Guardiensi, propè Gulionisium Apulix oppidum, Beati <sup>d</sup> Matthæi, Tertiarij, Confessoris: magnæ sanctitatis viri.

## NOVEMBRIS XII.

4. 2. **B**eati Guillelmi, Martyris. <sup>a</sup>] Cognominatur *Cantabrigiæ*, seu *Cantabrigiæ*: à Mauris ob Christi fidem occisus: illius meminerunt Salazar lib. 2. chronie. provincie Castellæ cap. 12. Alexista in Artope Epiloga totius ordinis minorum.

5. 2. **B**eati Didaci, Confessoris. <sup>b</sup>] Fuit Sanctus Didacus à Sanctis *Nicolas*, *Bartolomeus*, atque ex *Pago Sancti Nicolai* (quinque Constantiam atque Castellam, *Bartica* oppida, itinerantibus occurrit) oriundus. Cùmque inanes quendam pietatem, atque humilitatem ab incunabulis ad iuuentam vique secutus, secularibus negotiis atque occupationibus valedicens, in Anachoreticam vitam inhians, apud quoddam Eremitorium aliquandiu est commoratus: ubi strenuè in omni virtutum genere ac spiritalibus exercitiis se mancipavit. Inde verò, longè perfectiorem vitam anhians, ad Consentum sancti Francisci de *Assisæ*, seque illam à Corduba distantem, se contulit, ibique sumpto Franciscano habitu, ac eorundem cum alijs Fratribus vitam, Regulamque professus: tantopere in paupertate, prompta ac voluntaria obedientia, purissima castitate, & feruenti oratione, in Deum & proximum charitate, rerum disparum contemplatione, atque Regulari observantia profecit: ut ceteros confratres, longè post se reliquerit: fuit quidem cunctis scientiæ ignarus, eùm hæretici operam nunquam dederit, sed eorum, quæ animarum, salutè vitæque benè & catholicè instruendæ rationè concernunt, aded, diuino sibi insilente Numine, confusus, vè doctissimos quosque superaret. Ad eum siquidem confidendum omnes, tanquam ad diuinum oraculum, in rebus arduis, confugebant.

6. 3. **F**lagrant aliquando, maximo subeundi pro Christi fide, eiusque amore, Martyrij desiderio: quamobrem ad Insulas Fortunatas, nondum hodie armis omnino edomatas, vè illas Neophytis Christianis, aliisque eius gentis nondum conuersis, sed in Gentilismo adhuc perseverantibus, Christi Salarioris euangelium, atque fidem predicaret, omni diligentia possedit, traheret: facti que Insule Fortis-venturæ, quæ vix ex Fortunatis est, Guardianis, suis efficacissimis prædicationibus, Galibertiis consilis, atque sanctissimi viuendi modo, plurius effertus illius patris homines, atque Idoletum calcem edidissimos, à tan perniciosis superstitionibus, ad parum vnus vix Dei cultu auocavit, atque suauissimo Christi iungo subdere colla coegit. Et eùm: auertisse superesse adhuc quosdam Barbaros, trecentosque viros abstin Insulas, qui antiquum ritum medicis tenentes, Euangelio, eiusque annuntiatoribus resistunt, ad eos transfretate decreuit: vt vel eos ad Christum conuerteret, vel sub eorum manibus spiritum, pro sui Redemptoris amore, efflaret.

Itaque nauis conscensa, sùm virilium intencum profectus, ab aduersis ventis, impotensque serui maris tempestate prohibitus est: quamobrem desiderant iam à se Fortis-venturæ Insulam repetere cogitur, vbi vberissimos fructus in Dominicum intulit horreum.

Instabat eo temporis annus iubilæi 1470. quare Hispaniam repetens, apud Andalusix Custodiam commoratus est: exindeque, obteuta licentia à Reuerendo Patre Beato Alphonsio *Boraxio*, Ministro Provinciali Castellæ, cum Fratre Alphonsio *Castrensi* sibi socio iueneri se accinxit: vrbemque Romanæ ingressus, cum maxima humilitate, & deuotione, loca illa sancta visitans, atque canonisationi sancti Bernardini *Sermis*, (cui ter mille octingenti Patres ac Fratres Franciscani obseruantes ex omnibus terræ plagis adfuerunt) interfuit. Cùmque illorum plurimos, ob aeris mutationem perperisq; in inerte labores. Romæ in orbem excidissent, eorum curam sibi sumendam fore cœstatens, se totum eorum obsequio, cum maxima charitate, spiritusque hilaritate, vix Dei mancipauit. Fecebat siquidem compassus quadam tenentitudine ad infirmos; nihilque sibi gratus accideri poterat, quàm illis idesse, inseruire, & opulari. Consumpto vè in huiusmodi charitatis opere, cum omni sollicitudine & pietate, trimestre, & vix, Hispaniam tepidauit, ac in Consentum sanctæ Mariæ de Saliceto, prouincie Castellæ, in maxima vix asperitate, corporisque maceratione, aliquandiu degit: deinde apud Conuentum Villæ viretis, seu sancti Francisci de monte paululum moram traxit: ac tandem Complutum petens, iussu Reuerenti Patris Roderici ab *Orania*, tunc Commissarij, seu Vicarij prouincie: quod sibi reliquum vitæ fuit, cum maxima omnium admiratione atque ædificatione, sanctissime illic transiit.

Obiit die Sabbati, quæ fuit 22. Nouembris anno 1463. miracula in vita & post mortem clarissimis: quibus pernotus Summus Pont. Sixtus V. eum adscripto catalogo *Sandtorum*, ann. 1588. sexto nonas Iulij, in Basilica Vaticana: presertimbus & sollemnibus ipsius canonisationi, quamplurimus Cardinalibus præcipue, vèd Nicolao *Perius* tituli Sancti Praxedis, Archiepiscopo Senonensi: Francisco à *Ierysa*, cuius Sanctæ Trinitatis in monte Princio, Archiepiscopo Narbonensi: Petro *Guasda*, tituli Sancti Syluestri, Episcopo Parisiensi: & Philippo de *Lenauertis* Tituli S. Onuphrij. Cardinalibus Gallis. Bulla incipit: *Rex Regum*, &c. sub Datum Romæ 6. nonas Iulij, Pontificatus ann. 4. Eius vitam, factaque egregia ac miracula: in primis scriptis Vlyssiponens. 3. part. chronice minor. lib. 4. cap. 32. & libro 5. cap. 1. vique ad 27. itemque Petrus Galestinus, Prothocouicius Aposta-

licus, & Franciscus Pegna, Rotæ audire (qui eiusdem Sacerdotis res pectas & adâ canonizationis, scribis libris complexi sunt. Præterea Ribadeneira tom. 2. flor. Sanctior. Gazet. ibid.

Sub 11. Nouemb. potro agunt de eo. Bosius de signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 2. tom. 2. lib. 15. cap. 5. Martyrologium Roman. 12. Nouemb. Baronius ibid. in Annotat. Firmamentum trium ordinum, tract. 1. in memoriali Ordinis minor. Tub 14. Mmistro Generali. Speculum FF. minor. ibid. fol. 72. pag. 2. Sedulius in historia seraphica Commentar. ad vitam S. Didaci, & in commentar. ad vitam S. Francisci cap. 3. §. 8. Gonzaga orig. seraphic. Relig. part. 1. in SS. huic ordin. item part. 3. in Conuento 10. prouinc. Bzice in Monasterio 17. prouinc. Algarbiorum in Conuento 5. prouinc. Granaten. & Conuentu 2. prouinc. Castellæ: vbi error corrigendus est: dâim iubi (cobitor S. Didacum spirasse 13. Nouemb. 1464. & canonisatum 2. Iuly: item part. 4. in 1. Conuento prouinc. Caonaz. Batezus 4. part. chron. minor. lib. 4. cap. 17. 37. lib. 7. cap. 4. 7. Galterius in Tabula Cosmograph. sexul. 15. in SS. viris. ex Ioanne Marquini in Append. ad Genebrardum sub Xisto V. Papa. Tossinatus lib. 1. hûlor. seraphic. Alexicia in Arbore Epitologie totius ordin. Franciscan. Spondanus ad an. 1463. Elzearius lib. 1. Sacri mont. Oliuet. cap. 16. Proquetus in catalog. virot. illustr. Franciscan. Cottonus lib. 3. Institution. Catholic. lib. 68. Brouius tom. 1. Annal. Eccles. ad ann. 1463. paragraph. 64. Scæ. Salazar. sup. lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 15. 17. v-

que 15. Grauiua in *Arte Theologis* part. 2. cap. 14.

Beati Nicolai Firmiani, Confessoris. e] Luceus erat pro. §. 3. fessione, silentij stricctissimus obseruator, corpus suum austeritate edomabat; nam quocumque discipulis illud castigabat, semel in die comedebat, solo pane & aqua se reficiens: cum cuncta Conuentus munia exercebat, eum exemplari humilitate & prudentia. In oratione ferudus adlabat, quam profusius lachrymarum irrigabat, Sicque in humilissimo sanctis exercitijs persistens: preliosa morte perfunctus est in Conuento Annuntiationis Beate Mariæ Firmi, cuius corpus honorifico sepulchro reconditum habetur. Memoratur à Marco Vlyssiponensi 3. part. sup. lib. 7. cap. 42. & lib. 8. cap. 30. Gonzaga 2. part. sup. in eo Conuento, qui est 3. prouinc. Marchiz. Florebat tempore Beati Iacobi à *Mareba*: qui illius exequijs interfuit.

Beati Martini, Tervarij, Confessoris. d] Illos meminit Gonzaga sup. part. 2. in Conuento S. Ioannis, siue sancti Eremi Giulianis, qui est 10. prouinc. sancti Angeli. *Item, cum sibi sepulchrum apud imperat. delegisset, atque inueniret in matrice oppidi Galtonij Ecclesia à clero sepulsa esset, post ter. ann. ab eis fuisse diem, summo manu generatam, iuxta crucem, quâ scribas huius Conuentus proxima est, inueniri fuit: qui tandem, quod sibi vellet, quodque faceret interrogatus, respondit, velle se quidem apud Fratres Franciscanos, et in sepulchro, quod vinctus adbas sibi delegat, humari. Quamobrem à Fratruum templum illius, honorificè sepulchrum fuit. Hæc illo: item Daza 4. part. chron. minor. lib. 1. cap. 31.*

## IDIBVS NOVEMBRIS.

**N**emausi in Gallia Narbonensi, Beatorum a Balchazaris à Prato, Ioannis Chalueti, Guilielmi, & alterius Ioannis, Martyrum: quorum primus, cum esset Conuentus illius ciuitatis, Guardianus, egregiusque Ecclesiastes: primò pugionibus hæreticorum toto corpore paulatim est vulneratus: deindè capite, ense percusso, ac gutture gladio transfixo: demum semine in puteum proicitur: secundus verò, sphærule sclopatorum traicitur: alij autem duo, pugionibus hastisque transfuerberati sunt interempti: omnesque in eundem puteum pro Christo demersi. Nouocomi, Beati b Vincentij à Como, Confessoris: eximia sanctitate & vitæ candore conspicui. In territorio Vlyssiponensi, propè Atonguiam Lusitaniz oppidum, Beati c Alphonsi de Taide, Confessoris: generis nobilitate, virtutibus, ac miraculis illustris. Petrochij, in Hispania, Beati d Ioannis Confessoris.

## NOVEMBRIS XIII.

3. 2. **B**eatorum Balchazaris à Prato, cum fessis Martyrib. a] Hic onundus erat ex vrbe Briançonnensi, Diocesis Ebreundensis in Delphinatus tantis tum corporis tunc animi dotibus præditus fuit: tanto deniq; studio pietatis adornatus: vt in certamine omnia pericula, labores & odia hæreticorum, propter Christum alacri animo susceperit. Omnia quippe in eo erant, quæ hominis aut instituti, aut forma, aut natura largitur. His ministraturus prouinciz sancti Ludouici laudabiliter exerceuit: & eam ætate floretet, multo tempore & Ecclesiam Axelateuscm, Narbonensem, Carcalonensem, ac Limosensem sacro Euangelij verbo aluit: vt potè, qui singulari predicationis gratia esset perfulgidus. Hæc fama conuocata ciuitas Nemausensis: dâim inducitur

cum hæreticis gauderet, ann. 1170. Episcopus cum Clero, & proceres cum plebe, mittit ad eum, suppliciter interpellantes, quæ eos talentum sibi à Domino concessum, etiam Ecclesiz Catholicæ Nemausensis dissiparet: & ruinas, quas hæretica rabies dederat, pro sua pietatis ac Religiosis zelo, restitueret. Horum votis annuens intrepidus pater, humiliter à superioribus obedientiam accepit: Nemausumque Guardianus de nouo institutus, ire pergit: vbi cum tripudis à Catholica plebe recepitur: & tantopere in ea ciuitate laborauit, vt penè cuncta pristino splendori restitueret. Mense Iunio, concionem habens ad populum, diuino Numine afflatus, prædixit: breui tempore plures fore in ea vrbe Martyres, qui pro fide Christi, & Religione

lignone Catholica, varia tormenta passuri erant: quod & rei euentus clarè ostendit. dñm sequenti mense Novebris, ann. 1368. capta fuit civitas.

Irruptores itaque nequissimi milites, esplanarille, qui tamen nec horum blanditijs deliniri, nec promissionibus corrumpi, nec minis detereri, nec laboribus frangi potuit: quominus quæ erant viri fortis, strenuique athletæ Christi peragereot. Nam cum repereretur, & an vellet palmodium canere interrogaretur, ad omnia sibi proposita assiduo respondebat: *Vade post me Sathana: Dominum Deum tuum adorabis, & illi solo serues.* Quamobrem à sicarijs, & immensissimis hæreticis totum corpus suum pugionibus paulatim crudeliter confossum fuit, & capite ense scisso, ac gutture gladio transferberato, vicino seminecio in puteum proicitur. Mox secutus est eum B. Ioannes *Chaluctus*, confossum ipsius secundum carol. senex, ac corpore debilis, sed animo constans: qui circumdatus sclopertaris euenis hæreticorum, sphaerulis tormentarijs, toto corpore transfusus est & traiectus, ac in eundè puteum deiectus, illis in eodem motus genere lociati sunt Beati Guillelmus *Seofre*, Sacerdos: & Ioannes *Lanret* presbyter, Conuentus sacrarum rerum cultodes. Cùm autem nocturno tempore videtent hæretici ex illo puteo flammam ignis erumpere: sui factionis consensu percussit, ne id diuulgaretur, egestis & exoneratis cucullatis sordibus, vehemèti agere puteum complerunt Horum Patrum illustri Elogio agensem tecelem Gontaga tertia parte originèzaphic. Religion. in Conuentibus to. & 11. prouincie Sancti Lodoouici, & parte prima in Martyribus ordinis minorum. Barezus quarta parte chronie. minor. libro quinto cap. decimonoano & vigesimo. Seuerius libro decimo Antimartyr. olog. lxxv. cap. 3. sect. 2. paragraph. 3. ex Noltradano in histor. prouincie pag. 805.

9. 5. *Beati Vincentij à Coma, Confessoris, b*] Singularem virtutè sanctitate floruit circa annum Christi millesimum

quadringentesimū quinquagesimum quintum: sepultus est autem in Conuentu S. Crucis Comi, in cuius optimè Religiositas, ingentisque bonitatis ac probitatis testimonium pulcherrimè ac recentissima miraculose rosa fragrantissimum exhalans odorem, apparuit hyberno tempore super eius sepulchrum, non sine omnium admiratione: prout testatur Marcus Vlyssiponensis tertia parte chronie. minor. lib. 4. cap. 18. sub ann. 1419.

*Beati Alphonsi de Taide, Confessoris, c*] Huius meminit Gontaga tertia parte sup. in Conuentu Sancti Bernardini propè oppidum Atonguzæ, qui est 3. prouincie Algarbiorum. Hic (inquit) cum esset presati oppidi Atonguzæ de Bala Dominus temporalis, munda, eiusque diuinitus reuocatus, Franciscanum habitum induit, illicque ad se conformans, ut in sanctissimum virum emergeret. Obiit viri Beatus hic Peter Alphonsus in prouincia Pietatis, attamen eius corpus ad hoc Monasterium delatum est, ubi in Domino quiescit: pluraque miracula, diuina virtute, in circumuicinarum populorum beneficio, in dies erit. Eadem affirmat Barezus sup. lib. 1. cap. 55. ad annum Christi millesimum quingentesimum vigesimum sextum. Rapinæ in histor. general. origin. Recollector. decad. 8. part. 1. paragraph. 9. Maranus lib. 1. cap. 6. vocatur *Ioannes* à Bosio tom. 1. de Signis Eccles. lib. 12. cap. 21. Salazar lib. 3. chronie. prouinc. Castellæ cap. 12. Daça 4. part. chronie. minor. lib. 1. cap. 37.

*Beati Ioannis Petrochij, Confessoris, d*] Memoratur à 5. 5. Gontaga sup. in Conuentu 11. prouincie Anglorum. Barezus lib. 3. cap. 48. sub ann. 1344. Rapinæ sup. decad. 4. part. 1. paragraph. 7. Martano lib. 1. cap. 5. chronie. illustror. obierunt. Reformar. huc in ipsa Dominicæ Natiuitatis nocte celebrant, Christus in elegantissimi pueruli forma apparuit: eique, ad Crucis lignum, pauperem quemdam claudum, reintegrare cooocessum est.

## DECIMOCTAVO KALENDAS DECEMBRIS.

**A** pud Montem-Regalem in Aquitania, Beatorum <sup>a</sup> Martyrum, Francisci & Iacobi: qui verberibus, conuictisque ab hæreticis lacerati: tandem plumbeis glandibus toto corpore traiectus, primus occubuit; alter verò gladio transferberatus interiit. Assilijs in Vmbria, Beati <sup>b</sup> Ruffini, Confessoris: Seraphici Patris Sancti Francisci socij: orationis & contemplationis prærogativa sublimis: qui & virginitatem illæsam perpetuò custodiuit: & Dæmonibus factus terribilis, meritis atque virtutibus conspicuus excessit è vita. Carauillæ in Hungaria, Beati <sup>c</sup> Ioannis, Confessoris: prouincie Hungariæ Custodis. In territorio Amalphitano, Beati <sup>d</sup> Gismundi, Confessoris: miraculis clari. In Castella, Beati <sup>e</sup> Petri à Pegna, Confessoris: qui ob egregias animi sui virtutes, prouincie Castellæ electus Prouincialis Vicarius, zelo Regularis obseruantie emicuit, ac sancto fine quieuit. Lucenzæ, Beati <sup>f</sup> Incogniti, Confessoris, gloria miraculorum celebris. In Apulia, Beati <sup>g</sup> Bernárdini à Nuceria, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Florentiæ Beati <sup>h</sup> Anronij à Piscina, Confessoris: qui potens opere & sermone, multis extitit causa salutis. Mexici, in India Occidentali, Beati <sup>i</sup> Iacobi de Penna, Confessoris: qui strenuè in Euangelio laborauit. In Hispania, Beati <sup>l</sup> Andræ Roderici, Confessoris.

3. 1. **Beatorum Mariæ, Francisci & Iacobi.** \*) Cùm he-  
reticorum fœdore omnia per Aquitaniam depopula-  
rentur: Cœuensis minor. Montis-Regalis haud manus  
impiorum euasit ann. 1566. eo enim tempore, Fratri-  
bus primò malè affectis verberibus, conuulsiq; la-  
cessitis, atq; carceribus mancipatis, duo ex eis mor-  
tem acerbam oppetiere: vti discimus ex Reuerendissi-  
mo Gonzaga dicente part. 3. origin. seraphic. relig.  
in Conuentu præfato Montis-Regalis, qui est 29. provin-  
ciæ Aquitaniz Antiquioris. *Ex præfatis uerò Patri-  
bus duo Martyri laute infenseri, in calum enolarunt:*  
*Quorum alter venerandus, scilicet P. Franciscus Ladega-  
rius, Sacerdos, pluribus gladiis ab Hæreticis traiectus*  
*interiit: alter uerò, uidelicet, Frater Iacobus Lagerrus,*  
*Laicus professus, eodem mortis genere, atq; gladiis transf-*  
*uerberatus occubuit.* Eadem habet Barezus part. 4.  
chronic. minor. lib. 3. cap. 6. Daça ibidem lib. 3. cap.  
58.

5. a. **Beati Ruffini, Confessoris.** b) Patria Afflicta, nobili  
genere extortus erat, Beatae Clare Virginis conlangui-  
nentis, inter alios Diui Francisci primos discipulos fra-  
grouit redolentia sanctitatis: & habitum Ordinis mi-  
norum magna cum deuotione suscepit anno Domini  
1210. Erat autem virgo portissimus, orationis & con-  
templationis prærogatiua sublimis: plurimiq; vir-  
tutibus adornatus. Cùm vna dierum Beatus Franciscus  
de rebus diuinis loqueretur cum Fratribus; ait ip-  
sum Beatum Ruffinum virum sanctissimum esse, prout  
coelitus sibi reuelatum fuerat à Domino. Propter assidu-  
itatem vni orationis ac contemplationis, sic erat in  
Deum absorptus, quod quasi insensibilis fieret, caris-  
simèq; loqueretur: & tunc ita impedire, vt verba,  
magna cum infortitate, & quasi quadam violentia,  
videretur proferte. Verum amequm huic perfectionis  
gradum attingisset, permittit illum Dominus graui  
tentatione probari. Fuit quidem semel & iterum de  
prædilectione à Diabolo, valde vexatus; sed à Seraphico  
Patre Sancto Francisco extitit omnino libera-  
tus. Extunc autem Beatus Ruffinus sedula, magna-  
que cum attentione Duo Francisco ministrabat: &  
præ aliis Fratribus, factorum Stigmatum tamen Patris,  
maximè dextri lateris, iam iam à Christo impressorum  
fuit curiosissimus indagator; & multiplici ex pœnimento,  
se & socios, eodem Seraphico Patre adhuc viuente,  
reddidit certiores.

5. 1. Formidolosus Dæmonibus etat atq; terribilis, ad  
solum ipsius aspectum cuius aufragientes; quos ita suis  
orationibus torquebat, sicut taeterni in torculari com-  
pituntur; quare possessi à Diabolo, in eius præsen-  
tiam adducti, confellim liberi dimittebantur. Graui  
tandem morbo ipse detentus, mortem sui vicinam  
esse præuide: cui in extremis constituto, apparuit.  
D. Franciscus, cum multitudine Angelorum, ad  
quorum societatem perducitur, transfuit in cælum. Exces-  
sit autem de vita in quodam pago propè *Partimouclam*,  
exindeq; corpus eius delatum est Afflicto, & in Ec-  
clesiâ Sancti Francisci condigno honore sepultum ag.  
1270. De eo agunt Beatus Bartholomæus Pisanus lib.  
2. conform. fruct. 4. 6. 7. 8. 11. 12. part. 2. & lib. 1. fruct.  
5. 6. 9. 11. 13. part. 2. & lib. 4. fruct. 1. 3. part. 2. Codex  
MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. in provinc. S. Francis-  
ci B. Antoninus 3. part. histor. ritul. 24. cap. 7. 5.  
7. & 12. Marianus lib. 1. cap. 5. Marcus Vlyssiponen-  
s. part. 1. chron. minor. lib. 1. cap. 10. 28. 41. 78. 81.  
lib. 2. cap. 2. 51. 57. & libr. 6. cap. 5. vsq; 13. 19. &

38. Floretum minoritic. cap. 28. Toffinianus libr. 1.  
histor. seraphic. Gonzaga sup. part. 1. in Beatis vira  
huiusce ordinis: & part. 2. in 3. Conuentu provinc. S.  
Francisci. Firmamentum trium ordinum tractat. 1. in  
memoriali ordinis minorum subinit. Wadingbus tom.  
3. opuscul. D. Francisci in colloquio 31. item tom. 2.  
annal. minor. ad ann. 1210. §. 12. & tom. 2. an. 1270.  
§. 17. & seq. Bernardinus de Bussi in mariali part. 5.  
serm. 12. part. 2. Algezira in Arbore Epilologica totius  
ord. Francisc. Elzearius lib. 2. sacri mont. Olluet. cap.  
2. 5. Picquetus in catalog. vitor. illust. ordin. minor.  
Palbertus lib. 8. Strellarij coron. Virgin. part. 2. art.  
3. cap. 10. Pomarius in Quadragesimal. 1. de pœnitentia  
serm. 12. feria 1. post Latate in fin.

**Beati Iohannis, Confessoris.** d) Memoratur à Pisano  
lib. 1. sup. fruct. 8. & 11. part. 2. in provinc. Hungar.  
Cod. MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Gonzaga 1.  
part. sup. Wadingho tom. 2. Annal. sup. ano. 1287.  
§. 2. Picquetus sup.

**Beati Gonsmundi, Confessoris.** d) Illius meminerunt  
Codex MS. & Pisanus sup. in provincia Apulia. In  
*Sylua* (inquit) *de Melis ubi antiquitus fuit locus Fra-*  
*trum*) *iacet Sanctus Frater Gonsmundus sanctitate &*  
*miraculis famosus: qui dum in dicto loco à Fratribus*  
*deserto, esset sepultus, eundem modum de provincia in som-*  
*nis apparuit, dicens: surge & uade ad Monasterium de*  
*Ripa, & die Menacho, nomine Resurgens, ut corpus*  
*meum de Sylua extrahat, &c.* Illic enim latius persequit-  
ur, quomodo hæc Translatio facta sit in Ecclesiam  
sancti Stephani de Ripa; vbi nunc vsq; corpus eius,  
magna in veneratione habetur. Eadem habent Mar-  
cus Vlyssiponen. sup. 2. sup. lib. 9. cap. 24. §. 1. ad  
ann. 1362. Toffinianus sup. Wadinghus tom. 1. sup.  
ad ann. 1241. §. 19. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 59. ex  
Crescentio in Dialogo. Picquetus sup. à quo *Sigis-*  
*mundus* dicitur.

**Beati Petri à Pegna, Confessoris.** e) Vix extitit Reli-  
giosissimus, vita & moribus laudabilis apud Patres  
Obseruantinos in Hispania; qui multis perfunctis la-  
boribus in propaganda Repolati obseruantiâ, tandem  
meritis præclarus, decessit de vita ann. 1465. cùm esset  
Provincialis Vicarius provincie Castellæ; sepultus quo  
est in Conuentu Compluten. Vti testatur Marcus  
Vlyssiponen. part. 3. sup. lib. 5. cap. 28.

**Beati Lucæ, Confessoris.** f) In Conuentu Sancti  
Saluatoris Lucæ sup. summo Altari Ecclesiæ, asser-  
uantur huius Beati Patris locogniti ossa: cuius lingua  
adhuc recentissima perseverat. Ad ipsius sepulchrum  
mira operantur: quorum fidem facit plurimæ  
tabellæ ibidem ex voto appensæ: quibus depinguntur  
facta mirabiliora, in monumentum posteritati refe-  
uata. Scribent de eo Gonzaga part. 2. sup. in præfato  
Conuentu, qui est 7. provincie S. Angeli. Barezus  
sup. lib. 1. cap. 52.

**Beati Bernardini à Nuceria, Confessoris.** g) Provincie  
Sancti Angeli (cuius erat alumnus) æritæ Prouti-  
cialis Vicarius: qui ad tantam viræ perfectionem deue-  
nit, vt dei & horæ ipsi transiit fuerit sibi coelitus præ-  
nuntiorum tempus. Vide Marcum Vlyssiponen. 3.  
part. sup. lib. 7. cap. 29. ad ann. 1496.

**Beati Antonij, Confessoris.** h) Antignati Infubrie  
oppidi, ac Conuentus Sanctæ Mariæ de Gratino, quæ  
est 28. provinc. Mediolanen. illic extructi aedicia non-  
nunquam fuit hic pissimus Pater, famosissimus sui  
temporis Ecclesiastes, atque virtutibus omnino insi-  
gnis:



signis: sed Florentiæ huic sæculo valediat. Teste Gonzaga part. 2. sup. in hoc Conuentu. Waddingham. 4. sup. ad ann. 1399. §. 63.

- §. 10. *Beati Iacobi de Penne, Confessoris.* 1.] Vixit hic in omni sanctitate perfectissimus, Regule obseruantissimus, paupertatiq; & caritatum virtutum amantissimus. Vnico habitu utebatur, nudis interm. semper pedibus iterfaciens. Ex prouincia Sancti Gabrielis nouam Hispaniam vnâ cum Beato Ludouico à *Fuenfalsa* (qui vnus de duodecim primis Patribus erat, quos Indis Occidia complexa est) profectus est. Indiorum idioma mox didicit, usque vacabat concionando, confessiones audiendo, ceteraque ardentis spiritus præstando. Vnus illorum fuit, qui Insularum prouincie Reforma-

tionis satagebant: & ad eam rem Guadaluara se Teo pepulit abdicauit. Sanctissimè demum obiit ac sepultus est in Conuentu Mexicano ann. 1559. cuius mors colitibus reuelata est Beato Michaili à *Buenosera*. Hæc ex Gonzaga part. 4. sup. in hoc Conuentu, qui est 1. prouinc. Sancti Eugebij. Bartzoloib. 3. cap. 76. sup. Mariano lib. 2. cap. 19.

*Beati Andrea, Confessoris.* 1.] Frater erat Laicus. §. 11] Pro cuius sanctitate processus in partibus, eorum ordinariis. Teste Libello Neapoli edito ann. 1626. apud Typographiam Ioannis Dominici Roncalioli: & Rapuzio histor. general. ocig. Recolletor. part. 1. prælat. §. 4.

## DECIMOSEPTIMO KALENDAS DECEMBRIS.

**X**alificis in India Occidentali, Beati <sup>a</sup> Antonij Collaris, Martyris: qui incredibilianimarum zelo accensus, cum aduersus crimina egregiè, pro veritate, concionatus esset; à quibusdam Indis Iagalucis in via interceptus, ac sagittis confossus, Martyrium consummauit. *Amissij* in Vmbria, Beati <sup>b</sup> Leonis, Confessoris: Seraphici Patris Sancti Francisci: qui columbina simplicitate, ac puritate Angelica polleat; dono prophetiæ, & miraculorum fuit insignitus. Asturicæ in Hispania *Tarraconenk*, Beati <sup>c</sup> Ioannis, Confessoris: admirandis signis gloriosi. Turgonæ, in Germania inferiori, Beati <sup>d</sup> Hassi, Confessoris: sanctitate & miraculis conspicui. Apud Montem-Aluernum in Tuscia, Beati <sup>e</sup> Francisci, Confessoris, Tertiarij: genere, & virtutibus illustrissimi. Romæ, Beati <sup>f</sup> Bartholomæi à Salthio, Confessoris: qui pietate, doctrina, & Regulari obseruantia exornatus, viuus ac mortuus miraculis floruit.

## NOVEMBRIS XV.

- §. 1. *Beati Antonij, Martyris.* 1.] Post dies aliquot à glorioso Beati Ioannis Caleri Martyris agone, admiranda Religionis Beatus Antonius Collaris prouincie Sancti Iacobi alumnus, atque Italicæ Conuentus Guardianus: vir vtique singulari perfectione, & incredibili animatum zelo præditus, insuper & diuini verbi proclamator insignis: Chichimicæ eius Regionis, quæ *Ameca* nominatur, & Colimæ vicinæ est, accolis solenter ac sollicitè, Chirilhana disciplina, & vitæ exemplo instruere cum assueuisset; Iztalicum Conuentum vt huiusmodi hominum pro solito more Sacramenta ministraret, atque Sanctum Euangelium de soglestu proponeret, egressus in præfatorum Chichimicarum Ducem, siue Prefectum, ob grauissima quædam crimina ab eo publicè cõmissa, acriter inuestus est. Quamobrem indignatus Prefectus, illum, ea occasione accepta, inermere decreuit. Id igitur, vt quibusdam, Iagalucis vulgò nuncupatis, innotuit: virum Dei à perisio Duce ad suum Carnobium reuertentem, in Iztalica quadam valle, rem interim gratissimam Prefecto se facturos intellegentes, laculis inuoluntè configuræ: cui etiam quasi semimortuo caput abscindunt, vt impio principi dono offerant. Alij volunt, quod dum spiculo verendum eius caput immansimè penetrat: illum vitam cum morte commutata coegerit. Cuius denique corpus postridè ab Hispanis inuentum, atque ad propium Conuentum exitic delatum: magna inibi populū veneratione colitur, ob ingentis miracula quæ diuinitus operatur.

Passus est anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo. De quo scripserunt Gonzaga parte 1. orig. Seraphic. Religio. vbi de SS. Martyrb. ordin. minor. suo xuo, ob Christi fidei passis, apud Indos Occidentales: item part. 4. in Conuentu Conceptionis Beate Virginis Mariæ Iztalici, qui est 24. prouinc. Sanctorum Petri & Pauli Bartzolus part. 4. chronic. minor. libr. 3. capite 33. Rapuzio in histor. general. origin. Recolletor. decad. 7. part. 2. §. 9. Hilacion à Costa libr. 2. histor. Catholic. pag. 166. Picquetus in catalog. viror. illustr. ordin. minor. Marianus libr. 3. cap. 5. Bossus tom. primo, libro duodecimo, capite vigesimo secundo. Daça quarta parte che onic. minor. libro secundo, capite quinquagesimo quarto. Grauiña in *Dice Turinens* part. 2. cap. 14.

*B. Leonis, Confessoris.* b.] Anno Domini 1210. Ordinem muorum in gressus, scriba & confessorius fuit Seraphici Patris Dno Francisci: cui propter columbinam vitæ eius simplicitatem, Angelicamque puritatem, familiaris admodum exitic, & amabilis omnium secretorum suorum cõsiliis, maximè circa sacrorum in coepte signatum impressionem, quæ pro suo desideno ac pietate, sæpè conspex ac tangit. Sancto Francisco infirmanti ad mortem deoortè adhibic, anno 1186. die quarto Odoberis: eo vero defuncto, eum à Vicario generali Fratris Helya, durissimè verba, atque grauis accepisset, ea omnia humiliter atque patientissimè pertulit. Interfuit etiam morti Sanctæ Claræ Virginis, anno 1252. Beatum Bernardum

à *Quintavalle*, vidit, post felicem eius transitum, valde gloriosum. Iussu Beati Patris Gregentii, Generalis Missionis, atque Capitali generalis, Legendam Sancti Francisci composuit, vna cum BB. *Ruffino* & *Angelo*, eiusdem Seraphici Patris sociis: quæ idcirco *Legenda* trium sociorum hincupatur. Constat B. Leonem spiritus prophæticæ illustratione fuisse, & ad hoc virtutis signis ac miraculis claruisse. Deorum sanctitate vitæ insignis spiritum Deo tradidit ann. 1271. cuius sacrum corpus condendum iacet ad Alisij, in Ecclesia Sancti Francisci. A gurg. de eo Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 2. conformitatem. fruct. 1. 4. 3. 8. 9. 12. part. 2. item lib. 2. fruct. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 9. 11. 13. 14. part. 2. & lib. 3. fruct. 1. 3. part. 2. D. Anronius 3. part. histor. titul. 24. cap. 7. sub. init. & §. 6. 7. 9. Sabellicus lib. 10. exemplor. capit. 1. Marcus Vlyssipontenf. part. 1. chronic. minor. lib. 1. cap. 28. 34. 41. 76. 77. 92. 99. 101. 110. & lib. 2. cap. 11. 27. 37. 39. 48. 51. 54. 57. 75. & lib. 6. cap. 9. 14. 15. vsque 100. & 13. item part. 2. lib. 1. cap. 37. Toffinianus lib. 1. histor. Raphaelic. Marianus cap. 5. lib. 1. lib. 2. cap. 20. Fernandes part. 31. c. 239. Gonzaga sup. part. 1. in BB. viris huiusce ord. item part. 2. in Consuetu 3. prouine. S. Francisci, & in Consuetu Aluernie montis, qui est 17. prouineiz Tuscie. Baronius in notis ad Martyrolog. Roman. 4. Octob. Cornelius à Lapide commentar. in 1. ad Timoth. 1. iunior. 35. Iohannes Lorinus commentar. in Numeros cap. 9. numer. 24. Waddingham tom. 1. Opusculor. D. Francisci Annotar. in 16. epistol. & tom. 3. Apoptegm. 19. item Colloquio 17. 20. 23. prophæta 6. Benedictione 1. 16m tom. 7. Ansal. minor. ad 210. 1210. §. 22. 1212. §. 36. & 39. 1220. §. 15. 1222. §. 30. 1229. §. 2. 1232. §. 18. & 29. tom. 2. 21. 1270. §. 17. & ann. 1271. §. 7. Willouus Athenar. orthodoxar. Franciscan. litteræ *Les*. Codex MS. Abbat. Sancti Victor. Paris. in Ferrar. minor. prouine. Sancti Francisci sanctitate illustrib. Platus lib. 1. de homo stat. Relig. cap. 34. Algezira in Arbore Epologica totus ord. Franciscan.

§. 3. *Beati Ioannis, Confessoris. c*] Signis gloriosus diem clausit extremum apud Consuetum Asturicentium quo & sepulturam nactus est. Laicus erat professione, ad distinctionem alterius B. *Ioannis* Sacerdotis ibidem tumulati. Vide Pisano lib. 1. sup. fruct. 11. part. 2. in prouinc. Sancti Iacobi Waddingham tom. 2. Annual. sup. ad ann. 1272. §. 25. tom. 1. ad ann. 1249. paragraph. 7. Toffinianum lib. 1. io Cuitôcha Legionen.

§. 4. *Beati Hassi, Confessoris. d*] *Hasso*, & *Hassus* dictus est: vitæ sanctitate & miraculis conspicuus, Tarracensis, seu Targomis sepultus. Memoratur à Pisano lib. 1. sup. fruct. 8. & 11. part. 1. in prouinc. Colonienf.

Gonzaga part. 1. sup. in BB. viris ordin. minor. Vvadingho tom. 2. sup. ad ann. 1249. paragraph. 9. Picquero sup.

*Beati Francisci Cathany, Confessoris. e*] Nobilissimus 5. 5. etas, & Comes Cluensis, *Orlands*, siue *Rylands* (qui monte Aluerniz in Tuscia Seraphico P. D. Francisci, sua liberalitate, dono dedit) legitimus hæres, tertium autè Ordinem monorum ingressus, vitam eremiticam in eodem monte duxit. Ac cernens Patres Consentuales illius motus ac colas, hand ita purè Monasticæ professioni ineambere, ipsos dereliquit; & in paruum quandam xdicalum, propè Florentiam, secedens, aliquandiu illic est commoratus. Dehinc Romam perrexit, cuius operæ illi mons Aluerniz ad Patres Obseruantes deuoluitur est ann. 1490. iudiciorate Martini V. Sommi Pont. ac tandem Eugoij IV. ann. 1431. iterata potestate confirmatus. Quare B. Franciscus Cathanus ad hunc locum rediens, pristinaque cellam incolens, sanctissimè ibidem quiescit in Domino. De egeret Marcus Vlyssipontenf. sup. part. 3. lib. 1. cap. 51. Gonzaga part. 1. sup. in Consuetu Montis Aluerniz, qui est 17. prouine. Tuscie. Vvadinghus sup. ad ann. 1215. paragraph. 34.

*Beati Bartholomæi, Confessoris. f*] Gallus erat natione, oriundus à Marchionatu *Salurniano*, Domusij Fraocietane optima parte. Admirandas eius virtutes, præclariora quæ facinora graphicè multi descriperunt. Ab ipis etonim, *Italis* *seruatis*, *Roma* *spicior*, *Ordinis Seraphici Benedictis*, *Reformatorum atque Reuolutorum nostrorum sanctitas*, *maiorum salutium, omnium salutis animarum amantissimus*, *ut cum honoris diuini, ac gloriæ Altissimi xplantisimus*, proclamatus est; Animam Deo reddidit ann. 1617. hæc die, feria sexta, Romæ, in Consuetu nostro S. Francisci trans Tyberim, vbi & sepulturam nactus, quamvis aliquantulum à terra eleuatum, iussu Pauli V. Summi Pontif. paulò ante obitus; ita frequenter rapiebatur in extasim, vt e celo tam conuersari videretur. Multis ac maximis floruit miraculis, tum in vita, tum in morte, ac post obitum: vt & ego przsens compeci ann. 1618. 1619. & 1620. quibus in Italia demoratus sum. Agunt de eo Carolus *Isyus*, in traductione Gallica, nonnullorum opusculor. ipsius Beati Bartholomæi, nempe. *Septem Tabularum: Inuentium Amoris Diuini*, &c. in *Epistolis Dedicataris*. Elzcartus lib. 1. sacri montis Olyueti cap. 13. & lib. 3. cap. 5. Hilariæ à Colla lib. 3. histor. catholic. pag. 690. Galenus in Tabula Chronograph. secul. 17. in Sanctis & illustrib. viris. Rapinzus in histor. general. origin. Recollec. part. 2. introduct. paragraph. 3. Marianus libe. 3. chronic. stricior. obseruant. Reformat. cap. 16.

## DECIMOSEXTO KALENDAS DECEMBRIS.

**A** Pamiz, in Gallia Narbonensi, Beatorum <sup>a</sup> Martyrum Petri à Molerio, & socij eius Diaconi: qui ab hæreticis renti, & variis, diisque tormentis extruciati, tandem horribili mortis genere, victores triumpharunt cum palma Martyrij. In Italia, Beati <sup>b</sup> Petri de Lauechia, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Villæ-Françæ, in territorio Asturicensi, Beati <sup>c</sup> Sancti, Confessoris: miraculis clari. Budz, in Pannonia, Beati <sup>d</sup> Petri, Confessoris: eruditione ac pietate celebris. Assisij, in Umbria, Beate <sup>e</sup> Agnetis, Virginis: fororis Sanctæ Claræ Virginis: quæ tali vitæ sanctitate enituit: vt ad eius sepulchrum Dæmones fugarentur, & innumera miracula à Deo pararentur. Ibidem propè Assisium, Beate <sup>f</sup> Anonymæ, Virginis: quæ virtutis, Monasticæque obseruantie amore incensa, sub virili habitu inter Fratres delituit: & sanctissimam vitam agens, feliciter ad Dominum sic incognita migravit.

## NOVEMBRIS XVI.

6. 3. **Beati Ioannis à Misna, Confessoris.** c] Hic primus extitit Vicarius Provincialis apud Patres Obseruantis provincie Bohemæ, si præfato Marco Vlyssiponensi credimus: qui & ipsum vocat Ioannem à Mellana, part. 3. sup. lib. 3. cap. 19. sed hallucinatur: proce discimus ex Gonzaga secunda part. origin. seraphic. Relig. in provincia Bohemæ. Sciendum ergo, quòd cum ipsa provincia Bohemæ, pluribus Conuentibus mirum in modum excreveret, atque Fratrum numerus, non ita vulgariter augetur: tum à Reuerendissimo Patre Baptista de Lenans, Generali familiæ Obseruantis Vltimontanæ Vicario nouiter electo: tum quoque à cæteris Patribus, quorum ex munere intererat, in generali Capitulo Mantuæ anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo coacto: decretum fuit, vt prædicta provincia, in tres, nempe, Polonicam, Austriacam, & Bohemicam diuideretur. Quamobrem Reuerendus Pater Petrus de Neapoli in Commissariatum Generalem, ex Apostolica Pauli II. Pont. Maximi auctoritate, electus est, atque destinatus, vt ea opere completeret. Qui in Superiorem Germaniam profectus, aduocatis omnibus Patribus, Craucouiz, eodem anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo ipsam Bohemæ provinciam in tres distinxit atque diuisit. Nec tamen vna & eadem fides eis omnibus accidit: eùm provincia Austriaca Religiosus Pater Bonouentus Bonarus, & provincia Polonica insignis Pater Marianus Polonus, Vicarij Provinciales præferti sunt: provincie verbò Bohemæ, nullus penitus Provincialis Vicarius præfatus fuerit, sed per integrum biennium sub B. Patre Ioanne à Misna, eius tantum Commissario, manere coacta fuerit. Quo expleto, ipse Beatus Ioannes à Misna, perterritus Italianam ad Capitulum generale Vltimontanorum Patrum Obseruantium, celebrandum, ann. 1469. in Insula Bidentina provincie Romanæ: cuius opera & sollicitudine, decretum est, vt ipsa provincia Bohemæ, provincie titulo gauderet, ad eamque etigendam ablegatus fuit R. Pater Ludouicus in Commissariatum: qui eodem anno Capitulum Provinciale celebravit Vratislauæ, apud minorum Conuentum: vbi R. Pater Petrus de Balgubiz, in primum huiusce provincie Vicarium Provinciale electus est.

Hu peractis, Beatus Ioannes à Misna, diu superius exiit: nempe vsque ad ann. 1491. quo ad Capitulum provinciale Olomucij celebrandù profectus, ibidem feliciter obdormiuit in Domino: cuius Elogium paucis complexus est illustrissimus Gonzaga, *Hoc in Capitulo vltimo (inquit) omni sanctitate, omniq; virtute præditus, Pater Frater Ioannes de Misna (cuius aliquando*

MEMORIAM

meminimus) dicit ceteris patribus ex monere adesse, dicit clausi extremum, atque prefato in Convento Conceptionis B. Virgini honorifice tumulatus fuit. Hæc ille sup. in Conventu 4. predictæ pronunc. tanta autem vitæ perfectione ditatus est, vt puerum à morte suscitaret, aliasque quamplura adiderit miracula: vt post alios scribit idem Marcus Vlyssipontenf. sup. & lib. 2. cap. 33. sub an. 1508.

5. 3. *Beati Nicolæ à Conceptione, Confess. d*] Habitum Ordinis induit apud Conuentum S. Michaelis Plicæ, qui est 21. provincie S. Iosephi, studio literarum iungit & pietatis spiritum: nunquam à choro, vel oratione absens, mortificationi etiam animum dedit & humilitati: magnum virtutis exemplar de se præbens omnibus. Discipulis crebro corpus affligebat, quibus addebat ciborum parsimoniam, atque ieiunia. Zelo salutis animarum exstans tanta cum pietate peccatorum confessiones excipiebat: talique prudentiam cum ipsis agebat, vt ad salutarem penitentiam eos adduceret, & ad meliorem vitæ frugem efficaciter unduceret. In Prælatum postea electus, mirum quantum strenuè agaciter, & solerter id munus obiderit: quamque charitativè ac benignè erga omnes se gesserit: vicia tollebat, culpas castigabat, abusus coercerat, virtutes inferebat, bonos excitabat, perfectionem suadebat, & Religionis observantiam omnibus suo exemplo præferebat. Consortia secularium fugiebat: vana, otiosaque verba exhorcebat: de aliquo autem murmurare, aut detrachere, omnino nefas putabat. Diei mortis suæ præficus, Talabriz obdormivit in Domino, sepultus in Conventu S. Annæ, qui est 18. provincie S. Iosephi. vt refert Ioannes à sancta Maria, part. 2. Chronic. eiusdem provincie libro quarto, cap. 30. ad annum 1600. quo vivebat.

5. 4. *Beati Benedicti à Consfeldo, Confess. e*] Anglus erat natione, ex Consfeldo, in Effexia ortundus: nobilitate generis clarus, atque scientia apprime imbutus. Prius vocabatur Guillelmus Filsb, hæretica pravitate infe-

ctus, usque ad annum 22. ætatis suæ, quo errores abiecit. Paulò post in Galliam trajiciens, Lutetiam Parisiorum venit, ibique die 23. Martij, anno 1586. ætatis vero suæ 24. Capuciorum habitum sumpsit: què & per annum 25. detulit, summæ fuerit illius omnes virtutes. In eo etenim humilitas profundissima, obedientia promptissima, voluntaria paupertas: patientia admirabilis, amor Dei maximus, oratio feruentissima, insigniter elaxit. Tanto spiritus fervore agebatur in contemplatione rerum celestium, vt sæpe suspensus in extasim raptus, mira dulcedine frueretur. Guardianatus officio præclarè functus est Carnoti, Rothomagi, &c. Magistrus etiam munus Novitiorum ac iuvenum sæpè exercuit: ac tandem cum esset confessorius Monachium Capucinarum, Parisius, spiritum Deo reddidit, in Conventu Assumptionis Dreparæ Virginis, anno 1611. ætatis suæ 49. hac die. Nonnulla edidit opuscula in lingua Gallica: è quibus duo perlegi, Tituli præfiguntur, *Regula perfectissimi*: Item, *Equus Christianus*. Vita eius copiosè descripta est per Iacobum Brassæum, Doctorem Theologum, in alma Universitate Parisiensis. Illius meminit Ioannes Baptista à Perusio, in Præluo ad vitam B. Felicis à Cantalicio, Capucini. Galerius in Tabula Chronog. fiscal. 17. in sanctis & illust. viris. Quædam sanctimonialis Monasterij Brusellenfis, in Belgio, nomine Agatha *Wissman*, Ord. sancti Benedicti: egregias illius virtutes luculenter perstrinxit, eo Richimo, quem de eo composuit, sicque incipit.

*Ad Beatum Patrem Benedictum Capucinum, Anglum. Prosa.*

*Aus Pater perbenigne  
Flos rosarum Deo digne  
Benedicite, ter Beate,  
Cui gloria ditare.*

Op.

## DECIMO KALENDAS DECEMBRIS.

**M**Antuz, Beati <sup>a</sup> Sixti Mediolanensis, Confessoris: qui summa paupertate & humilitate, charitate atque puritate pollens: miraculis etiam extitit gloriosus. Ocræ in Aprutio, Beati <sup>b</sup> Timothei à Monticulo, Confessoris: magna abstinentia, & oratione, necnon signis admirandis spectabilis. In territorio Cantiani Episcopatus, propè Robledilium oppidum, Beati <sup>c</sup> Ioannis à Ponte-Vedra, Confessoris: qui pietati & parsimoniz deditus; zelo salutis animarum: donoque lachrymarum emicuit. Abulæ in Castella, Beati <sup>d</sup> Gabrielis à Capibus, Confessoris. Caprariz in territorio Segobienfi, Beati <sup>e</sup> Ioannis Colmenarij, Confessoris: magnæ sanctitatis viri.

- §. 1. **B**eat*us* Sixtus Mediolanensis, Confess. a] Cùm semel S. Bernardinum Senens. audisset concionantem: tanto virtutis ac perfectionis amore incoctus est, vt protinus habitum Seraphicæ Religionis sopples petierit, acceperitque. Hinc, exultans vt gygas, ad eundem Regulari Observantia viam, altissima paupertate, humilitate summa, obedientia promptissima, ardentissima charitate, oratione continua, atque pusillima castitate, exornatus fuit: quibus virtutibus, tum apud Religiosos, tum inter sæculares, non aliter quàm splendidissimum iubar resalgebatur. Plures, variasque est à dæmone percussus insidias: quas inuidio animo superavit, diuina frater ope. Sæpe enim fortis Athleta Christi, caelestibus fauoribus ac visitationibus recreatus, robustior reddebatur ad prælium. Plurimorum Fratrum Magister fuit & Pater spiritalis, quos sollicitè erudiebat in Religione omnique virtuta ac sanctitate: inter quos longè emicuit B. Bernardinus à Feltra, qui eùm miris idoneis esset prædicationi, ob linguæ tarditatem, signo Crucis factio super eam, confelsim egregiè concionatus est: gratiasque egit ipsi B. Sixto, cuius meritis id beneficium à Deo acceperat. Erat tunc B. Sixtus Guardianus Conuentus sancti Francisci Mantuæ: illoque tandem obiit, an. 1484. clarus miraculis: vbi desingear cum ramusculo florum crucifixo, & lilio albo, in signum nitidissimæ suæ puritatis.
- §. 2. Scribit Marcus Vlyssipontens. 3. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 4. B. Sixtum diem clausisse extremum, an. ætatis suæ 66. à si anno natus 16. ingressus est Ordinem Minorum: & 60. annis in eo vitam duxerit, vt ibidem ipsemet paulò antea faretur: professus mortuus erit anno sepeuagesimo sexto. Præterea, Siculum ipsum facit: eùm tamen Mediolanensis extiterit iuxta Gonzagam 2. part. Orig. Seraph. Relig. in Conuentu sancti Francisci Mantuano, qui est 3. prouinc. sancti Antonij. Tossinasium lib. 2. in prouinc. S. Antonij. Daçam part. 4. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 41. & eundem Marcus Vlyssipontens. alio in loco, nempe cap. 21. eiusdem libri admittit: quare doctus erit Siculus, seu potius Cæcilus: eo quod in die sanctæ Cæcilie Virg. & Martyr. obierit. Testatur B. Bernardinus de Bostis, in suo Manuali part. 1. factm. 8. de Concept. Virg. part. 3. hunc in vita & in morte claruisse miraculis.
- §. 3. **B. Timotheus à Monticulis, Confess. b]** Vir fuit magna abstinentiæ, vitæque sanctissimæ: orationem quam maximè diligebat, sacrum Missæ sacrificium magna

cum pietate explebat, demùm meritis ac virtutibus, miraculisque clarus obiit Ocre, in Conuenta sancti Angeli, cuius corpus honesto loco conditum est. Memoratur à Marco Vlyssipontens. part. 3. sup. lib. 8. cap. 43. & lib. 9. cop. 47. ad annum 1505. Gonzaga 2. part. sup. in eo Conuentu, qui est 13. prouinc. S. Bernardini.

**B. Ioannis à Ponte Pedra, Confess. c]** Gallæcus erat §. 4. natione; prouincie sancti Iacobi alumus, omni pietate ac deuotione præclarus, præcipuè verò in sanctissimam Deiparam Virginem, atque mysterium Incarnationis Verbi diuini, necnon Augustissimum Eucharistie Sacramentum. Ciborum parsimonia maximè delectabatur, & antequam pranderet, peccatorum confessionem faciebat: ipsam aliens veterum animæ cibum esse, quæ magis sustentari ac nutrirî debebat, quam corpus. Pauperrimus extitit atque humillimus, orationis & abstinentiæ amantissimus erat, dono etiam lachrymarum à Deo exornatus fuit. Egregiè concionabatur ingenti cum animarum fructu, quæum intruitu, Granatum summopetè cupiebat adire, vt illie Del verbum disseminaret. Zelo purioris ac sanctioris Regularis Observantiæ afflatus, transfuit in prouinciam sancti Gabrielis: vbi admirandis operibus plenus, & miraculis illustis: decessit à vita, in Conuentu sanctæ Mariæ de Angelis. Illius meminere Marcus Vlyssipontens. 3. part. sup. lib. 9. cap. 31. ad annum 1530. & Gonzaga part. 3. sup. in præfatio Conuentu, qui est 1. prouinc. sancti Gabrielis. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1214. parag. 22. Marietta lib. 17. histor. Eccles. Sanctæ. Hîspaniæ, capite trigesimo primo.

**Beati Gabrielis à Capisibus, Confess. d]** Orationis prærogatina, atque ceteris virtutibus insignis est. Agunt de eo Gonzaga sup. in Conuentu 13. prouinc. Conceptionis. Barexus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 42. ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum quintum.

**Beati Ioannis, Confessaris. e]** Regulæ suæ fuit obseruantissimus hic B. Frater Laicus, & multum orationi deditus: ab omnibus magna io reuerentia habitus. Iacet in Conuentu sancti Antonij de Caprana, qui est 7. prouincie Castellæ. Ita Salazar libro secundo, Chronic. eiusdem prouincie, capite vigesimo secundo.



## NONO KALENDAS DECEMBRIS.

**R**ossani in Calabria, Beati \* Matthæi R hegini, eiusdem civitatis Episcopi: vitz sanctitate conspicui. Biturgiz in Vmbria, Beati b Iacobi à Coronis, Confessoris: eximie virginitatis ac deuotionis viri, qui spiritu propheticò & miraculis claruit. Marianz in Corsica Insula, Beati c Mariani à Muro, Confessoris: virtutibus & signis inclyti. Innoisiz in territorio Ciuitatensi, Beati d Francisci ab Innoisa, Confessoris: qui Prouincialis minister effectus, humilitate, charitate, & oratione, aliisque penitentiz operibus emicuit, tum virginitate ex integro seruata, purissimus ad caelos propeaui. In prouincia Romana, Beati e Atchangeli à Saona, Confessoris: magnæ sanctitatis viti.

## NOVEMBRIS XXIII.

§. 1. **B**eati Matthæi R hegini, Episcopi. a ] Socius aliquando fuit gratissimus sancti Bernardini Senensis, qui cum postea ad Ecclesiam Rossanensem in Calabria, assumptus esset, concupiscenti animo optauit ibidem Conuentum Fratrum Minoribus, sub nomine sancti Bernardini, an. 1451. extruere: in cuius erectione id mirabile contigit. Occupabatur Rossanum eo tempore à Grecis, ibidemque officium, ac Missæ sacrificium, ab eiusdem generis Sacerdotibus, Græco idiomate perficiebatur. Quod cum tantis Antilles zegt ferret, conpetere ea omnia Latina lingua, ac iuxta S. R. E. ritum prædanti, Græcos Sacerdotes à matrice Ecclesia pepulit, atque ad peculiarem quandam Ecclesiam misit: iisdemque Latinos sacrificulos, qui rem diuinam de Latino more, coram populo faceret, diuinique officium persoluerent, suffecit. Quapropter exasperati Græci, nihil penitus à huius Monasterij, quod tunc prædanti B. Præfulta opera erigebatur, zdificationem conferre volebant: imò potius quicquid zdificij à piis Latinis per diem promouebatur, id totum ab illis nocte demoliebat. Vlturus igitur Deus omnipotens, tantum scelus, huiusmodi sacrilegos, hac pœna multauit: vt quoque totus ex earum feminis in lucem prodiret, aliqua monstruositate (quod nunquam antea illis acciderat) notarentur. Quibus malis meliores effecti, atque ad saniores seuerit mentem Græci, tanti facinoris commissi veniam à pietissimo eorum Episcopo suppliciter expositalerant, seseque ad huius Conuentus D. Bernardino sacrandi, & sequæ ad huius Conuentus D. Bernardino sacrandi, omnimodam constructionem, ex communi solemnique voto astruxerunt. A quo etiam tempore huiusmodi flagellum, atque monstruositas ab eis recessit: in cuius recepti beneficij gratiam actionem, illi, quod pœa pponerent, religiosis reddentes, omnibus primogenitis Bernardinis nomen imponendum curarunt. Hæc ex Gonzaga a. part. Orig. Seraphic. Relig. in Conuentu Rossanensi, qui est 10. prosig. Calabriae. Barezo 4. part. Chron. Min. lib. 2. c. 10.

§. 2. **B**eati Iacobi à Coronis, Confessoris. b ] Prouincia sancti Francisci fuit alumnus, natus in Diocesi Assistentensi, vix singulari sanctitate præditus, virginitate Deiparæ deuotissimus: sæpe coronam ex sexaginta tribus *Anno Maria, & Sex Patre miser*, compactam, recitabat in eius honorem. In colloquijs mutis, in exhortationibus, seu excoationibus publicis, semper de Beatissima Dei genitrice Maria tractatum habebat: de sanctibus ipsius efficacissimè differens: atque omnibus

declarans modum recitandi præfatam Cotonam Virginis: vt sic Matrem Christi saluantes, exorantique, ac venerantes, gratias non paucas ab omnipotenti Deo, illius intercessionem, mererentur accipere: cuius rei euentus B. Iacobus à Coronis, cognomen sancticus est. Dono prophetice clarus fuit, pluraque miracula, interuentu sacratissime Virginis edidit. Demum virtutibus & annis cumularus, post Sacramentorum Ecclesiæ, cum deuotione exemplari, susceptionem, transfuit ad celestem patriam, Biturgiz que sepulchrum hæc corpus eius: antea verò in caelum conscendere visum est Angelicis choris sociata, vizæ autem 70. annis in virginitate. De eo agit Marcus Vlyssiponens. 3. part. Chronic. Mitot. hb. 1. cap. 37. sub ann. 1410. Carthagenæ tom. 4. homil. Catholice. De Sacris Artibus. Deiparæ lib. vltim. parag. 1. post med. De Bullis part. 12. Marialis serm. t. part. 3. Salazar. hb. 1. Chronic. prouinc. Castellæ, cap. 27.

**B**eati Mariani à Muro, Confess. c ] Hic est, qui vnà §. 3. cum Patre Matthæo de Orbatana, primum lapidem posuit, pro Conuentu S. Francisci Aregnani in Corsica extruendo, anno 1456. Scribit de eo Barezas, sup. hb. 1. capite 51. ad annum 1326. quod si ita est, obisset ferè centenarius. Eius inuonit Gonzaga a. part. sup. in Conuentu 13. & 14. prouincia Corsicæ: vbi testatur vix excessisse in Conuentu sancti Francisci Marianæ, in duorum oppidorum Burgi videlicet atque Luciani confinibus. *Hæc in loco (inquit) dico: lausit extremum F. Marianus à Muro, Latinus: vix vixque finidissimus, ac omni virtute præditus, qui ab inuita, qua olem parauit, opera, calcibus ab omnibus pefactis vtriusque oppidi habet artibus annumerat.* Eadem refert Barezas sup.

**B**. Francisci, Confess. d ] Humilitatem maxime adama- §. 4. nit, propter quam nihil vile aut abiectum in Religione arbitrabatur: inde fiebat, vt cuius Fratrum inferuiret tanquam omnium mancipium esset ac seruus: prompto animo officia indistinctè exequeretur: & quàmlibet iniuriarum, seu contrarietatem patienter cum gaudio susciperet. Virtute castimonie non minus reuolubet, quippe qui virginitatem immaculatam tanta cum puritate seruauit: vt linguæ, oculis, vel alteri occasiõni contrariæ hæc parceret, quæ mandatum cordis ac corporis in concarnatam possideret. Huiuscerei gratia, corpori bellum perpetub incult. Abstinentiæ & ieiunio, vires eius auferebat, pane, herbis, & aqua simplicium reficiens. Deinde ciliõ, & discipulis aspe: cernens

spiritui rebellem, comprimebat: habitu unico, & lacteo vellebatur, Choro semper diu noctoque, pre-  
sens aderat, extra quem lectio, meditationi, & san-  
ctæ orationi iugiter vacabat. Silentium, & solitudi-  
nem suum exprobat, in qua & sapè mentis excessum  
patebatur, & in extasim capiebatur. Frequenter  
Guardianus, & Diffinitorius (licet inuitus) exer-  
cuit, necnon & præcipue toti præfuit: quo in regi-  
mine maxima vis est semper prudentiæ, charitate, ius-  
titate, vigilantia, & solertia. Tandem, cum infirmitate  
vixit modum grauetur, medicorum consilio, patriam  
uiuiss: ubi, in feliciagone, vixit suæ terminum  
expleuit, in festo S. Clementis Papæ, an. 1581. sepul-

tusque est in Ecclesia Parochiali Pagi Inouicæ: vti  
scribit Ioannes à sapia Marini. part. Chronic. provin-  
ciæ. S. Iosephi lib. 1. cap. 17.

B. *Archangeli, Confess. c*] Sacerdos erat feruentis-  
simæ deuotionis, qui responso sibi factò diuino, per 14.  
annos, interno solatio (non interrupto) gaudere pro-  
meruit: sed è conuerso, Angelo collapsante, & sti-  
mulum carnis toidem annis subire iussus, sine mou-  
tore paruit, & demum victor miraculosis acerbis  
multis excessit à vita. Floreat circa annum 1600. ita  
Marianus lib. 5. Chronic. strictor. Obseruat. Re-  
format. cap. 16. ex M. S. Monumentis prouinciæ Ro-  
mæ Recollektor.

## OCTAVO KALENDAS DECEMBRIS.

**A** pud Ratzels-dorsum in prouincia Austria, passio Duorum \* Fratrum Mar-  
tyrum, qui pro Christi fide, ab immanissimo Turca capite truncati sunt.  
In Mugello Nemore propè Scarperiam Hethrurix oppidum, Beati <sup>b</sup> Ioannis à Pe-  
rusia, Confessoris: qui Prouincialatus Tusciæ munus exercuit: & pietate, vitæ in-  
tegritate, ac sanctis moribus decoratus, quieuit in Domino. In Italia, Beati <sup>c</sup> Caroli  
à Monte Feltro, Confessoris, Tertiarij: magnæ sanctitatis viri. Apud Montem  
Morenum in territorio Cordubensi, Beatorum <sup>d</sup> Michaelis Triguilli, Marci à san-  
cta Magdalena, Ioannis à sancto Ludouico, Ioannis item de Carcamo, & Petri de  
Azpitia, Confessorum. Mantex in Calabria, Beati <sup>e</sup> Antonij Scozzetti, Confesso-  
ris: qui potens opere & sermone, gloria miraculorum, ante & post obitum extitit  
insignitus. Matelicæ in Picceno, Beati <sup>f</sup> Francisci à Fano, Confessoris: qui vitam  
solitariam ducens, multarum prærogatiua virtutum emicuit. In Austria, Beati <sup>g</sup> Ar-  
changeli ab Anspango, Confessoris. Orapessæ, in territorio Abulensi, Beati <sup>h</sup> Petri  
à Noriega, Confessoris: paupertate, oratione, ac pietate spectabilis.

## NOVEMBRIS XXIV.

1. **B**eatorum Fratrum Duorum, Martyrum, a] Ipsorum  
gloriosum triumphum paucis perstrinxit Gonzaga  
2. part. Orig. Seraph. Relig. in prouincia Austria, sub  
finem: vbi ait, præfatus Patres martyrium complexisse  
in Ratzels-dorsio, propè nouam ciuitatem, cruce-  
bus abscissis, ante iserum altare, quod & restatur Ba-  
rezzus part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 14. ad an.  
1541. ac Daça libid. lib. 1. cap. 49.

2. **B. Ioannes à Perusia, Confess. b]** Prouinciæ Tusciæ  
(dè ante an. 1390. adhuc prouinciæ sancti Francisci  
adiuncta esset) Vicarius aliquando Prouincialis extitit.  
Singulari veneratione B. Virginem Mariam pro-  
sequabatur: que idcirco illi apparuit in extremis ani-  
mam agnanti: vt fus præsentis eum solaretur. Obijt in  
Conuentu Nemoris de *Mugello*, claris meritis: cuius  
nomen, ob uite germinam, quam duxit, vitam, candi-  
dissimolque mores, in libro vix scriptum esse haud  
dubium est: tum ex reuelatione ab eadem Dei genit-  
ricæ Beato Francisco *Papicæ* facta, qua dicitur ipsius  
animam inter caelites beatitudine gaudere. Scribitur de  
eo Marci Vlyssipontis, 3. part. Chronic. Min. lib. 1.  
cap. 6. & lib. 3. cap. 51. Gonzaga 2. part. sup. in præ-  
dico Consuetu, qui est 14. prouinc. Tusciæ. Wading-  
ham tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1121. parag.  
41. & tom. 4. ad an. 1154. parag. 1.

**B. Caroli, Confess. c]** Vir fuit notæ sanctitatis, cuius  
6. **meminerunt B. Bernardinus de Buisis 2. part. Rosazij**

Quadragesimal. serm. 17. part. 2. Marulus lib. 4. fa-  
cerat. Religion. historie. Salazar lib. 6. Chron. prouinc.  
Castellæ, cap. 50. Ioannes de Torres in Prædici Ex-  
hortationib. super Regulam Tertiar. fol. 38. pag. 1. De  
Sillis in cap. 1. eiusdem Regulæ, ex Marco Vlyssipon-  
Gonzaga 2. part. sup. in B. B. viis Tertij Ord. Minor.  
**B. Michaelis, etc. Confess. d]** Fuit semper nomina-  
tissimus Conuentus S. Francisci de Monte (qui est 4.  
prouinciæ Genanens.) propè Cordubam, ex eo maxi-  
mè, quod solitarius sit, & ad meditandum optissimus.  
Quapropter haud mirandum est, si hæc sacra ædes  
Virorum caelestium capax, piarumque animarum do-  
micilium: & Eremitoria aliquot, roundanis curis ex-  
pellendis, diuinitque mysticis contemplandis optissi-  
ma, illic extructa, in hunc veteris diem excelsissimos  
produxit Anachoretas. Inter hos fulserunt B. Bar-  
tholomæus *Gualadupensis*, Franciscus *Scozzetti*, & Ioan-  
nes de *Santofacis*, de quibus sup. 18. & 21. Februar. ac  
8. August. egimus: quos secuti sunt B. Patres, quorum  
nunc memoriam facimus: tantæ in his Eremiticis  
abstinentiæ & virtutis, vt per integros menses, ad vi-  
ctum solum panem, aquam, & poma aliquot adhibe-  
rent: imò neque hæc aliquando degustarent, sed non-  
numquam intacta in cenobium reportarent, post lon-  
gas orationes, diuinas extases, & crebras corporis mac-  
erationes. Qua de re lege Wadingham tom. 4. sup.  
ad an. 1397. §. 12. ex M. S. Godæce eiusmodi loci.



- § 3. *Beati Antonij Sacerdotis, Confess. c*] Patria Maroneus erat in Calabria, qui cum iuuenis, Venetus, Theologorum operam daret, viſa Magiſtriſui proprietarij horribili fineſque morte, ſtatim relictis ſtudijs Calabreiam egreſſus, & à Conventuſibus ad Patres Obſervantales tranſiit: inter quos tantum in omni exercitio ſpontaneè profectus, vt totius ſpeciem perfectionis evaleſcit. Fuit etiam Concionator opomus, ac diſcretiſſimus verbi divini prætor: cuius dicendi vis & facundia, corda audientium ita penetrabat, vt exinde magnum augmentum ſequeretur emolumentum. Nam & ſanta prædicatione, oblatos ſibi inimicos, ſigno crucis ſanabat: & multos peccatores ſua doctrina ad viam iuſtitie reducebat. Tandem ſenio confectus, decidit in lectum, an. 1470. & in Conventu ſancti Bernardini Martice ſepultus tacet: miraculis poſt mortem illuſtris. Hæc Marco Vlyſſiponenſi. ſup. lib. 5. cap. 35. & Gonzaga part. 2. ſup. in prædicto Conventu, qui eſt 8. provincie. Calabria: *Quem* (inquit) *corpus B. Antonij Sacerdotis Martiani, miraculoſque tam in vita, tam quoque in morte, clariffimi, elegantiffimè exornas. Quam miranda opera, ab hoc beato viro parata, ſive deſiderat, vitam B. Franciſci de Paula conſolet, ſiquè abſolutè ſatiſfaciet. Quibus verbis vult eundem eſſe cum eo, cuius mentio habetur in vita præfati ſancti Franciſci, Minimorum Inſtitutionis: Vide apud ipſum Marcum Vlyſſiponenſi. ſup. lib. 9. cap. 10. Bzovium tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1471. parag. 36. à quo vocatur Antonius Eſcellus, patria Amaltheus.*
- § 4. *Beati Franciſci à Faſis, Confess. d*] Vitam agebat Eremiticam præſertim Mattheam in Piceno, quando B. Mathæus Baſilienſis, Capucinorum Auctor, ſuam Con-

gregationem inchoaverat. & ad eum veniens, capinuum acuminatum, ad ipſius ſimilitudinem, compoſuit, detulitque cum habitu nno, iuxta formam ab eodem B. Mathæo Baſiſi ſibi traditam. Hic vir Religioſiſſimus fuit, & ſingulas viæ ſanctitæ prædicit: ſilentio, & rerum cœleſtium contemplationi vacans. Cùm autem ſuis diutius ſuorum appropinquaret, à multis Fratribus, eſt frequenter viſitatus: ſed longè excolendus à Virgine ſacraſſima Dei Maræ, Mariæ, quam ſumme venerabatur. Deſuq; dulciſſimum Jeſu nomen devotiſſimè invocans, ſpiratum Deo reddidit. Obiit an. 1526. Illius meminit Marcus Vlyſſiponenſi 3. part. ſup. lib. 9. cap. 20. Boucquart tom. 1. Annal. Capucinor. ad annum 1525. & 1526. à Carſetea cognominatus.

*Beati Archangelij, Confess. c*] Admirandæ Religionis 5. 3. vir fuit: circibus & plicibus nunquam vilis eſt: ſicut nec indole, aut iracundiæ viſus. Poſt cuius obitum eius facies pulchrior apparuit, quàm in vita. Memoratur à Gonzaga ſup. part. 2. in provinc. Auſtriæ, ſub ſinem. Barezzo ſup. lib. 5. capite vigelimo quinto, ad annum 1570.

*Beati Petri, Confess. f*] Zeloductus ſalutis animarum 5. 6. traiecit in Iſciam, ubi aliquot annos egit in miniſterio verbi divini. Exinde in Hiſpaniam reverſus, viæ perfectioni operam navavit. Erat quippe tunc annis prædictis, paupertatis amanuſſimus, orationi deditus, & in Theologia apprimitè eruditus. Moritur, non ſine magna ſanctitatis opinione apud omnes ſepultus in Conventu Orapedi, qui eſt a. provinc. Caſtaliæ. Ita Salazar ſup. lib. 4. cap. 13.

## SEPTIMO KALENDAS DECEMBRIS.

**I**N Flandria, Beatorum a plurimorum Martyrum: qui à Geuzijs hæreticis tenti, & diverſis tormentorum generibus, horrendiſque ſupplicijs ob Religionem Catholicam cruciati, martyrum conſummarunt. In Tuſcia, Beati b Alberti, Confefſoris, Tertiarj. In Liguria, Beati c Ioannis Baptiſtæ à Leuanto, Confefſoris: qui Vicarij Generalis totius Familiz Ultramontanæ Patrum Obſervantiorum toties præclarè officio functus: ſanctitate ſingulariter conſpicuus exſtitit à vita. Florentiz, Beati d Dominici Campenſis, Confefſoris: venerandæ canitici & ſummæ ſimplicitatis viri. In Umbria, Beati e Vitalis, Confefſoris, Tertiarj: qui prænitentiz operibus, alijsque ſpiritualibus exercitijs iugiter vacans, miraculis copioſis coruſcavit. Apud Monafterium Tordeſyllarium, in territorio Palentino, Beati f Alphonſi, Confefſoris: humilitate, oratione, & rerum cœleſtium contemplatione inſignis.

## NOVEMBRIS XXV.

- § 1. *Beatorum plurimorum Martyrum. a*] Egregia eorum certamina, & præauſſima pœnarum genera, quibus martyrij palmam ſibi compararunt, deſcripſerunt. Fauſtus Taſſo, hiſtor. ſui temporis. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. libro ſexto, cap. 12. ad annum 1572.
- § 2. *Beati Alberti, Confefſoris. b*] Comes erat Mantuæ, quem & Scapificus Pater S. Franciſcus habitu Tertij ſui Ordinis induit: viſeferunt Ioannes de Terrer, in Prædicationibus ſuper Regulam Tertiarior. fol. 57. pag. 2. De Sillis, in cap. t. eundem Re-

gula. Salazar lib. 6. Chronic. provinc. Caſtaliæ, cap. 20.

*Beati Iſidori Baptiſta de Lenanto, Confess. e*] Omni ſanctitate aſſuebat, cùm primò electus eſt Bononiæ Vicarius Generalis Patrum Obſervantium. Familiz Ultramontanæ, an. 1455. quam duobus annis gubernavit. Erat autem præ provincie Geuſenſis abbas. Vicarius Generalis iterum ab eodem Familia Romæ electus eſt, an. 1458. quam tribus annis rexit: ruſſuſque ad id officium aſſumptus eſt Martuz an. 1467. præſuſque an. 8. Hic anno 1456. vni cum B. Marco

à *Bononia*, tunc provincie Bononiensis Vicario Provinciali, & B. Jacobo de *Primadivite*, Bononiæ ex-cepit B. Catharinam à *Bononia*, cum suis sequacibus, quæ Ferraria Booniam venerat: ut inibi novum Monasterium fundaret, inhabitaretque. De eo agunt Marcus Vlyssipponens. part. 3. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 60. lib. 4. cap. 16. & lib. 5. cap. 29. Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. vbi de Vicariis Generalib. Familiz Vleramontan. Item part. 2. in Monasterio Corporis Christi Bononiens. quod est 1. provinc. Bononiens. qui tamen in Conventu Lemantino (qui est 6. provincie Genovæ) vocat eum Baptistam à *Tallicarnæ*, sicque à *Lemanto* esset illi patrium agnomen: à *Tallicarnæ* verbò, proprium gentilitiumque nomen. Tossianus lib. 2. histor. Seraphic. Fundamentum trium Ordin. Minor. tract. 1. in Memoriali Ordinis sub 37. Generali Ministro. Bernardinus de Bosis in Mariali part. 3. serm. 3. part. 3. in fin.

3. 4. *Beati Dominici Campensis, Confess. d*] Optimus senex Laticus Florentiz decessit circa an. 1440. cuius gloria exteris confratribus diuinitus reuelata est eodem die, quo ad celestem patriam migravit: prout testatur Gonzaga 2. part. sup. in Conventu Salvatoris Florentiz (qui est 9. provinc. Tuscia) eòdem ait ibidem iacere, *Summa simpliciter Fratris Dominici Campensis corpus, qui cum discipulis B. Patris Thoma de Scarlino fuisse, nec latum unguem ab eius vestigiis, unquam decessisset, plenus sanctis operibus, anno Domini 1440. vitam terminavit.* Hunc puto eundem esse, cum B. Dominico Castellano: cuius meminimus ad 8. Novembris.

3. 5. *Beati Vitalis, Tertiarij, Confessoris. e*] Oriundus erat ex Insula Assisiatensi, in loco, vulgari idiomate, nuncupato, *Bassia*, qui eòdem Tertiarius esset vitam asperitatem ducebat, & penitentiam admodum austeram agebat. Sanctam paupertatem summè colebat, vilius induebatur, totoque tempore vitæ suæ nudis pedibus incedebat. Solitaria suten loca petens, parvam quandam ædiculam (quæ vnicò tantum militari ab Assisio distabat) propè locum vulgò, *Domina nostra Ledisa*, nuncupatum, cepit inhabitare: vbi soli Christo placere studens, leionis, discipulis, orationibus, alijsque pijs operibus sedulo vacabat. Plura vixit egit

miracula. ob quæ, vt sanctus, à populo venerabatur. Post obitum vero, sepultus est in Ecclesia Beatissimæ Virginis Mariæ, prædicti loci: ad cuius sepulchrum ingens fit concursus fidelium, quibus Deus plura confert beneficia, meritis & intercessione B. Vitalis. Illius meminit Marcus Vlyssipponens 3. part. Chronic. sup. lib. 7. cap. 17. ad annum 1490. qui ipse florebat. Salazar lib. 6. Chronic. provinc. Castellæ, cap. 25. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiarij. Ioannes de Torres in Prædicationib. super eandem Regul. fol. 38. pag. 1.

*Beati Alphonsi, Confess. f*] Oriundus erat ex Tor- 6. 6. desyllario oppido, vix in suis oculis humillimus: de aliis benè iudicans, nullum specmens, culpas in se commissas benignè condonans, & inimicis vitè parcens. Sibi verò admodum rigorosus erat, & asperus ieiunijs, disciplinis, cilicio, & alijs penitentius extraordinarijs, atque mortificationibus continuo corpus suum exercebat. Feruentissimus & assiduus stabat ad orationem: semper in cella clausus, meditationi vel lectioni occupatus, secularium, & curialium mores & loquendi modos, non capiebat, vt nugas estimabat: solam Sanctorum scientiam callebat, tantaque dicendi copia, de oratione, & rebus spiritualibus fermocinabatur, vt audientes in stuporem adduceret. Thesaurus virtutum facillè putabatur, cùm esset mitis, simplex, humilis, absque malitia, sine fictione, sinceræ mentis, & inculpatæ vitæ. Christi bonus odor extiterat in omni loco: idè õque, vt sanctè emisit spiritum, mox de corpore liquor fragrantissimus manare cepit, atque totam domum suavissimo odore suo replere: qui quidem à circumstanti populo accuratè collectus est. Nam tantus sibi fuit hominum concursus, vt per dies aliquot insepultum funus iacerit: pedes osculabantur & habitum, cuius persegmina, vi sanctas venerat sunt Reliquias, per quas mirabilia operatus est Omnipotens, qui gloriosus est in Sanctis suis. Vide Ioannem à Sancta Maria, 2. part. Chronic. provincie S. Ioseph. lib. 4. cap. 20. ad annum 1600. quo claruit. Sepulturam habuit apud Moniales Clarissas, cuius loci incolæ, eòdem Conventus Minorum Fratrum uondum esset illie extructus, qui modo pertinet ad novam provinciam S. Pauli.

## SEXTO KALENDAS DECEMBRIS.

**A**gathopoli in Gallia Narbonensi, Bearorum <sup>a</sup> Antonij Brunelli, & Pontij, Martyrum: quorum prior, cùm esset Conuentus illius ciuitatis Guardianus, Concionatorque egregius: à perfidis hæreticis gladio transverberatus, totoque corpore confossus interiit. Alter verò, socius eius, Diaconus, ense in capite & pectore percussus, semimortuus ac exanguis relinquitur: qui triduo in fidei constantia expleto, illustre martyrium obiit. Capriolæ in territorio Senensi, <sup>b</sup> Beati Petri Latini, Confessoris: charitate, & signis admirandè celebris. Corleonis in Sicilia, Beati <sup>c</sup> Anonymi, Confessoris: pietate & Religione conspicui. Scalonz, in Castella, Beati <sup>d</sup> Scraphini, Confessoris, eximie sanctitatis viri. Aptæ, in Phocensi Galliz provincia, Beatæ <sup>e</sup> Delphinæ, Virginis, Tertiariæ, genere sanctitate, & miraculorum gloria illustrissimæ.

1. **B** *Eugenius Antonij Bruelli, & Pontij, Martyrum. 2.* Ex Pohleni vrbis in Aruernia ducetab originem B. Antonius Bruellus: erat autem facundissimus Ecclesiasticus, cuius doctrina tanti habita fuit, Narbone, Arelati, & viciniquae locorum concionis habuisset: quapropter Montisepuliani Guardianus mentisissimus institutus est, vt ibidem suis feruentissimis praedicationibus Catholicos foueret, hereticos verb exagitaret. Verum, ea ciuitate, an. 1360. ab ipsis haereticis capta, Ecclesia sancti Germani inuasa est: & primò quidem B. Patrem Bruellum, hora nona Deum deprecantem, & in medio nauis Ecclesiae Pfalterium, seu Rosarium in honorem Virginis Mariae inter manus habentem, obsecrans, promouet hereticorum, afficiunt calumnias, scommatibusque animam eius exercant: deinde nulla habita sub pietatis & doctrinae, aut ztatis tanti viri ratione, pessimum verb exhortationis, quam illis fecit, vt à corpore desisterent, & poenitentiam agerent, frama corpus eius perforauerunt, reliqua membra pupanibus confodientes: siquae intra templi septa, oculis in caelum leuatis, cruoreque sparsò, spiritum reddidit Altissimo. Corpus verb per tres dies inhumatum remansit, donec hæc eruenta crudelissimamque persecutione desineret grassari contra Catholicos.
2. In ea etenim rabie, promiscuè Ecclesiasticos viros cum plebeis iungentes, non cantici, non Sacerdotio, aut Virginum pudori parcentes, multos sui iugularunt, aut lapidibus obtulerunt. Inter quos reperitur est bonæ expeditionis adolescens, orundus ex Reliana, in prouincia, Diocesis Aquis B. Frater Pontius *Cbrysi*, tam Ordine Diaconatus insignitus, sociisque fidelissimus presati B. Patris Antonij Bruelli: qui eductus extra Ecclesiam, grauer ense in capite percutitur, pedote transverberato, & seminecia, veloti erangens, reptando & volutando, ad cuiusdam piloni domum se recepit, ibique biduo delituit. Quòd cum relatum esset hæresichæ: nullum non mouit lapidem, vt facium iuuentem deciperet: sed tanta constantia Christi martyri, erat perditus, quòd nec milites ferro, nec perfidi Ministri hæretici verbis, nec medici promissis, nec tandem mulieres blanditijs, eum visquam amouerèc fide, veraque religione potuerint: siquae triduo, in corpore grauissimos dolores, & in animo angustias, pro Christi nomine sustinuit: & moriens, fidelibus populis summæ constantiæ exemplum reliquit. Agunt de eo Gonzaga Orig. Seraph. Relig. part. 1. in Conuentu Montisepuliani, qui est 1. prouinc. sancti Ludouici. Barreus 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 16. Daça ibid. lib. 1. cap. 37. Gratina in *uice Turonis*, 2. part. cap. 34. Marcus Vlyssiponenf. 1. part. ibid. lib. 9. cap. 60. Hilarij à Costa lib. 2. histor. Catholic. pag. 361. Bosius tom. 1. de Signis Ecclesie lib. 7. cap. 3. l. c. 9. Elzeasus lib. 3. cap. 10. facti mont. Oliuet.
3. **B** *Beati Petri Latini, Confess. b.* Insignis fuit vitæ sanctitate, & charitatem cuos ceteris virtutibus copulans, obuiam pauperem leprosum, ad se fura tunice (qua illum cooperuit) contactum, ad lepra mundauit: quod factum Marcus Vlyssiponenf. part. 1. sup. lib. 5. cap. 8. ad annum 1465. quem sequitur Brouas, ad an. 1471. Attribuit B. Ludouico *Scorus*, de quo infra 21. Decembris. At Gonzaga 2. part. sup. in Conuentu Capriolæ, qui est 4. prouinc. Tusciae, apertè testator contrarium, differenciam inter verumque ponens: licet iudem Senesens esse, similique eodem in Conuentu presato conspualis. Vide Daçam 4. part. Chronic.

Minor. lib. 1. cap. 18. I quo *Lanus*, simpliciter dicitur.

**Beati Anonymi, Confess. c.** Socius erat B. Pauli à *Carbone*: cuius vestigia infectatus, multis virtutibus claruit. Laicus exitit professione, sed deuotissimus & feruens in opere. Qui in Conuentu sanctæ Mariæ de Iesu Carleonensi sepulatus, maximum suæ sanctitatis specimen dedit: Cùm post multos dies ab eius funere elapso, illos corpus genuerem, atque complicatis manibus, facie interius ad summum altare versa, inuentum sit. Quamobrem tanquam Beatus, Deoque charus ab omnibus colitur. Hæc est Gonzaga 1. part. sup. io praedicto Conuentu, qui est 15. prouinc. Siciliæ.

**Beati Seraphini, Confess. d.** Ingentis sanctitate claruit 6. 3. apud Conuentum Scalonensem, qui est 15. prouinc. Castellæ: vt refert Salazar in Chronic. eiusdem prouinc. lib. 13. cap. 22.

**B. Delphina, Virg. e.** Nascitur anno 1284. hæc est 6. 6. illustrissima Hecina, sancto Eleasario inter Arriani Cornis, desponsata, perpetuum cum eo durit calibatur, ius interien conugij minime spernens, per spationem 26. annorum. Ita vt nonnunquam S. Eleasario, & B. Delphina, vna dormientibus in eodem lecto visus sit Christus: delituisse, eisque benedixisse: quod carmine cecinit Bidermanus lib. 2. Epigrammat. 76.

Ad pacti Delphinæ tori cum pergeret vbram,

Cetta vel in nuptio Virgo manere tunc;

Itaque oculos casto corporent claudere fœno

Hinc desponsa suis Virgo, Vir indo foos,

Atcanum subijc proles pulcherrima lectum,

Virgoque proles quem fuit octa fœu:

Et placidè spouitque inter spouitque cœdit;

Cum gemans Virgo tertia Virginitus.

Ioculus obtupuit suis gaudia lectus, & ipsam

Dulcias negotij ferre rubile sua.

Vilanecc est spouit vlla altera gratior vmbra;

Hinc nec breuior ducta sperari erat.

Oportent formosam labiosa cubi in prolem,

Polehrior in thalamo Virgine vlla fuit.

Cut fugie ergo meum proles, sus, ista grabatam?

Sterne torum similem, qui cupis hanc fabulam.

Orbata itaque viro sancto, an. 1215. eundem castimoniam amorem seruauit: ita vt virgo purissima obierit, admirandis virtutibus insignis, quam Christus multis decorauit miraculis. Moritur an. 1360. 26. Noembre. in Ortu solis: sepultaque est Ape, in Ecclesia Fratrum Minorum, iuxta viri form D. Eleasarium. De ea agunt, quot quot res gestas S. Eleasari litteræ commemorant. Estat B. Delphinæ, vita antiqua, in Bibliotheca Regia Iustitiana, composita per R. P. M. I. Raphaelem Orb. Prædicat. dicata Ludouico XII. Regi Francor. vna cū Legenda ipsius S. Eleasari: de qua vide ad 7. Septemb. Post o ipsam B. Delphinam simul cum viro suo S. Eleasario fuisse ex 3. Ord. Minor. fatentur Surias cap. 16. vitæ S. Eleas. Solulus ibid. in Commentar. Marcus Vlyssiponenf. part. 1. sup. lib. 9. c. 21. & part. 2. l. 9. c. 13. 6. 7. Elzeasus 1. 2. c. 1. facti mont. Oliuet. Brolius lib. 2. Antiq. Paris. pag. 125. De Sillis in cap. 1. Reg. Terciar. Wadingham tom. 4. sup. ad an. 1360. §. 2. & 1164. §. 16. quò ab Urbano V. Pap. commissis est cura Archiepiscopo Aquis, & Episcopis Vlyssiponenf. & Sitaricenf. examinandi vitam & miracula ipsius præclaræ Virginitatis, vt patet ex litteris eius Apostolicis.

## QUARTO KALENDAS DECEMBRIS.

**N**eapoli in Campania, Beati <sup>a</sup> Jacobi à Marchia, Confessoris, qui altissima paupertate, charitate, vite austeritate, atque in Deum & homines pietate præditus, virginitatem illibatam perpetuo servavit: tum suis feruentissimis concionibus infidelium, hæreticorum, schismaticorumque ingentem conuertit multitudinem: tum spiritu prophetico repletus, & miraculis præpè innumeris in vita & post mortem clarus: meruit à Sede Apostolica inter Beatos cœles recenseretur. In Aprutio, præpè Theatem Marrucinorum oppidum, Beati <sup>b</sup> Damiani à Ripa, Confessoris: mira simplicitate, charitate, ac patientia spectabilis. Santâreni, in territorio Vlyssiponenfi, Beate <sup>c</sup> Elizabeth à sancto Hieronymo, Virginis: quæ generis nobilitate, morum grauitate, atque vite sanctitate, extitit illustrissima. Palmæ in territorio Cordubensi, Beate <sup>d</sup> Annæ Moralesæ, Virginis, virtute abstinentiæ, & Dominicæ Passionis contemplatione insignis.

## NOVEMBRIS XXVIII.

1. **B**eati Jacobi à Marchia, Confessoris. a) Pils, honorisq; parentibus natus est apud Montem-Grandonem in Piceno, anno 1391. die Dominica, summo mane: quæ de re *Democritus* in Baptismate vocatus est. Prima rudimenta fidei Christianæ, atque lingue Latinæ, Officiæ didicit, sub cuiusdam pij Presbyteri Magisterio. Inde Alæculum missus, ut humanioribus litteris operam daret: Perusium postea se contulit. Iuri Ciuili vacauit. Cùmque adolescens parentibus orbatus esset, à quodam viro nobili in domum acceptus est, ut filiorum iuuentiam inlustraret, docereturque ea quæ virtutis ac scientiæ erant. Florentiam veniens cum præfato nobili viro, ut mibi ius diceret, cepit Religionis amorem inflammas (vigesimali ætatis annuum iam attingerat) & Catholiam ingredi decreuit: sed ea in deliberationem posita, mutatur propositum, & Bibernam in Hethusia petit ad commorandam. Vbi cùm Fratris Minoribus familiarissimus esset, eorum vfas consilio, sæculo valedixit: atque Assisii in Conuentu B. Mariæ de Angelis, Franciscano habitu indutus, ablegatur in Conuentum Carceris D. Francisci, pro Nouitatu conficiendo, *Iacobus* de cateco appellatus, relicto priori *dominici* nomine, finito verò anno probationis Assisium rediit: & in eodem Conuentu Poetanculæ, professionem emisit, cum ingenti omnium læticia. A deo enim se in humilitate, voluntaria paupertate, Diuinarum rerum contemplatione, vite austeritate, facta litteræ, ceterisque virtutibus, mirabiliter exerceat: ut heroi, in maximum virtutis atque sanctissimum euaserit, ita vt via illud quàm alium sibi similem haberet.

2. **Q**uadragesima annis officium prædicationis exercuit, & omnibus ferè diebus concionabatur: tantoque ardore spiritus prædicabat: vt suis feruentissimis concionibus atque exhortationibus quamplures peccatores & meretrices conuertit ad penitentiam: hæreticos atque schismaticos Ecclesiæ reconciliari, & Infideles sacri aquæ baptismatis tinxerit. Tribus vicibus ablegatus est Commissarius Apostolicus, in exteras provincias: nempe, ab Eugenio IV. Nicolao V. & Calisto III. quo sum authoritate Italiam, Sclauoniam, Dalmatiam, Austriam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Saxoniam, Prussiam, Russiam, Daniam,

Norwegiam, Phrygiam, Germaniam, Daciam, Bosnam, Crociam, &c. peragravit: hanc autem susceptæ expeditionem, an. 1447. quam & annis ferè 13. compleoit. Quo tempore, mirum / quot periculationes, insidias, labores, penurias, atque grauis, constanti animo pro Christi nomine, tulit: quot beneficis ijs populis à Deo peccatis suis, obtinuit: quante miracula cœlestis euidens!

Romam reuersus, Generalis Inquisitor Apostolicus contra Fraternellos, alioque hæreticos in Italia, confirmatur à Calisto III. pro vt à Nicolao V. Papa, iam antea fuerat institutus. Spiritu prophætico copiosissimè abundabat: Franciscus *Samaritanus* Ord. Minor. prædixit eum fore Generalem totius huiusmodi Ord. ac Cardinalem S. R. E. tandemque Summum Pontificem: pro vt accidit, vocatusque est Sixtus IV. oblatos sibi honores, valuti Archiepiscopatum Mediolanensem, inuictò animo recusauit. Carne perpetuo abstinet, cilicio, ac ieiuniis, & oratione iugiter ieiunatus erat, disciplinæ & vniuersi penitentis actibus corpus edomabat: puritatem Angelicam ita diligebat, vt virgo integritatis permaneret. Dono lacrymarum itrigebatur in oratione: in aduersariis & huiusmodi patientissimus erat. His igitur & aliis virtutibus exornatus, pleniusque diem: Neapoli decessit à vite, die Iouis 18. Nouemb. an. 1476. ætatis sue an. 85. non autem 90. vt errore crepuit.

Sacrum eius corpus delatum est intra urbem, & 6. 4. apud Conuentum sanctæ Mariæ nouè simulatum. Miraculis, non solum in vita, & in morte respiciendū: sed & post annum à glorioso felicique ipsius transiitu, eodem sic multiplicanda, vt Sixtus IV. Summus Pontifex is permotus, Diplomate suo Apostolico, iussente Archiepiscopo Neapolitano, & Guardiano præfati Conuentus Minor. Neapoli exhumare, à terra levare, & in locum prominentem deponere, vt à fidelibus piæ ueneratione haberetur. Itaque ad manus sacellum prædicti Conuentus delatum, & cristallina reconditum arca, honorificentissimè conseruatur: ad quod etiam Neapolitanus populus incredibili deuotione fertur, huius in anno reuenter ostenditur, videlicet, in Natiuitate Christi, & in solemnitate Paschali. Postremo ad instantiam Caroli V. Germanor. Imperat. Cle,

mens VII. Maximus, scripsit ad Episcopos Afulanum, & Camerinensem, vt de vita ac miraculis B. Iacobi à *Marchis* processus fierent: sibiq; diligenter significare quæ ad ea essent, sub Datum Romæ 1. Iulij. an. 1525. Pontific. 22. At Vrbaniq; Papa VIII. per Breue datum Romæ, die 13. Augusti. an. 1624. Pontif. sui anno 2. in epist. *in sede principis Apostolorum*, Gr. B. Iacobum de *Marchia*, Beatum nun cupari & haberi concessit, ac in Ecclesia sanctæ Mariæ Nouæ Neapolitanæ ciuitatis, eius festum officio & Missa celebrari. Postea per Breue datum Tuscani, die 25. Octob. eiusdem anni concessionem prædictam ad vniuersum Ordinem Minor. extendit. Demùm, ciuitatis Neapolitanæ dignatus est patronus 1. postea die 28. Februarij 1626. sacra Rituum congregatio prædictam facultatem, Missam & Officiam, in dicta ciuitate & per totam Diocesim, celebrandi concessit ( facto verbo cum missa d.issimo PP. ) & Reliquias dicti Beati in Capella Theatini reponendi, prout de aliis protectionibus concessum est. Agitur quic de eius canonizatione in Curia: quæ omnia prælo cussa sunt Neapoli apud Typographum Ioannis Domini Roncaloli, anno 1626.

§. 5. Egregia eius facta, & miracula descriperunt Marcus Vlysiopent. part. 3. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 25. 31. 52. & 62. Item lib. 1. cap. 11. lib. 3. cap. 22. & 60. lib. 4. cap. 21. 27. lib. 5. cap. 27. & 52. Item lib. 6. à cap. 1. vsque ad 19. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. vbi de 3. Capitulo Generalissimo, ac BB. vitiis huiusce Ordinis. Item part. 2. in Conuento 1. §. & 35. prouinc. *Marchiz*, in Conuento 7. prouinc. *Tusciz*, in Cõuento 2. prouinc. *Bononiens.* in Conuento 1. 3. & 20. prouinc. *Tertiz* - *Laboris*. D. Bernardinus de Buis, in Rosario concion. per *Quadragesimam* part. 1. serm. 24. Dominice 3. part. 2. Item part. 2. serm. 27. part. 2. Bosius de Signis Eccles. tom. 1. lib. 7. cap. 1. & lib. 11. cap. 7. Toffianus lib. 1. histor. Seraph. Pius II. de vitiis illustrib. Wadingbus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1268. parag. 13. & 14. Ferrarius in Catalog. Sanctõr. hac die, Sabellius Ænead. 10. lib. 6. Ignatius in Gault, de Sanctitate Roman. Eccles. cap. 1. scilicet: *Carthagensis* tom. 4. de Arcan. Deipar. homil. Cathol. lib. vltim. parag. 7. Porreus tradit. 3. triplicis Coron. Vitg. cap. 9. parag. 3. num. 10. Turfelinus lib. 2. hist. Laurent. cap. 2. Elzearius lib. 1. c. 16. sacri mont. Olivet. Æneas Syluius in Descriptione Europæ cap. 1. Picquetus in Catalog. vitor. illust. Minor. Brounius tom. 18. Annal. Eccles. ad an. 1476. parag. 19. & seq. Salazar lib. 1. Chronic. prouinc. *Castellæ*, cap. 33. Grauius in *Orac. Terraris*, part. 2. cap. 13. Ioannes à Sancta Maria part. 2. Chthonic. prouinc. S. Ioseph. lib. 1. cap. 4. & alij multi, quos citauimus ad calcem vitæ eius, quam edidimus in lucem an. 1627. vna cum alijs, quas Fructus addidit ad Florem Sanctõrum *Rubadeneirz*.

§. 6. Potto an. 1631. mense Decembri, cum circa montem *Summan*, ac *Vesvium*, ingens terræ motus coepisset, ac Vesuius voraces ignes nimio furore euome-

ret, à quintadecima die vsque ad 27. necnon periculum maximum vbi Neapolitanæ inuenerat: B. ipse Iacobus bis in aëre apparuit, tam vrbem suo patrocino ab instans incendio protegens. Quæ de re Iacobus Milesius à suo relato, & Galterius in Tabula *Chirolog.* sæcul. 17. in Euentib. mirandis. Huius facti vti laudes præclato carmine *Sannazar* coecinit.

*Sancti fœnx, quæ nec fœcleris contagia vestri  
Nec possunt vitij sua dedere fœns.  
Æquas magnas, quæ paupertate triumphas?  
Tantus amor in cæca simplicitatis erat,  
Sylua fides, nullus viridique è cespite lectus:  
Explabant mensis anni & herba tuas.* Gr.

Alios versus Italica lingua edidit Cæsar Capæcius, part. 1. pag. 146. & 159. de Triumphis S. Francisci à *Paula* apud Neapolim.

*Beati Damiani à Ripa, Confess. b*] Laicus erat professione, vir simplex ac pius, qui curam infirmorum agebat: huius rei gratia missus fuit ad ciuitatem sancti Angeli, vt inibi pestiferis infensret: cui in via occurrit Seraphicus Pater sanctus Franciscus, verbis dulcissimi ipsum excitans ad tantum charitatis opus assumendum, quod æquo animo accept, atque fideliter & diligenter completit. Morte verò appropinquante, hand tremuit: sed positus genibus, brachijs extensis in modum crucis, oculisque in cœlum leuatis, spiritum Deo reddidit, in Conuentu sancti Andree Theatis, quæ est 3. prouinc. sancti Bernardini. Eius meminit Marcus Vlysiopent. sup. part. 3. lib. 7. cap. 19. ad annum 1504.

*B. Elisabetha à senio Hieronymo, Virg. c*] Sanctissimæ atque nobilissimæ virgo exiit, Illustrius Villæ Regiz Marchionis filia: fide, spe, charitate, ac denique omni virtutum genere, omnique sanctitate prædita. Obijt Santareni, in Monasterio sancti Claræ extra muros præfati oppidi. Hæc ex Gonzaga 3. part. sup. in eo Monasterio, quod est 5. prouinc. Portugall. Barezzo 4. part. Chronic. Minor. lib. 4. cap. 39. ad annum 1563. Wadingus tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1259. parag. 18.

*B. Anna, Virgini. d*] Tanta animi compassione & cordis dolore acerbum Dominicæ Passionis mysterium, meditabatur, vt tota in lachrymas dissoluere: propterea quod per annos viginti cæca reddita, & multis ærumnis vitæ confecta, patientie operam dedit. Nudis pedibus semper ambulauit, esamiam nunquam detulit, nec lecto decubuit: virtute abstinentiæ pollebat, in pane & aqua sepius ieiunabat, disciplinis asperis & cruentis corpus quotidiè affligebat. Sanctissimè obiit nomen Iesu pòt inuocando, in cuius morte, lux clarissima Infernariam totam illustrauit, & odor suauissimus à corpore suo exhalauit. Vti refert Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad an. 1575. quæ floruit.

## TERTIO KALENDAS DECEMBRIS.

**I**N Hispania; Beati <sup>a</sup> Ludouici de Sala, Confessoris: qui Custodiæ, nunc prouincie immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, Custos effectus: magna virtute, magnoque Religionis zelo ditatus erat. Ocræ in Aprutio, Beati <sup>b</sup> Bernardini à Fossa, Confessoris: sanctitate & eruditione celebris, qui aliquando Procurator Ordinis creatus, præcipuarum virtutum fulgore resplenduit. Ripæ Limosani in Apulia, Beati <sup>c</sup> Alexandri de Ripa, Confessoris: qui vitæ puritate atque integritate claruit: & potentia aduersus dæmones admodum valuit. Ferulæ in Sicilia, Beati <sup>d</sup> Antonij Ferulani, Confessoris: magnæ sanctitatis viri, & miraculorum gloria illustris. In Crera Insula, Beati <sup>e</sup> Hieronymi Pistoricensis, Confessoris: qui doctrina & eloquentia pollens, humilitate, charitate, atque sanctitate conspicuus, migravit in cælum.

## NOVEMBRIS XXIX.

§. 1. **B**eati Ludouici de Sala, Confess. a] Antequam prouincia Conceptionis in Hispania fuisset erecta, vocabatur Custodia sanctoiana ( à B. Petro à Sancto eius Fundatore ) sub prouincia sancti Iacobi in Galicia: cuius custodiam ipse B. Ludouicus de Sala Custos extitit, usque ad annum 1447. quo virtute Bullæ Eugenij IV. primam celebritatem congregationem, alius nomine Vicarij Prouincialis, superintelectus est. Vide Matcum Vlyssiponens. 3. part. Chronic. Minor. lib. 2. capite 27. Item libro 4. capite vigesimo nono.

§. 2. **B**eati Bernardini à Fossa, Confess. b] Aquilanus erat, originem habens à Fossæ Aprutij oppido: vir vtriusque Iesu peritus, & in scripturis sacris haud mediocriter versatus, Apostolicus Concionator, atque in aula Pontificia Procurator Ordinis, fragrantem virtutum omnium spirantem odorem, rosamque & liliom suavolentiam superans, concionatorum promouendis & inuandis conatibus maxime incubuit, peiinde in horum gratiam Latinè & Italicè non pauca digessit. Cùm autem inter partes prouinciarum Dalmatiæ & Bosniæ exortum esset dissidium, ipse B. Bernardinus ablegatus est Vicarius Prouincialis in has partes: vbi cuncta iurgia procius sedauit, & celebrando Capitulo Prouinciali Iadense, illic interfuit vt Vicarius Generalis ac Preses: quo tempore has duas prouincias in vnum coiunxit, auctoritate Apostolica, an. 1464. reuersus in Italiam. Obijt an. 1503. ætatis verbè sue 81. sepultusque est honore loco, non longe à summo altari, Ecclesiæ Conuentus sancti Angeli, Ocræ in Aprutio. Præclara huius monumenti typis mandati curauit Antonius Amicus à Fossæ, Aquilanus, sancti viri consanguineus: cuius etiam vitam diligentissimè conscriptam, latinè donauit, & in epistomen contraxit. De eo agunt Marcus Vlyssiponens. sup. lib. 5. cap. 27. & lib. 7. cap. 38. copiosius. Gonzaga a. part. Orig. Seraphic. Relig. in Commentib. 1. 3. 4. & 13. prouinc. sancti Bernardini. Willotus Athenarum Orthodoxæ Franciscan. littera B. Toffiananus lib. 1. histor. Seraph. in

eo. Sedulius Commentar. ad vitam S. Francisc. cap. 3. §. 8. Possionus in Apparatu sacro.

B. Alexandri de Ripa, Confess. c] Vitæ utique fuit sanctissimus atque integerimus, insuper & dæmonibus summè formidabilis: eùm eorum acies expulsiuè feruentissimis suis orationibus atque meritis fuderit, straueritque. Floruit iteæ an. 1525. & apud Conuentum sancti Petri Celestini Ripæ Limosani conditus iacet. Hæc ex Gonzaga part. 2. sup. in præfatio Conuentus, qui est 15. prouinc. sancti Angeli. Barezio 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 31. ad annum Christi 1526.

B. Antonij Ferulani, Confess. d] Ferulæ natus est, & adolefcens Religionem Seraphicam intrauit, in qua sic profecit, vt omnibus Regulæ obseruatione, & sanctitatis exemplo, præluceret: quin & Regina Siciliæ eius virtutis fama permota, sibi in Confessarium delegit. Curauit tunc tempore B. is Pater ( qui Regi ac Reginæ Siciliæ gratissimus erat ) vt ex Regio xario, iam quodammodo collapsus Conuentus sanctæ Mariæ de Ielo, Ferulæ, restitueretur, ac ampliaretur. Ergastulo autem carnis solutus ad astra migravit, sepeliturque voluit in comitatu Fratrum normal. prædicti Conuentus, vbi miraculis clarè meruit. Agit de eo Gonzaga sup. part. 2. in eodem Conuentu, qui est 13. prouinc. Siciliæ. Barezio sup. lib. 3. cap. 21. sub an. 1540. Daça ibid. lib. 1. cap. 31.

B. Hieronymi, Confess. e] Ad Capucinos ex obseruantiâ Familia migravit. Claruit in Concilio Tridentino, Cardinalitatem dignitatem à Pio V. Papa sibi oblatam recusauit: à quo postea in Cretam Insulam missus, sanctè obdormuit in Domino an. 1570. scribitur de eo Bouerius tom. 1. Anual. Capucinos ad annum 1570. parag. 21. &c. ex Salodiens. & alius. Mampulus Fratrum Minor. part. 2. cap. 8. parag. 25. Toffiananus lib. 3. sup. Gonzaga part. 1. sup. in Scrip. Franciscan. Vlylotus in Athenis Orthodoxæ Francisc. Possionus, sup.

## PRIDIE KALENDAS DECEMBRIS.

**I**N India Occidentali, versus Polum Antarcticum, Beati <sup>a</sup> Ioannis à Padilla, Martyris: qui Barbarorum telis confixus, pro Catholicæ fidei propagatione, gloriosè occubuit. Vindocini, in territorio Carnotensi, BB. <sup>b</sup> Iesse & socij, quos hæreticus furor ob Ecclesiæ Catholicæ defensionem, neci dedit. Dixmundæ in Flandria, passio Beati <sup>c</sup> Andræ Dicck, Martyris: qui ab hæreticis vincula, carceres, flagella, & famis inedium pro Christo perpessus, tandemque ex eorum manibus liberatus, paucis post diebus inuictum animum cælo reddidit. In Apulia, propè Campum-Bassum, Beati <sup>d</sup> Archangeli à Campo-Basso, Confessoris: qui incredibili sanctitate, atque vitæ austeritate exornatus: Vicarium Prouincialem egit in prouincia sancti Angeli. Camerini in Vmbria, Beati <sup>e</sup> Matthæi à sancto Leone, Confessoris: eruditione, & virtutum meritis insignis. Valentiz, Beati <sup>f</sup> Antonij à sancto Ioseph, Confessoris, & Concionatoris eximij: qui doctrina, eloquentia, & virtutibus præclarus, suis feruentissimis concionibus, multis extitit causa salutis, ac sancto sine quieuit. In territorio Parisiensi, apud Maldum, Beatæ <sup>g</sup> Blanchæ Reginæ Franciæ, matris sancti Ludouici Gallorum Regis: quæ Tertio Ordini adscripta; sanctis operibus vsque in finem vacauit, & post mortem miraculis clauit.

## NOVEMBRIS XXX.

§. 1. **B**eatæ Iouanis à Padilla, Martyris. a ] Prouincia Bætica fuit alumnus, qui in nouam Hispaniam, gentis illius regionis saluam supramodum anhelans, peruenit, in eoque Toluntangico Conuentui primus præfuit, qui est i. prouinc. sancti Euangelij. Inde verò vna cum B. Martino à Iesu, & alijs, ad Xaliscanos vsque penetrans, Conuentus Sapotlanensis Guardianus electus extitit. Cùmque post aliquot dies elapsos, anno 1539. Antonius à Méndez nouæ Hispaniæ Prorex, Sibolan Regionem latissimam, versus Antarcticum Polum, subiugare cuperet, nullo eò Francisco Vasquez *Cermeno*, militiæ præfecto, ac nouæ Gallæciæ Gubernatore, cum armato milite, quinque Minoritas Religione insignes, ac omni pietate conspicuus, illis adiunxit comites: { ex quibus alter fuit B. Ioannes à Padilla } qui quosvis Infideles ad veræ fidei lumen inducere satagebant. Itaque Regione hac subacta, cæteris recedentibus, ipse cum B. Ioanne à Cruz, Laico, remansit in oppido Tignefio, vbi ab inculis, comites & supra modum humaniter excepti, mirabiliter fructificauerunt. Expenditurus verò pro gratia B. Ioannes, sibi calidè collata credendum talentum, vt primùm à Tignefianis plurimos indè trum mensuram itinere populos abesse, natura doctus, hospitalitate benignus, atque conuictu pacificus, didicit: supra modum gauisus est, atque eò suum iter dirigere subsidit. Cùmque aliquoties processisset, efferas, beligeratoseque homines (*Haxales* vulgè nuncupatos) tenens in se, suosque socios acubus, toruulque valibus accurrentes confexit; comites rogauit fuga sibi consulere, dum totum ipse Barbaros expulset. Irrouentibus itaque maximo impetu illis Insuper, Dei famulus B. Ioannes genus Æreæ, eorumque furorem alaci animo, pro Christi amore, in se excepit. Sicque impiorum sagittas in se recipiens, glo-

rioso sine, mortalis vitæ cursum conclusit, ad cælumque euolsit. De eo agunt Gonzaga 1. part. Origin. Seraph. Relig. vbi de sacris Martyrib. Ord. Minor. suo xuo, ob Christi fidem passis apud Indos Occidentales: & part. 4. in prouincia SS. Petri & Pauli. Item in Conuentu Assumptionis B. Marie Sapotlanis, qui est 27. prouinc. eiusdem. Marcus Vlyssiponen. part. 3. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 52. Barezus ibid. part. 4. lib. 3. cap. 13. & lib. 4. cap. 23. sub an. 1560. Bosius tom. 1. de Signis Eccles. lib. 7. cap. 1. sæcul. 16. Rapiæus in hister. General. Orig. Recolledor. Decad. 5. part. 1. parag. 11. & part. 2. parag. 7. & Decad. 7. part. 2. parag. 2. Hilarion à Cæstis lib. 2. hister. Catholic. pag. 166. Gomara lib. 6. hister. Indiar. Occidental. cap. 18. Picquetus in Catalog. vitor. illustr. Francisc. Marianus lib. 1. cap. 10. & lib. 1. cap. 3. Daça part. 4. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 17. & 38. Grauna in *Vite Tignesis*, part. 1. cap. 14.

BB. Iesse, cum socijs, Martyr. b ] Cùm Vindocinum, §. 2. in manus hæreticorum deuenisset an. 1529. die 19. Nouemb. B. Iesse, Doctor Parisiensis, necnon prouinciaz Tutoniz Minister Prouincialis, ab eis captus est, qui dùm fratres ad martyrium fortiter subeundum pro Dei honore, & suæ Ecclesiæ defensione, hortaretur. Die Dominica ducitur ad patibulum: vbi cum habita suspensio necatur. Alij verò milites hæretici, per Conuentum discurrentes, Religiosumque locum inuenientes, ipsum gladius & halitus interemerunt, & corpus per fenestras proiecerunt. Vide Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 18. ex Consilio lib. de Consideratione Francica, fol. 62.

Beati Andree, Martyr. c ] Hæreticis Gentibus in Catholicos per Flandriam furentibus, haud Fratribus Minoribus pepererunt: quare capta Dixmundia ciuitate, & Conuentu Franciscano expulsa, hunc B. Patrom,

tem, senectute, & valetudine contraria laborantem apprehenderunt, vinculis strictissimè alligatur, & in carcerem decedunt. Paucis post diebus interiectis, inde extrahentes, virgis & bacillissimè publicè cedunt: quem post semotuosum carcerem repetete cogunt: ubi fame & paupertate cruciatur. Postea pietatis desertores cum egredi iubent, ac sese in Monasterium recipere. Quo cum vix peruenisset, animam Deo reddidit: sepultus in Conventu Durnmündensi. Ita habent Thomas Boucherus, in histor. Eccles. Fratrum Minor. Obfervantior. Faustinus Taffo in historia sui temporis. Gonzaga part. r. sup. in sacris Martyrib. huiusce Ordinis. suo xvo, ob fidem Christi, passus, in provincia Flandriae. Barceus sup. lib. 7. cap. 21. ad annum 1578. Daça ibid. lib. 3. cap. 71. Bofius sup. lib. ra. cap. 22. Picquetus & à Costa, sup. Ruffa, in Auditorio ad Navales Sanctorum Belg. hac die.

- §. 4. *Beati Archangeli à Campo-Basso, Confessoris, d.] Regularis Obfervantiae zelator admodum extitit: tanta austeritate ac feruore praeditus fuit vt ad sedandam tentationem carnis, victumque superandum, ut foeam niue & glacie plenam se immerceret, ac volutarit. Vicarius Promicis sancti Angeli factus, eam prudensissimè tenuit: demùm incredibili sanctitate resurgens, obdormiuit in Domino apud Conuentum Campi-Bassi: ad cuius exequias, tantus populorum factus est concursus, vt pluribus diebus steterit inhabitans, donec vniuersisque pro sua deuotione sacroni corpus tetigerit, & particulari habitu ipsius, pro Reliquiis Sanctis, admissis, quibus expletis magno honore ac reuerentia ibidem sepultum est. A gente de eo Marcus Vlyssipontens. part. 3. sup. lib. 8. cap. 37. ad an. 1513. Gonzaga 2. part. sup. in eo Conuentu, qui est 6. praedixit provinciae.*

- §. 5. *Beati Matthaei à sancto Leone, Confessoris, e.] Vix erat doctissimus, & in speculationis scientijs maximè exercitatus, eximiusque praedicator: qui litteris Apostolicis munitus, sub Datum et. Septemb. an. 1528. inter Patres Capucinos Religionis &raphicae habitum sumpsit. Verùm cum id vix genus, ac caputj acuminata gestatio, nonnullis summe displiceret, ob idque cauta parentetur Capucini: ipse praefugus occultusque delituit in quadam xdicula, prope pagum sancti Venantii extra Camerinum, iuxta Ecclesiam Apostolorum, ubi sanctissimè vixit, obitque: cuius mors praetiosa, Campanatum ex se pulsantem sonitu diuulgata, Ducissa Camerinensis pia deuotione commota, sacrum eius funus summo honore cursu deferri in Ecclesiam sancti Francisci Cameriniens. ibique tumulari. Memoratur à Marco Vlyssipontens. part. 3. sup. lib. 9. cap. 26. De quo cognoscitur à sancto Leone, cum Leopoltanus potius dicatur à Loopoli, Umbriae ciuitate: vide Bouerium tom. 1. Annual. Capucinor. ad annum 1528. parag. 29. & an. 1531. parag. 9. &c. quo obijt.*

- §. 6. *B. Antonij, Confessoris.]* Cùm esset Beneficiarius, eruditissimus, Concionator celeberrimus, & Doctor Regens in Vniuersitate Valentina Hispanica, ubi per annos viginti & amplius publicè docuit: fama sanctitatis Patrum nostrorum Dificalceatorum Conuentus S. Iohannis Baptistae de Ripa, prope Valentiam, illectus, decreuit apud se, mundo valedicere, se cui oogis abrenunciare, illicque perfectionis tramitem tenere, & se perfectu. Itaque in die Festo Purificationis S. Virgii Mariae, cùm ea in vrbe sollemniter concionaretur, & plura de sui ac mundi contemptu, deque Christi sequela & imitatione praeclearè diuideret. Finis sermone, sic populum allocutus est. Nunc vsque (charissimi

audientiores) verbis & lingua, sepe locutus sum vobis, sed hodie, sub vesperum, opere & effectu me oportet praedicare in Ecclesia RR. PP. Dificalceatorum Conuentus S. Iohannis Baptistae de Ripa: ubi, Deo fauente, habitem Seraphici Patris S. Francisci salutis-pium. Mirum! quàm ingens Procerum, & Opimatium ac Nobilium: Canonicozum, Clericorum, & Scholarum totius Vniuersitatis, illic adfuerit concursus: quaeque immensa populi multitudo excreuerit: cunctis ferè, praedicatione, colluctantibus, & rei euentu antonici. Nouitiam igitur magno cum spiritibus feruore incepit, breuissimè perfectionis tantam animi contentione, alacritate, & perseverantia inijt, vt breui, totius virtutum speciem facile euaserit. Sua structura spiritualis basim posuit humilitatem, cui superaddidit penitentiae opera multipliciter, vt disciplinas asperissimas, abstinentias, mortificationes non vulgares, &c. In obedientia, perfectissimè extitit, iam enim Christum induerat, ipsiisque degustauerat: cuius itaque suae est, & onus leue. Modèstis, grauitate morum, compositione corporis, prudentia, vix sanctitate, ac Regulari obfervantia multum pollebat. Quare professionis emissis, Superiores, paulò post cum eo dispensantes, confessorium & praedicatorum instituerunt. Sicque Valentiam primam concionem habuit, Dominicae Quingagesimae, deinde idem munus per rotam Quadragesimam exerceuit. Elegantissimè ac disertè concionabatur, ex ore eius verba egrediebantur, vt facile ardentes: quibus audientium aures & corda demalcebat, perfringebat, inflammabat, inurebat. Ingens fuit animatum fructus, & notabilis in populo vite commutatio, morumque emendatio, multi ex clero, extemplo ad Conuentum pergentes habitum Religionis iudicant perrebat, alij confessiones generales agebant. Mulieres etiam peccatrices ac prostitute vltro ad penitentiam conuertebantur, sicque erant commoda visiteri ciuitas: vt si Quadragesima longiorem terminum protraxisset vitium penitus extirpisset, viderique virtus blandit animis hominum insidisset: eo quòd vox sermonis eius velut sagitta potenter emissis corda abstantium penetrabat, perfringebatque vsque ad dissolucioem animae & corporis, vii) & virtutis, peccati & gratiae. Quotidie praedicebat, & saepius bis in die. Suarum autem concionum sic exordium erat. *Mate, gaudium, inferni, vitium & vinitate. Emitte, Demus, ad istos homines, radium de caelo, non ignem, ut eos comburat & perdat; sed lucidum, ut ipso illuminet ad te cognoscendum. Amen.* Exinde progrediens per alias vrbes, oppida, & vicus, non minore fructum in horreum Domini reportant. Sed bea! vt fulgur petrasit, & tot fractus laboribus, vitam suam breui tempore consumpsit, si eque tam praecleara sua mos extitisset. Per annum quippe Nouisium egit, & praedixit solummodò nouem mensibus, demptis diebus noem: cuius vltima concio fuit apud Ciuitatem Ragiam: post quam grauiter aegrotauit, quare, Valentiam adductus, per mensem & amplius lecto decubuit, ac tandem feliciter in Domino obdormiuit, frequenter repetitis hisce verbis, *Iesus, Maria, Ieseph.* Audita eius morte, accurrerit tantus populi numerus vt eo die haud pouerit sepeliri; eum publica voce, Apollonius, Beatus, Sanctum, acclamautes. Pedes eius osculabantur, piè manibus, ac Reliquis, corpus tangebant: habitus praedictus pro S. Iohannis certatum capere, contendebant. Lege Ioannem à sancta Maeta, part. 3. Chronic. prouinc. S. Ioseph. libro quarto, capite vigesimo quarto, ad annum 1600. quo fuit.



- 5-7. *Beata Blancha Regina Francie.* g.] Desponsata fuit D. Ludouice VIII. anno 1200. qui cum obisset ad Montempenſium an. 1216. summam Regni curam Blancha rex, demandatam suæ premæ mariti Regis voluntate: domes adolescens E. Ludouicus, Rex adhuc impubes: Ea rebus initio administrandis, quod mulier, quod externa, quæ dæ exterius non fide, conſilioque vteretur, iniquis zmulosque habuit: alioqui, sine controuersia, sine exceptione, laudibus cumulata. Ferunt illam à puero filium D. Ludouicum IX. Regem. Ita instituisse, eaque Religionem inuuisse, ut in animum inderet, malle amoni, quibus seclis conciperet. Patrem quoque Regem opinio est, ea continentia, in summa omnium rerum licentia; temporibusque corruptissimis, existisse: ut vsu voluptatis inter septa matrimonij combuerit: ut mirum non sit: tali vtriusque indole, domesticisque institutionibus ac exemplis, sobolem sanctam fuisse: & sanctam per se matrem, filius ubi adoleuit, etiam sanctitatem effecit. Vnde cùm sacra militæ erocem, ab Episcopo Parisiensi accepisset, bellum Saracenis, in Oriente, illustrat: Matrem cum fidelissimis anticorum reliquit, quæ procuratioe Regni fungeretur: iam nulla inuida, quod initio, ac Rege puero, eius formæ sanctitatem, fidemque perspexerant mortales: & ea tunc ætate fuerat florentissima, formaque egregia: nunc omnia maturitatem suam nuda, ætate iam vergente, ac maiore vsu rerum illustria erant: nec minus filij sanctitas matris mores excoluisse, quam institutus à matre videtur: inquit P. Æmylus, lib. 7. de Rebus Gestis Francor. in S. Ludouic. IX. Reg.
- 5-8. Miram! quot laudum encomiis, quantisque virtutum titulis, eam Reginarum extulerint probi Authores. Verè acclamatur, moliter sapiens ac prudens: dilecta Domini, Deo amabilis, hominibus utilis & accepta: raris prudentiæ formis, optima admodum & pia Regina: qua mediante, omnia factis felicique Galliarum Regno obtinuerunt: Europæ iohar splendidissimum, Francia paradoxum, vera Regiarum Didascalæ sololum, vitæ Christianæ exemplum, cunctarum speculæ virtutum, personarum fidelium amor, terroreque perfidorum. Ecclesiæ curæ, nobilium sustentaculum, ciuium mitissima Domus, pauperum nutrit, omniumque salus & solatio. Hæc & alia quæuis elogia referant Gaofridus de Bello loco, & Ionuillæ in vita S. Ludouic. IX. Reg. Franc. Papyrus Massonus, P. Æmylus, Tilius, Gilbus, Nangus, Belforesius, Duplex, &c. in eod. Reg. Bosius de Signis Eccles. tom. 1. lib. 8. cap. 7. Roullardus cap. 6. vitæ B. Isabelle Virg. fororis ipsius S. Ludouic. IX. Reg. Theuetus tom. 1. illustrit. vitor. lib. 4. cap. 4. P. Matthæus in historia S. Ludouic. IX. Reg. Franc. Wadinghus tom. 2. Annal. Minor. ad an. 1251. par. 2. & 3. Paradus in Affinitatib. Genealog. Francie. San-Marthæ in histæ. Genealog. domus Francie. Menardus in Notis ad Ionuillæ. S. Antonia. 3. part. Chiconc. tit. 19. cap. 5. par. 6. & cap. 9.
- 5-9. Poterit ipsam Reginam, raris fuisse sanctitatis formis: omninoque sanctam, existisse: testantur Ioannes de Columa, Ord. Præd. in mari historia. Didacus de Valeria, in historia Gallor. Marianus lib. 1. cap. 10. De Bullis in Rotario Quadragesimali part. 1. sem. 27. part. Gonzaga 1. part. sup. in BB. secundi ac tertij Ord. Wadinghus par. 2. P. Æmylus, sup. Baovius tom. 17. Annal. Eccles. ad an. 1251. par. 10. Saussayus in Appendice ad Martyrologium Gallicanum: quatenus quæque primæ Authores testantur ipsam quoque miraculis claruisse.
- Eam etiam nostram faciunt, & tertio ad iudicem D. 5. 10. Francisci instituto, Marianus sup. B. Bernardus de Bullis, & Gonzaga sup. Firmamentum trium Ordinum part. 1. tr. 2. de virtis ac formis illi strictor, huiusce instituti, Antonius Sillesius, de Prioleg. & Reb. 3. Ord. Minor. lib. 1. Marcus Vlyssiponen. 1. part. Chronic. Minor. lib. 9. c. 25. Wadinghus sup. par. 2. Bullus lib. 1. Antiq. Par. pag. 525. Marilus lib. 4. hist. sacræ. Religion. Salazar lib. 6. Chronic. proque Castellæ cap. 16. Ioannes de Torres in Practicis Exhortationib. sup. Regulam Tertior. fol. 17. pag. 2. & alij, qui & in habitu eiusdem Ordinis dicuntur ipsam. Quin & sub vitæ finem, vota Ordinis Cisterciensis emisisse, habitumque Religionis suscepisse, in quo decessit ac sepulta fuit. Scribunt Codex M. S. Abbatæ de Lilla, propè Melodunum. Chronica S. Dionysij, Roullardus, Menardus, & alij sup.
- Differere Chronica circa mortis annum, monet M. Meyerus, ad an. 1251. in Annal. Flandæ. quidam enim assignant an. 1251. alij, an. 1252. sed annum 1251. extitisse asserere haud dubitamus, cum præfato M. S. Codice Abbatæ Melodunens. & aliis in margine histor. Franc. Nicolai Gillij additis, Lasfero, in vita S. Ludouic. Reg. post Namurum, ex quibus corrigendus error, apud Massætum lib. 19. historie Eccles. Sanctor. Hispan. cap. 1. 8. dum illic mendose scribit decessisse à vita an. 1250. pro 1251. ut inueni liquet. De die, non minor est difficultas, cum nonnullis quinto, alij, quarto Kalendas, & 1. die Decembris eam obisse asserunt: quos tamen hallucinatos fuisse arbestur, ex eo quod 5. vel 6. diebus extrema morbi instantia laborauerit, iusta Chronica M. S. Dionysij, Roullardum, Menardum, &c. Constat etenim spiritum exhalasse, circa botam nonam diei 30. Nouemb. in festo S. Andree Apostol. Ita Marianus, sup.
- Denique, cùm Lutetiz Parisiorum spiritum Deo 5. 12. reddidisset, corpus eius solempni pompa delatum est ad Malum Durum, Gallicè, *Mal-Basifon*, Monasterium Virginum Ord. Cisterciens. à se fundatum, propè Pontisæram. Vide Chronica M. S. Dionysij. Cod. M. S. Melodunens. Nicolaus Gillium, Belforesium, Roullardum, &c. Brullium in Antiquitat. Paris. lib. 4. cap. 7. Doubleton lib. 4. histor. Abbat. S. Dionysij in Francia, cap. 10. Saussayus sup. Cor verò ipsius ex iode translatum fuit ad Abbatiam præfatum de Lilla, Ord. Cisterciens. à se fundatam: pro ut testatur idem Codex M. S. illius loci. Cui subscibitur Roullardus in Melodunens. historia, ubi de eo cornobio, pag. 413. Morinus in historia Wadingens. Ut prouide à nobis merito corrigendus Ioannes *Toussand* (vir aliqui pius & eruditus) in Notis ad quasdam Epistolas de Amicia olim contra, propter S. Maximum, Rhegiensem Episcopum, inter Ecclesiam Cathedralæ Rhegiensem, & Clerum Vemonensium, pag. 75. & 76. scribit ipsam sanctissimam Reginam, eorum suam in Ecclesia Vemonensi sepeliri voluisse: ubi vsque in hunc diem tumba vetusta coopectam cernitur in choro Vemonensis Ecclesie, ad Sequanam, in Neustria, Duxerunt Ebroicens. qui postea anno super hoc expositularis, palinodiam cantant, & errorem ingentem falsus est. Maxime cum anno 1631. idem cor B. Regine reperiunt fuerit in eodem Abbatæ de Lilla, cùm chomus antiquus Ecclesie destrueretur, & in alium locum transferretur, præfente, & assentiente illustissimo atque Reuerendissimo D. Odoario à Bella. *Cardæ*, Senonensi Archiepiscopo: necnon & piensissima eiusdem cornobij Abbatissa, & aliis Monialibus, altantibus: pro ut ratalis mhi idem Archiepiscopus, dum Meloduni

Ioduni moras agerem. A e postea D. Stephanus, vir probitate vite spectabilis, eiusdem Abbatis dignissimus Confessarius, hæc eadem scripsit, missis ad me litteris, an. 1618. 22. Martij, in hunc modum. *Anno 1634. die Martij, Lætanæ decima, præsentibus D. Archiepiscopo Senonensi, D. de Barra, eius Elemeospario, D. Cernallero, Sacerdote, & me adstantibus: R. Abbatissa cum omnibus Sanctimonialibus Monachis de Lillo, facta est aperta loculi lapidei, lanam ferreæ plumbe affixæ atque sigillatis ocellis, sub Tumba Regina Blanca, in eam medio thare Manacharum pasta, reperi: in qua inventa fuit quadrata pyxis, vel vna Blanca, & intra, cateferè omnino in pulverem redacta, panno sericeo & auro veluis contexta involuta, quibus visis & diligenter inspectis; totum suum intrapratatum loculum lapideum iterum repositum ac conclusum: res quoque cum Tumba prædicta conclusam, res manas Altare, à parte sanctimonialium, visas ipsi D. Archiepiscopo, petierat: quippe qua summe exornabant fundatrix eorum intra obitu suæ lastiferae reitaret: quarum pias res videri auctoris idem D. Archiepiscopus, suo iussu, in eum locum allatum est: ubi cum honore ac reverentia nonne resque conservatur. Totius res gesta processu Verbalium habetur, etiamque apud D. Vicarium Generalem Archiepiscopi.*

§. 13. Nunc sille gradum. LeCor, ne in mendaciorum lacunas, incautus, offensas. Tantis etiam calumniis ipsam B. Regiam lacessiti sunt impij detractores: ut charta, licet alba, præ confusione, rabelcet, si omnium diacritiam, atque cauillationem in eam impanè eumitarum, meminisse oportet: horum omnium mendaciorum segetem tellus tulit Anglicana, apud Martham Parisium, de Rebus Gestis Anglorum, sub Henrico III. Rege. Weitmonasteriensem, & alios. Quibus assentiunt pseudo Ionullæus, seu potius Antonius Petus Riensis cap. 76. vitæ S. Ludovic. Reg. Hallianus & Ioannes Seranus, in bistor. Franc. sub D. Ludovic. IX. Reg. Francor. His etiam opponimus verum Ionullæum à latebris in lucem productum, industria & labore Glanthy Menardi. Item Guisfridum de Bello-loeo: Guillelmum Carnotens. Vincentium Boluacensem, & quosvis alios testes oculos, seu cotantes: ab his opprobriis, & comitiis, seu rebus fictitijs profus immunes. Addunt Hallianus & Seranus, Margaritam Reginam, S. Ludouicum Regem, maritum suum, in expeditionem ptimam contra Sarracenos, proficiscentem, omnino loqui voluisse, manereque in Regno, coabsente, tenuisse, ob simulatam, iam inter se & Reginam matrem, Regni Regentem, abortum; quod tamen refellit pseudo-Ionullæus cap. 17. Imò B. Franciscus de Sales, vir pietate & scientia clarus, id attribuit non tixæ aut argio: sed eximio amori ipsius Margaritæ vxoris etiam sanctum Regem, ipsonum foam, quem summe diligebat, & excolebat, lib. 9. de Amore Dei, cap. 13.

§. 14. Hinc fumosa eius memoria apud Gallos: Hinc (inquit Saullayus, sup.) Regia pissima iocundiam Reges postera, magna in veneratione habuerunt: in cuius honorem, summo etiam aures effigie eius Gramine insignitas, ind. & publico vsum expiis, caruerunt. Sanè, ab eo tempore, sex Regum Christianissimorum prolapsa nate sille Regibus Hispanis date sunt in matrimonium: & decem Hispanica Regia stirpe progenitæ, seu, ex Aultrica propagine ortæ, in Galliam adductæ sunt nostris Monarchis copulandæ: quæ tamen simul iunctæ, huc tantum, vel talem Benedictioem cumulum hanc florentissimæque Christianissimæ Galliarum Monarchiæ produxerunt: quantum, hæc sola B. Blanca, Castellana, Regina mater S. Ludouici IX.

Regis, nobis peperit ( vti scicè annotauit Petrus Cottonus, in Epistola Dedicatoria Concion. de præcipuis, ac difficilib. materijs fidei, ad Reginæ Franc. an. 1617.) cuius Regia proles: sua sanctitate, corum toties inuicta, manet in æternum, & sua fecunditate nunc vsque feliciter regnat in Gallia.

Ita in huicque sanctissimæ Reginæ commendatione & laudem, dignum duxi hic apponendum quandam Tractatum M. S. nonnulla de vita, & morte ipsius continentem, ex Necrologio perantiquo, M. S. præfata Abbatis de Lillo, sub initium, à me ita excerptum.

#### De Transitu Domine Blanchæ illustrissimæ Francorum Reginæ.

**A** Nno Domini 1253. 4. Cal. Decemb. die Mercurij, ante festum B. Andrea Apostoli, migravit à saculo Domina Blanca illustriss. Francor. Regina, videlicet in civitate Parisius. Assistentibus in medio Palatii circa lectum eius pluribus Monialibus. Beatum finem pissimæ & matris imuentum, exitumque eius deuotius precibus commendantibus. Absente vero Domino Rege Ludouico, clarissimo filio suo, & Domina Imperatrice Constantino poli, nepote sua, multisque alijs Nobilibus & Retrogis astantibus, Christi munita Sacramentis, plena fide & agnitione Dominum Deum Creatorem suum, veraciter agnoscentes, & fideliter confitentes, circa horam nonam reddidit spiritum veneranda à Deo dilecta Regina, & est ista dies vniuersis sanctæ Ecclesiæ fidelibus memoriter recinenda.

#### De translatione corporis à ciuitate Parisiensi in Abbatia Pontifrag.

**E** Gredimini & slete omnes Parisiensium ciues: Egredimini & planctite omnes domestici Regni, nobiles & ignobiles, diuites simul & pauperes. Egredimini & videte Reginam vestram in diademate, quo coronastis eam, tamen sub ornato Regio, humilis habitu religionis indutam, nunc à vobis translata, sed deinceps ad vos minime redituram. Egredimini Cisterciensium Moniales, Egredimini, & videte pissimam Matrem, Dominam & Fundatricem vestram in sacro velamine, quo velastis eam ad vos humiliter venientem, vobiscum vsque ad diem resurrectionis preparationem sui corpori expectantem. O quam stupenda pietas, & admiranda humilitas; magnæque dignitatis tanta excellentia: Cisterciensem Ordinem ingreditur, & Monialium efficitur, nobilis Regina Francia, & quem viuendo præ cæteris Ordinum toto corde dilexerat, etiam moriendo plenissime demonstrabat.

#### De sietu & planctu super mortem eius.

**F** lendum nimis erat & dolendum, iam tunc in illa tempore ultra mare morabatur illustris Lu-

donicus Rex Francorum, cum duobus filiis & uxore: & in secreto portabatur per Regiam civitatem Regni Matris corpus exanimæ. Pari erant adhuc liberi, hæredes Francia, & per manus alienorum trahebantur negotia regni. Quis non flet? quis non dolet? quis potest se continere à lachrymis in tanta discrimine? quis potest inquam ad exequias tanti funeris sine magno fletu pergere? certe nullas, nisi esset inimica Ecclesia. Hæc, quomodo dolata erat Urbs inclinata Parisiensis plena populo? Hæc, in quanta tristitia versabatur civitas Regia plena dimittis, pro morte illustrissima Regina, qua in ea pacifice regnauerat, fere annis 50. Hæc, quomodo obsequium fuisse tunc nobile Regnum? Dispersa erat Vniuersa Regalis curia familia in capite omni platearum. Plorans plorabat omnis Militia Francia, tam pro morte Regina suæ, quam pro dilatione aduentus Illustrissimi Regis sui Ludonici, qui ab eiu recesserat, transflectit iam antea 5. annis. Non enim oportet, nec decens est, ut cum tanti ploratus, id est recordatio mortis, tam Virilis Domina, pueris a matris ophanorum, & iudiciis Viduarum (qua materno affectu pauperibus semper condauit) à piornu cordibus, obituione Villa perpetuo deleatur: cuius apud nos memoria in oratione sit, apud Angelos Verò in honore permaneat sine fine. Amen.

#### De sanctitate & honestate vitæ eius.

Quoniam Venerabilis Regina præuente fuit à Domino in benedictionibus dulcedinis, Gloria & honore coronata in Regno Francia, gratia & hilaritate laureata in operibus misericordiarum: quibus diceret ornata, gubernacula Regni, quæ diuina misericordie suscepit sapientissimi regabat: & per omne tempus vita sua, elemosinam & orationibus intentam, sacri lectio nibus erudita: timorem Domini pariter & amorem cordis suo vehementer impressit, per quem Vniuersos Regni hostes viriliter superauit. Fuit igitur Regina vestra moribus egregia, Alphonsi Regis Castellæ prodens filia, Ludouici Regis Franciæ uxore inclita, Ludonici Regis pissimi mater honorificata: in beata & elegantissimam propaginem multipliciter ligatibunda. Fuit etiam superni conditoris artificie eleganter composita in corpore, in effectu, in pulchritudine, nobilitatibus infirmita domi nata. Ratione Verò sensuum, & honestate morum saluberrime redimita potioribus domi gratia, virtutibus pollens, charitate præcelsus, accepit à Domino potestatem in populis, libertatem in arbitriis, humilitatem in prosperis, patientiam in aduersis. Fuit namque infirmita infirmis, sapientia laudabilis, discretione mirabilis: speculatio castitatis, exemplum clarioris. Largæ, pudicæ, piæ, & quod in ea præfulgidum erat misericordiam necessitatibus subuenire paratissima, in cunctis operibus suis laudabiliter circumflecta. Erat autem quasi hominum vita in medio Paradisi, proferens celestis sapientia Verba in medio populi sui eum fructu bonorum operum, quam spiritualis Instructio docuerat,

quam Dominus in altis extulerat: ut sub Vniuersa protectionis illius quiesceret Ecclesia Dei, & per vigorem iustitiae eius, dissiparentur omnes inimici. Erat quasi arbor magna, quam Dominus plentia uerat in regno Francia, qua fructum suum dabat in tempore suo: videlicet caritatis confusione, firmam pacem Ecclesiis obtinendo, elemosinam faciando, pauperes recreando, uidas restituendo, cateraque charitatis officia quoad dicitur adimplendo, & esca Vniuersorum in ea, quæ de plentia dicitur dicitur suam, & de multitudine misericordiarum suarum accipiebant Vniuersi.

De translatione cordis eius à Pontifara in ista Abbatia de Lilio Beatz Mariz.

Edem vero aua quo de hac vita migraberat Venerabilis Regina 3. idus Martii, translationem est pissimam cor eius per manus Dominae Alouia Albatissa, cognata eius, quondam Comites & Matricomensis à Pontifara Vbi quiescebat eam corpore, & appositus est in Monasterio de Lilio B. Maria, in quo nunc requiescit cum honore. Notum scilicet Dominus salutaris sui notum scilicet Regina præuente amoris sui, in conspectu gentium reuelans iustitiam suam, in conspectu charissimorum suorum, reuelans Dominaclemens humilitatem suam: quando voluit, desiderant, humiliterque postulat, ut post eum celiu, separatim cordis à suo corpore fieret. & Abbatissa prædicta suscipere illud, & in ista Abbatia sua (quæ amba fundauerat) sepulchra tradere, ut Munialia huius Ecclesiæ tam præfentes quam futuram, istud tam præcelsum donum semper ante oculos haberet, tamis amaris beneficium, toto corde remissicerentur, & pro viris animæ Domini deuotius exorarent, ut Deo amissio: & elemens, per instantissimam orationem suarum suffragia tam à patris eius liberare, & in celestis Regni gloria perenniter collocare dignaretur. Factumque est ita, sit nomen Domini benedictum in sacula: & in sempiterno Regno diuæ feliciter Regina Blanca, ante solem Instati & respicendat omnia istius Domina, qua cor suum de die huius Ecclesiæ in signum vera omicis: unde magnam dilectionis gratiam in suscipi est in cordibus nostris, per pinnæ amoris cordis eius, qui datus est nobis. Propterea tibi Domine retribuor omnium bonorum grates multas, & piæ laudes referimus, Iesu bone. Notum sit omnibus hæc audierunt, vel legentibus, quod Dominus Reginaldus, Venerabilis Episcopus Parisiensis, eiusdem Regis & Consiliarius prodens, & Confessor fidelissimus præfens fuit, & hoc vidit & audiuit, & testimonium perhibuit, quod charissima Regina adhuc viuens, cor suum de die huius Ecclesiæ cognata sua prædicta Abbatissa, in signum munitæ dilectionis, & eximia charitatis. Hic autem Reuerendiss. Episc. Deo dignus, hanc pretiosissimam thesaurum, cum magna reuerentia, & pietate deuota, in ista Ecclesia B. ac Venerabilis Dei Genitricis Maria, propriis manibus honorificè tumulavit, Regnante Domini nostro Iesu Christo, cum Patre & Spiritu sancto, per futura secula seculorum. Amen.

§. 16. Ut autem cunctis innotescat tempus foundationis huiusce Monasterii Malo-Dumi: Hic excerptum, ex Cod. M. S. Pergameno, in Archæus Abbatiæ præfate asseruato, quod præter ad nos 24. Nouemb. mensis Reuerendissima Abbatissa, Soror *Maria Angelica*, pietate & Religione nulli secunda: vbi hæc inseruntur.

Anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, fundata fuit Abbatia Beate *Maria Regalis* iuxta *Pontisaram*, ab illustri *Blancha Dei gratia Regina Francorum*, assensu & auxilio, incliti *Principis sancti Ludouici Regis Francorum illustris filij sui*.

Litteræ Foundationis Abbatia de Malo-Dumo.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatû. Amen. Vniuersis in fide Catholicâ Truentibus, ad quas præfata scriptura peruenerit, *Blancha Dei gratia, Regina Francorum, Saltem in Domino sempiternam*. Sacrosanctæ *Matri Ecclesie Doctores* asserunt, quod beatis *Angelecis Spiritibus* cedit ad gaudium, si renati fone baptisati, quos difficile est in præfati saeculo nequam incursum euadere delictorum: suo se Creatori affectu erigunt saluari. Et cum secundum *Apostolum*, nulla prorsus hominum merita condigna sint in terris ad ea promerenda, que *Redemptor eorum* diligenter se præstare perpetuò pollicetur est in cælis: expedit humano generi, ut de *Veritatis Evangelica consilio*, cælestes amicos acquirat, per quorum merita gloriosa supplicetur in ipso, quod sibi met deficit ad salutem. Nos igitur diuina nobis administrante clemencia voluntatem, & charissimi filij nostri *Ludouici Dei gratia Regis Francorum illustris* interueniente assensu, ob sanctorum opportuna suffragia nobis saluberrime acquirenda: affectantes decorem domus *Domini diligere*, cum *Propheta*, & *Diuinum seruitium* ampliare in ea, ad honorem *Omnipotentis Dei*, ac specialiter gloriosissima semper *Virginis Matris eius*, omniumque eorum *Supernorum pro salute anima nostra*, & animarum claræ memoria *Alfonsi*, quondam *Regis Castellæ illustris, Genitoris nostri*. &

*Alienoris Regine uxoris eius genitricis nostræ*. & charissimi *Domini nostri felicitis recordationis Ludouici, quondam Regis Francorum illustris*, ac charissimi filij nostri *prædicti*, & omnium liberorum nostrorû, necnon & omnium Antecessorum nostrorû & successorû quondam *Abbatium Cisterciensis Ordinis, de proprio bonû nostrorû temporalibus fundamur*, & edificari fecimus, ac erigi in *Parisiensi Diocesi*, iuxta *Pontisaram*, in villa que *Alnetum* antea vocabatur, quam quidem *Abbatiam, Sanctam Mariam Regalem*, eo quod in honore ac nomine *Regis* *Regina* fundata est, doinceps decernimus nominandam. donauimus etiam in perpetuum, & concessimus *Abbatibus* memoratis, ac personis ibidem Deo seruientibus, & in posterum seraturis, locum ipsum cum fundo, in quo sita sunt, *Monasterium, Dormitorium, Refectorium, Cellarium*. & omnia ac singula edificia infra ambitum murorum contenta, cum esdem edificiis & muris, sicuti se porportat circumquaque in latum & in longum, dextrorsum & sinistrorsum: qua omnia acquisieramus de nostris propriis bonis, volentes, & concedentes, quod *Abbatibus* & *Monialibus* dicti *Monasterij*, prædicta omnia & singula, ut puram, perpetuam & omninò liberam elemosinam, ac tanquam rem suam, & sui *Monasterij prædicti* propriam, possideant in perpetuum, libere & quiete, secundum *Constitutionem Cisterciensis Ordinis Regularem* eisdem *Monialibus* pro *vita* necessarium, Deo dante, & *vita* comite, in bonis amplioribus profutura. Quod ut roboretur, perpetua firmitatis præsentem paginam rei sericem continentem sigilli nostri munimine doctissime roborandam. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo quadagesimo primo, mense *Martio*.

Verfus exarati circumcirca Tumulum Regine *Blanchæ*.

Ex re *Castellæ* radians, ut in *athere Stella*, Prædixi hæc *Blancha* quam *lucet* natio *France* Rex *Pater Alfonsus*, *Ludouici* Rex *fratris* Quo *viduata* regem *agui*, ut *vigilæ* regine *grau* Hinc *pergrinante* nati, *hæc* *rexi* ut *ante*. Tandem se *Christo* eam *donauit* in *ipso* *Consuetudina* *malis* *virginis* *geni* *France* *sub* *alio* *Tanta* *præ*, *talis* *sacret* *pauper* *hic* *diemalis*.

celinum septuagesimum primum, parag. trigésimo sexto.

- §. 4. *Beati Antonij Bonfadini, Confessoris. d.]* Ferrariensis erat natione, prouincie Bononiensis alumnus, perfectus in operibus charitatis, humilitatis, & abstinentiæ, oratione feruentissimus, atque miraculis celeberrimus. Obijt Cotuuiolæ, Romandiolæ oppido, anno 1482. De quo hæc scribit Gonzaga, Origin. Seraph. Relig. part. 2. in Conuentu Cotuuiolæ, qui est 22. prouinc. Bononiens. *Cum B. Pater Ananias Bonfadinus, Ferrariensis, ante huius loci constructionem, Cotuuiola, anno salutis humana 1482. mortem abisset, atque in maiori Ecclesia à secularibus Sacerdotibus sepultus aduertisset, ad hoc Templum de nouo adificatum, post longam digladiationem, licet ipsi Sacerdotibus inuicis, ac reuolentibus, transfatus, sepulchroque quadam marmoreo, cui & sequens Epitaphium tacitum est, reconditus fuit.*

## D. O. M.

Ac Diuo Antonio Ferrariensi.

*Hoc Bonfadini saxo pia busta teguntur  
Antonij, hic uisit sancta sepulchra Dei.  
Consequorque sui Domini, uerbumque Tonantem  
Edocuit populos, Christicolæque fidem.  
Pro meritis, heu, quanta facit miracula Dini  
Francisci miles! uenit in Astra Poli.*

Illius item meminit part. 5. in BB. uiris huiusce Ordinis. Barzuzi 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 56. Toffimanus lib. 1. histor. Seraph. in eo. Pecquetus sup. Sacrum eius corpus integrum, uidi, tetagi, ac piâ ueneratus sum, an. 1620.

- §. 5. *Beati Iustini, Confessoris. e.]* Laicus erat, & ex Fa-

milia Obsecrantium, ad Capucinos transiens, magnam sanctitatis fragrantiam exhalauit. Vide Boucquium tom. 1. Annal. Capucinar. ad annum 1547. quo obiit parag. 6. &c. ex Petracio, Salodiensi, & alius.

*Beata Innocentia, Terrior. Virg. f.]* Drepani, in §. 6. Sicilia, nobilibus parentibus nascitur, ann. 1599. die 16. April. fœta sexta. Ab inuente ætate, pietati, uirtuti, & temperantiæ operam dedit: iuniua ab Ecclesia indicta, vnâ cum aduertu Domini stricte seruabat. Pompis, & uariis tribu saculi, cunctisque carnis illecebris perpetuo aduersata est: pulcherrima quidem facie, sed moribus etiam uenustior, acque elegantior. Itaque uitæ perfectioni studens, an. 1610. die 8. Decemb. in Ecclesia S. Annæ Conuentus FF. Minor. Reformator. Obseruauit. habitum Tertiariorum suscepit de manu R. P. Innocentij à Clusia eiusdem Ordinis, à quo & foror Innocentia nuncupata est, cum antea Diana uocaretur. In ea tamen uocatione, tantum humilitatis, pasupertatis, castimonie, & obedientiæ specimen præbuit: ut breui cæteris data sit in superiorem. Mûe delecebatur ut lectioe librorum P. B. Bartholomæi à Salicibus: & in meditatione sua sic exardesceret igne diuini amoris, maxime quando facta Eucharistia reciebat: ut raperetur in extasim. Tandem plena uirtutum & bonorum operum, abijt in celum an. 1624. 1. Decemb. die Dominica: cuius corpus apud nostros Reformatos delatum, integrum, suauissimæque oleis nunc usque perleuerat: quare authoritatè Urbani VIII. Summi Pontificis processu habentur, super uita, morte, ac miraculis piò futura canonisatione, sub Datum Romæ 27. Febriuar. an. 1629. uitam eius descriptit Frat. Hieronymus à Sotera, Minor. Obseruantinus Reformatus, illius Confessorius: eam uero amplius Iacobillus Fulginas, an. 1629.

## QUARTO NONAS DECEMBRIS.

**I**N Saxoniam, Beati <sup>a</sup> Electi, Confessoris: miraculorum dono conspicui. Citonij in Vmbria, Beati <sup>b</sup> Anonymi, Confessoris: qui uita sanctissima, oratione, atque illustrationibus diuinis emicuit. Apud Montem Compatrium in Hethrua, Beati <sup>c</sup> Angeli à Monte-Leone, Confessoris: uirtute patientiæ, & pœnitentiæ insignis: qui miro spiritus feruore uerbum Dei prædicans: atque orationi & contemplationi instantius uacans: quamplurimis post obitum illustratus est miraculis. In India Orientali, Beati <sup>d</sup> Antonij Casalij, Confessoris: qui strenuè in Euangelio laborauit: & multa millia Infidelium ad Christum conuertit. Madriti in territorio Tolcrao, Beati <sup>e</sup> Ioannis de Ladrada, Confessoris: magnæ sanctitatis uiri.

## DECEMBRIS II.

- §. 1. *Beati Electi, Confessoris. a.]* Hic Procurator, seu Elemosynarius extitit Fratrum, miraculorum gloria fulgens: qui vnâ cum Beato item Electo, Guardiano (de quo 25. Febriuarij) apparuit, immenso lumine circumamictos post obitum Beato Ioanni (de quo 2. Iunij) gloriam suæ beatitudinis illi reuelando: nam ex eius facie, manibus, ac pedibus, tanta lux oboriebatur, ut uix ipse B. Ioannes in eam posset oculos conijcere. Sepultus tacet Kirtij, seu apud Con-

uentum Lumbergensem, uel Lubechensem, secundum alios. Florebat an. 1240. Agunt de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 5. Confortimat. fruct. 8. part. 2. in Fratrib. Minor. prouinc. Saxonie sancti. illust. Codex M. S. Abbat. S. Vidor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponen. 2. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 57. Gonzaga part. 1. Orig. Seraphic. Relig. in BB. uiris huiusce Ordinis. Item part. 3. in prouinc. Saxonie S. Crucis. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad an.

nam mille finium ducentefinum quadragefinum nom.  
nam, parag. 9.

2. *Beati Anonymi, Confessoris. b.]* Reverendissimus Gonzaga hunc confudit cum B. Guidone ( de quo 30. Ianust. ) focio B. Agidii ab *Astise*: vultque eandem esse personam huius B. Anonymi & B. Guidonis: sic enim de eo ait, *Fuit hic Pater ( Guido ) Clusensis aliquando Canonici, ut in Chronico vestri Ordinis latius continetur, sed spreto a dignitate, facto iudici, pauperem Christum cum ceteris pauperibus sequi, quum dicitur mundo, eiusque honoribus adhaerere maluit: hancque locum sibi in pulpitorum elegit: tum quia dominus excipendis mansuetibus optissimus: tum etiam quia eius Magistro ac socio, B. nepote Patri Regula sanatabilis fuit. Hic siquidem ille multigenus à Deo virtutibus instructus, eiusque sanctissimi colloqui patris est. Insuper ex duplici Nelya spiritum, quo multa praedicta dominus accepit, &c. ait. Hæc ille in Conventu S. Francisci prope Ciconiam, qui est 22. provincie Tuluce. At B. Bartholomæus Pisanus, antiquus rerum Ordinis indagator, aperte testatur lib. 1. Conformat. fruct. 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minor. provinc. Tuluce, sanctitat. illust. hos Dei servos fuisse distinctos: nam postquam ege de prefato B. Guidone: hæc de prelorent. B. Anonymo subiungit verba. *Alius quoque frater noster, qui Canonici fuerat sancti Modiola de Clusa, vna sanctissima, in die Purificationis, à Virgine susceptus, Iesum dominum in suis vultus ad instar sancti spiritus Simonis, Sic & Wadingham tom. 2. Annal. Minor. ad annum 1270. parag. 27. ex Toffiniano lib. 2. in Custodia Clusina.**

3. *Beati Angeli à Monte Leone, Confessoris. c.]* Provincie sancti Francisci erat alumnus, cum ætate sanctitatis fama B. Pauli de *Tranen.* cum adijt. Reformationem amplexus est, illique firmius adhaesit: ipsum ad amplexum imitari oblectans in virtute, patientia, ac penitentiâ. Sanctæ orationi & contemplationi valde addictus erat; in qua sæpè visitabatur, consolabaturque diuinis reuelationibus & apparitionibus. Die noctuque mille gemitionibus occupabatur: sacrum Miliz beneficium maxima deuotione celebrabat, ingenitæ attentione Horas Canonicas persolvebat. Florentiam missus est à Prefato B. Paulo, vt Beati Ioannis à *Serenone* Commissarij focius esset: qui suis concionibus ita profecerunt erga populum Florentinam, vt exinde fructum reportarunt copiosum. Nam & Conuentum Felsinus (qui primus extitit Familie Observantiz in Etruria) extruxerunt: & plures sibi Deo sanctissime seruerunt. Paulo post à Ministro Provinciali susceperunt Conuentus Ciconij, Columbarij, & Montis Compatrium: in eoque vltimo infirmatus est ad mortem ipse B. Angelus. Qui à Venerando P. Guardiano illius loci, pro obedientie merito, coactus & inter alia confessus est, à triginta annis vilam verbum otiosum ex officio fuisse egessum. Hora verbò obitus illius instante, deuotissimus quidam Frater vidit animam eius clarissima luce circumfusam in cœlum sublatam. Post mortem plurimis fuit illustratus miraculis: cuius chorda parturientibus con-

fert opem & solamur. Floreat an. 1390. Scribitur de eo B. Bartholomæus Pisanus sup. fruct. 8. & 11. part. 2. in provinc. Roman. Codex M.S. Abbat. S. V. D. de Paris. ibid. Marcus Vlyssiponen. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 7. Gonzaga part. 1. sup. in BB. vris huiusce Ordinis. Toffiniano lib. 1. sup. in eo. Wadingham sup. an. 1291. parag. 73. & tom. 5. ad annum 1241. parag. 14. & tom. 5. an. 1334. parag. 24. ac tom. 4. ad annum 1390. parag. 5. & 1399. parag. 65. Frater Iacobus Guarini de Sanctis. Marianus lib. 2. capite 13. Piquetus in Catalog. viror. illust. Franciscan. Ioannes à sancta Maria part. 1. Chronic. provinc. sancti Iosephi lib. 1. cap. 4. Salazar lib. 1. Chron. provinc. Castellæ, cap. 31.

4. *Beati Antonij, Confessoris. d.]* Misa egit tum in India Orientali, tum in Cambaiz Regno: maxime, cum sub Ioanne Castro, Indæ pratore: apud Diuum, validissimum propugnaculum, prælium est contra Iudælium phalanges: Christianos milites, sub hora confectus, exierat ad pugnam. Qui de re Massiens lib. 13. histor. Indicæ. versus. fin. ad annum 1546. Tom (inquit) loco excessu, ut vultque capitis posse, Antonium Casalinum, Franciscanum, infirmi pietate sacrificat: Deumque precatur, ut in huius Ecclesie sacrosanctâ, formidinem ac terrorem auerteret: Christianis, quo alacritate capessant pugnam, necesse omnibus, Pontificia auctoritate, expulsi ab soluis, &c. 1. Vbi ad Casalinum verus in quibus Angustissimo tractatus, Christi ad eremum affixi actibus inuentionem, concionabundus aderat, &c. Sicque felicitate dimitatum est, vt eius precibus ad Deum fuis, nostri victoriam reportauerunt de Mamducho Cambaiz Regge. Paulo post etiam, idem Christianus exercitus, alia potitus est victoria contra Idalcam Turcarum Dinastiam: virtute orationis multum B. Paris 1. quæ omnia confirmantur à Iarrico, tom. 3. histor. Indæ Oriental. lib. 5. capite 28. circa fin. Massicum secoto. & Daça 4. part. Chronic. Mino. lib. 1. cap. 54. & 55. Est autem Cambaiz Regnum, qua bicoctus Indus in mare fertur: soli vberitate, finium amplitudine, fluminum, vicorum, vrbiumque frequentia inclytum in primis. In huiusmodi Regno constat Franciscanos primùm Christi Euangelium disseminasse ab an. 1510. Illic BB. Antonius *Lauerino*, Antonius *Casalinus*, & alij demorati sunt, opere & sermone potentes. Iesuitæ tandem in labores eorum introire optarunt an. 1580. ex Iarrico, sup. tom. 2. lib. 2. cap. 9. & tom. 3. lib. 6. cap. 41. sub an. 1600. à eam spirituales missionem sibi iure debitam reddè asseruerunt Minoritæ: quam nunc vsque impensè excolunt.

5. *B. Iosanni, Confessoris. e.]* Sacerdos erat, orationem iugiter frequentabat, tantaque asperitate, & penitentiæ operibus, corpus suum assidue edomabat, vt quasi sensuum vsu carere putaretur. Pè, sanctæque effluit animam, in Conuentu S. Francisci Madri (qui est 5. provinc. Castellæ) magna cum sanctitatis opinione: ita vt eunice qua indutus erat, in complura diffusis prefigerim, pro Reliquia pretiosa, summè ex postulatâ sit ab Oportibus & Proceribus Regni Castellæ. Ita Salazar lib. 2. Chronic. provinc. Castellæ cap. 27.

## TERTIO NONAS DECEMBRIS.

**I**N Palæstina, Beati <sup>a</sup> Conradi de Allijs, Martyris: qui à Sarracenis, ob Christi fidem, capite truncatus, victor migravit in cælum: Barcinonæ, Beati <sup>b</sup> Pontij Carbonelli, Confessoris: doctrina, & virtutis sanctitate arque miraculis celeberrimi: Forani in Piceno, Beati <sup>c</sup> Francisci à Castromiliano, Confessoris: qui charitate, humilitate, miroque spiritus fervore in oratione, & contemplatione resplenduit. Salutaris in Hispania, Beati <sup>d</sup> Michaelis ab Angelis, Confessoris: provincie S. Gabrielis Difcalceatorum Fundatoris præcipui: qui sui status zelantissimus extirxit: & cum sanctissimam vitam egisset: foviciter spiritum in oratione Deo reddidit. Madriti in reterritorio Toletano, Beati <sup>e</sup> Pauli à sancta Maria, Confessoris: qui præfuit in sollicitudine, præbuir in hilaritate, & summis virtutibus illuxit.

## DECEMBRIS III.

- §. 1. **B**eati *Conradi de Allijs, Mart. a*] Eius sacrum corpus à Sarracenis in mare proiectum est: sed super eo, in medijs ptoceilijs duo luminaria stantia conspicientes Christum, illud postea ad litras sepelunt. Memoratur à B. Bartholomæo Pisano, lib. 1. Conformitat. fruct. 8. part. 2. in Frat. Minor. provinc. Terre sanctæ. Illustr. Cod. M. S. Abbat. S. Victor. Paris. libid. Marco Vlyssiponensi. 1. part. Chron. Minor. lib. 5. cap. 15. sub. ann. 1138. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. vultu huiusce Ordio. Tossianus lib. 1. histor. Seraph. Picqueto in Catalog. viror. illust. Franciscan. Bofio de Signis Eccles. 7. c. 1. fruct. 11. qui B. *Conrado* duos etiam socios addit martyres. Wading. to. 3. ad an. 1142. §. 6. c.
- §. 2. **B**eati *Pontij Carbonelli, Confessoris. b*] Vir eximius fuit doctrinæ, & sanctitatis: Magister ac Præceptor S. Ludovici, Theolofani Episcopi, Ord. Minor. (non aorem S. Ludovici Regis Gallicæ, ut mēdo se legitur apud Poffonium in Apparatu sacro) ab eo enim litteris & bonis moribus imbutus exiit. Scripsit Pothillam in vtrunque Testamento: & post mortem signis clarior miraculorum. Sepulchrum natum est in Comento S. Francisci Barcinonens. vbi nunc vique gloriosus iacet. Illius meminerunt B. Bartholomæus Pisanus sup. fruct. 8. part. 1. in Fratibus sanctæ, & doctrina illust. provinc. Arragonis. Item fruct. 11. part. 2. ibid. Codex M. S. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponens. part. 1. sup. lib. 5. cap. 14. Gonzaga sup. Item in Fratib. doctrina excellent. & part. 1. in præfatio Conventus, qui est 1. provinc. Cathaloniz. Willotus Athenæ. Orthodox. Franciscan. littera P. Item quotquot vitam S. Ludovici Episcopi describere. Tossianus lib. 1. histor. Seraph. Wadingus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1174. parag. 10. & tom. 2. an. 1188. §. 13. & an. 1197. parag. 15. Antonius Vincencius de Sanctis Cathaloniz. lib. 1. fol. 56. Picquetus sup.
- §. 3. **B**eati *Francisci à Castromiliano, Confessoris. c*] Ingenij charitate fervidus erat: tantòque sanctæ orationis & contē plationis vacabat, ut sæpè visus sit in extasim capi, & in alcū sublevari à terra. Laicus professione, cum esset, & legere scire nosset, claris ingenio ac spirita polletet: optabat eum ceteris Clericis in choro manuum obire. Cuius desiderio vitæ annuus B. Pater Iacobus à *Marsilia*, tunc Vicarius Provincie, licentiam docendi illi sacris Ordinibus iniit: quibus susceptis, studio ita navavit operam ut brevi tempore concionator factus sit. Sed quid! studio literarum addictus, omnem gratiam de oratione, & contemplationis domum, extasim, & c. proxima amisit. Quare, facti penitens, quantò concupierat extolli, tantò in posterum risus est deprimi: labori manuum deservens, itaqueque

Laicorum pristinum amplectens: quo in officio ita perleoravit, ut sanctissimè obierit apud Forani Conventum, sub an. 1164. Agit de eo Marcus Vlyssiponens. part. 1. sup. lib. 5. cap. 19.

**B**eati *Michaelis ab Angelis, Confessoris. d*] Provincie §. 4. S. Iacobi fuit alumnus, quando ob Reformationem B. Iohanni *Cualaloprefi* fideliter adhaesit: illius amicis sociisque factus: vnde & cognominatus est à *Cordaba*. Eximius Concionator extitit & Confessoris, fervidus, deuotus, & orationi maxime deditus: Custodie S. Evangelij, nunc provincie S. Gabrielis Commissarius institutus est, in absentia præfati B. Iohannis, quem summa prudentia exiit. Multis autem perfundus laboribus, sancto sine quicuit Salus terræ: in Conventu S. Mariae de Iesu, qui est 6. provinc. S. Gabrielis, vbi sic de eo loquitur Gonzaga part. 1. sup. *Præterea ibi in eadem loco, sanctissimam egi vitam, sanctissimamque mortem obiit, atque sepulchrum est eximii Religiosi P. F. Michaeli à Cordaba, qui Religiosissimi, et sui status zelantissimus, ut vultus ex fundamentalibus bonis provincie lapidibus fuit.* Huius item meminit inicio auid. provinc. Barce 204. part. Chron. Mun. lib. 1. cap. 2. & 1. c. 17. sub an. 1173. Rapinuz histor. vniuers. Recolled. Decad. 3. §. 8. & Decad. 3. part. 1. §. 8. ex Iohanne Bapt. Moles, in Memorial. provinc. S. Gabrielis.

**B**eati *Pauli, Confess. e*] A die susceptionis habitus Franciscan. tãta celi instantia viam virtutis ac virtutis cucurrit, ut breui suam vocationem certam sibi fecerit & securam per exercitium orationis & penitentiz, mundi obliuionem, & cælestium amorem. Huius Superiores probarunt virtutē, variis tēporum ioteualis, & diversis obedientiz genere, cum repererunt in omnibus fidelem, castantem, & verum Christi seruum. Claro erat ditatus ingenio, & litteris nō mediocriter excoltus. Magna charitate, maximoque fructu excipiebat penitentes ad confessionem. Melios, amicos, & apertos, mira sanctitate, atque compassione solabatur. Ad altare diuina mysteria pertrahebat, singulari cum pietate & deuotione. Paupere habitu vestiebatur: vilis officij letus exercebat, p̄sentiumque Dei vbiq; sibi consulari. Factus Guardianus, domum optimi regimini cœlitis accepit, solerter ac sagaciter in cunctis se gerens. A habilis, modestus, charitativus, & pacificus. Omnia omoibus factus, ut omnes lucrifaceret: si que superior vix agnoscebatur, nisi quando locum tenet in communitate, ut silentij amicis etat, is ostiositas & securitatis notas omnino fugiebat. Mixto alia, que recesit Iohannes S. Maria part. 2. Chron. provinc. S. Ioseph. l. 1. c. 14. ad an. 1190. quo claruit. Sepulchrum natum est apud Conuent. S. Bernardini Madriti, qui est 9. iusid. provin-

## PRIDIE NONAS DECEMBRIS.

**I**N Yendo Iapponiorum vrbe, Beati<sup>a</sup> Francisci Galbæ, Martyris: qui per ignem ad cœlestia euolauit. Apud Montem Aluetnum in Ethruria, Beati<sup>b</sup> Guillelmi à Radicophano, Confessoris: miræ orationis ac feruotis viri. Senis in Tuscia, Beati<sup>c</sup> Petri Teclani, Confessoris: ex Tertio Ordine Pœnitentium: qui paupertatis amore, charitate in egenos ac infirmos: humilitate, & silentio conspicuus: prophetice dono, ac miraculorum gloria fuit illustratus. Palmæ in Hispania, Beate<sup>d</sup> Catharinæ, Virginis: quæ Angelicam propè vitam ducens in terris, Christo sponso sociari meruit in cœlis. Constantiæ, ad radices Montis Mariani in saltu Castellonensi, Beate<sup>e</sup> Constantiæ Velasquezæ, Viduæ: huius loci Monasterij Fundatricis, genere, abstinentia, & oratione clarissimæ.

## DECEMBRIS IV.

§. 1. **B**eati Francisci Galbæ, Martyr. a] Sæpè nostræ persecutionem passi sunt in Iapponio, maxime in Yendo Regni de Quato vrbe capitali, an. 1605. 1613. 1615. 1617. & 1619. teste Solerio tom. a. hist. Eccles. Iappon. lib. 15. cap. 10. lib. 17. cap. 11. & 16. parag. 131. cap. 11. parag. 170. & lib. 18. cap. 6. parag. 63. sed quoniam tunc erant, toties illic reuelli dita patiebantur. Inter quos B. P. Franciscus Galbæ, Sacerdos, captus, an. 1623. igne tandem pro Christo comburitur, hac die. Vide Solerium sup. lib. 20. cap. a. parag. 5. 11. & 13. & c. 4. Galterium in Tabula Chronograph. sæcul. 17.

§. 2. **B**eati Guillelmi à Radicophano, Confess. b] Tanto spiritus feruore orationi vacabat, vt sæpè tunc temporis, in eius capitis vertice visus sit à Fratris ignis magnus accensus, vti dicitur perfectione plenam, obiitque apud Montem Aluetnum, vbi nunciatur. Scribunt de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformat. fruct. 8. & 13. part. a. in Fratribus Minor. prouinc. Tuscæ sancti. illustr. Codex M. S. Abbas. S. Victor. Paris. libid. Marcus Vlyssipont. part. 2. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 4. 6. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Relig. in BB. vitæ huiusce Ordinis. Tullianus lib. 1. histor. Seraph. Wadiugus tom. a. Annal. Minor. ad an. 170. parag. 17. Picquetus in Catalog. viros. illustr. Franciscan.

§. 3. **B**eati Petri Teclani, Tertiary. c] Orundum erat ex Campo, sex miliaribus ab vrbe Senonensî distito: vaorè duxit, cum qua magnopèdè pius operibus sese exercuit. Nam hospitalia visitabant, à infirmis sedulo ministrabant, in genè deoitione eorum vlcerà lauabant tegebantque: & pro suis vitibus, necessitatibus eorum charitativè curâ suppeditabant: quibus in operibus, vitæ Dei corpus suauitate Domini degustare, ita vt breui tempore, haud paruum in vitâ spirituali, progressum fecerit. Habicum Tertiariorum, ex consensu vxoris accepit: & ex tunc mundi velox contemptor factus, omnia quæ habebat vendidit, vt pauperè Christi imitaretur: & quæquid ex sua industria lucrabatur, pauperibus, præcipue veterandis, distribuerebat. Magna charitate comparabatur egenis, & assistens: nam & sæpè pro eis intercedebat apud Deum & proximum. Multiplices, horribilesque pariebatur ad aduersario generis humani, persecutiones & tentationes: de quibus semper victoriam reportabat. Pluries visus est in aëre subleuatus, atque lumine cœlesti circumdatus, dum oraret: picturæ tam prophetico claruit.

§. 4. **M**octua vxore, cupiens se omnino uestigiis mancipare, & liberus Deo inservire, suppliciter petiit à Fratribus, vt intra Conuentum admitteret dignarentur: cuius præ petitione annuentes, illum acceptarunt: & cellâ

propè Infirmariam assignarunt, quò deinceps degeret. Summa humilitate ita exornabatur: vt viliissimum omnium peccatoreum feparetur. Inuita læcessus, nunquam rependit vicem: hilariter errata condonabat, Deumque pro inimicis exorabat. Silentium ad amolissim seruabat, vixq; loquebatur, nisi aut necessitate pressus, aut proximi salus id requireret: propterea & annis 14. studuerat paritati lingue. Semel in die, ad minus, 34. Sacramentum Confessionis accedebat, magna cum lachrymarum profusione: quâ quoddam piaculum grande perpetrasset. His & aliis virtutum exercitiis impiger intentus, fœliciter obdormiuit in Domino: cuius sacræ corpus honorifico sepulchro tumulatum est in Ecclesia Frat. Minor. Senens. an. 1289. vbi quamplurimè conculcat miraculis. De eo agit Marcus Vlyssip. a. part. sup. lib. 5. cap. 8. 9. 10. & 11. & lib. 7. c. 34. 5. 1. ex Mariano lib. 2. c. 9. Opinorque hunc eundem esse cum illo B. Petro Prædicatoris, & enensis, vitæ sanctitatis illustri: cuius meminerunt B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. sup. fruct. 8. part. 2. & 4. vbi de BB. vitæ Terrij Ord. D. Franc. Gonzaga. ibid. sup. Marcus item Vlyssip. part. 1. sup. l. 9. c. 25. Tullianus sup. Wading. sup. an. 1289. 5. 31. 32. & seq. Marianus l. 1. c. 9. Petrus de Monterone in vitâ eius: Seraphicus de Leccio & Simeone, ibid.

**B**eata Catharina, Virg. c] Florebat an. 1325. cunctarum virtutum exemplar: obiit apud Monasterium Clarissarum Urbanitarum Palmæ, quod est 1. prouinc. Angelorû, cuius Elogium illustrissimus Gonzaga ibid. part. 3. Orig. Seraph. Relig. in conscriptis. Carni erga sine soluta ex hoc loco ad aliam migrans Religiosissima soror Catharina, meritis omnium optima: cuius corpus huiusmodi locorecubuit, non tam apud sanctos, non quæquæ apud ipsas sorores in maxima veneratione est. Nec obire quidem videtur Angelicam potius, quàm humanam vitam duxerit, amoremque virtutis summa fœlicitudine celauerit. Eadem testatur Barceus part. 4. Chron. Min. lib. 1. c. 28. sub an. 1379. Daça ibid. l. 3. c. 77. ad an. 1375. à quo cognominatur de Angelis: ab ipsius quippe fuit sæpè visitata, tum in vitâ, tum in morte.

**B**eata Constantia, Vidua. d] Hæc nobilis mulier, orbata marito, suis propriis expensis Constantinæ Monasterij Clarissarum enteriit: atque fundauit, an. 1579. vbi & ipsa secundâ S. Claræ Regulam professâ: claruit admirabili vitæ sanctitate, cuius eius, panis & aqua: oratio autem eius exitum sibi assiduam, sæpè à sanctissima Deipara Virgine visitabatur: maxime illis nouè virtutis vitæ iuxta diebus. Memoratur à Gonzaga, sup. in prefato Monasterio, quod est 5. eiusd. prouinc. Angelor. Daça sup. lib. 4. cap. 50. ad annum 1600.



**I**N Piceno, Beati a Iacobi à Massa. Confessoris: vitæ perfectione, oratione, rerumque caelestium contemplatione clari. In territorio Guardiensi propè Gulonifium Apuliæ oppidum, Beati b Simonis de Slavis, Confessoris: qui humilitate, paupertate, ac deuotione pollens, gratia sanitarum, & potentia aduersus Dæmones plurimum emicuit. Arenis in Castella, Beati c Petri de Albaçeta, Confessoris: virtute humilitatis & orationis spectabilis. Beneuenci in Hispania, Beata d Anonymæ, Virginis: quæ perfectioris vitæ amore succensa, primò sub virili habitu, deinde agnita, ac Monasterium Virginum ingressa, ad eò in omni virtutum genere, pietate ac Religione eluxit: vt cæteris totius sanctitatis norma facta sit.

DECEMBRIS V.

5. 1. **B**eati Iacobi à Massa, Confessoris. a] Floruit hic tempore Generalatu: B. Ioannis Parmensi, an. 1550. Erat quidem professione laicus, sed ingentis perfectionis Religiosus. De eo quippe testabantur BB. Egidius, Iuniperus, alique serui Dei: quòd altum mysteriorum coelestium sic diuinitus fuisset illi reuelatum, vt nullum hominum agnouissent in terra, præter ipsum, quitoz Reuelationibus esset illustratus. Dies nonnulli transigebat in huiusmodi rebus referendis, seu de ijs pertractandis: veluti egit cum B. Simone ab *Assiso*. Semel etiam accidit vt raptus in spiritu, per tres dies ita lectis astratus & immobilis, vt motus potaretur. Qua de re postea præfatum B. Egidium consulit, prout refert B. Bartholomæus Pisanus, hæcõ verbus, *Frater Iacobi de Massa, habentis gratiam capiat, petens à Fratre Egidio, qualiter à illa gratia se haberet. Respondit Frater Egidius. Nec addas, nec minus, & surge inuoluntarium quantum potes. Et si iam quæretur idè, quod esset, quod diceret: Respondit sanctus Frater Egidius. Quando meus B. apia intrados ad illa gloriosa luminis Divinaa hincitatus: nec debet addeze præsumptionem, nec diminuerè per neglegentiam: & debet diligere studium, quantum potest, si vult, quod gratia custodiam & crescat. Hæc ille lib. 1. Conforticat. fruct. 3. in Fratibus Minor. sanctitat. illustrib. provincie sancti Francisci. Vbi de B. Egidio, socio Seraphici Patris D. Francisci. Marcus Vlyssiponenf. 1. part. Chronic. Minor. lib. 6. cap. 4. 6. & lib. 7. cap. 10. & lib. 10. cap. 19. Item part. 2. lib. 1. cap. 4. 9. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Religion. in viris huiusce Ordinis doctrina illustribus, qui ait, vna cum Willoco Athenas. Orthodoxar. Franciscan. littera I. ipsum descripsisse historiam Montis Aluernæ in Tuscia.*
5. 2. **B**eati Simonis de Slavis, Confessoris. b] Laicus, vitæ proficidè & profundissima humilitate, & maxima sanctitate clarus, deuotissimus ac paupertate Evangelica decoratus: qui suis ad altissimum precibus, & in firmis sanitate, & dæmoniacis ab immundis spiritibus liberationem, adhuc superstes impetrauit, modò que Indies impetrat. Tandem vitam hæc mortalem terminauit in Conuentu S. Ioannis, suo S. E. t. emi Gulonifisi, vbi & sepultus est: cuius corpus nunc vsque integrum ostenditur. Arguit de eo Marcus Vlyssiponenf. 3. part. sup. lib. 9. cap. 4. ad an. 1505.
5. 3. **B**eati Petri Confess. c] Patria Abulenfis erat, quem ferunt mille virtutibus fuisse adornatum. Vitæ quippe semper exitus purus, sincerus, obediens, humilis, lectator chori & orationis assiduus, primus in cunctis communitatis comitis, & ceremoniarum Ordinis zelantissimus. Horia integra alios præibat ad Matutinas, omnia paraturus, quibus decantatis manebat in choro ad

orationem vsque ad Primam: quod si esset hebdomadarius, ab eo loco hand se dimouebat, nec pro Missa Conuentali assurgere, si autem eo non foret officio, duabus aut tribus Missis infusebat, antequam ipse celebraret: quo completo, orationi rursus, lectioni, vel labori operam dabat: acedam summopere exhortescens. Sæpè Deum precabatur pro animabus in Purgatorio detentis: & sanctissimam Virg. Deiparam, singulari prosequeratur deuotione: quæ et ipsa vicissim morte imminente, sua præsentia, consolari dignata est. Arenis, obiit in Conuentu S. Andree de Monte, qui est 6. pro. S. Ioseph. Vide Ioannè à S. Maria part. 2. Chron. eiusd. provinc. lib. 4. cap. 6. ad an. 1590 quo floruit.

*Beata Anonyma, v' eg. d.]* Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu S. Marie de Capue Albr. qui est 14. provinc. S. Iacobi id refert, quod non ita ante multum tempore accidit. Fuit Saxon eadem Beneuentano filia nobilis, atque optimis moribus prædita, quam cum alteri Saxoni conubio iungeri vellent, illaque omnino regularetur: magis magis, furens pater in huiusmodi nuptias inhiabat. Quamobrem virgo, castitatis amantissima, sumpto virili cuiusdam fratris virgini habitu, incompella nocte, ètèm se cæteri omnes sopori dedissent, domum egressa S. Iacobi ire arripuit. Cuius ad hunc Conuentum lapsa applicuisset, tanti itineris pericula, atque perfectionem vitæ anhelans Seraphicæ Religionis habitum, à loci Guardiæno qui humillimè petiit. Quo denique sibi cõcesso, ad eò in omni virtutis genere, maximè verò in humilitate, atque oratione profecit: vt omnibus fratribus charissima, & sanctitatis exempli forma facta sit. Quapropter cù huius provincie Minister P. Antonius *Gosmarus*, post transitu quinquennium istac tranfret, eiusque Religionem atque existimarem acceperisset, illum ad feminam, sed masculum habitum, ad Subdiaconatû promouere vult. Quamobrem pia virgo, ne in tantu veniret conscientie discrimen, postquam læpius eundè Ministrum (sed frustra) vt sibi ablati consura, Fratrum sicorum statum concedere dignaretur, rogasset: sui ferus conditionem eidem maximè cum lachrymis aperuit. Qua re cognita, prudens Provincialis, vt primò vnam vel alteram nobilem matronam deuotam, ad eò veniat certis firmamentis adhibuisset eam habitu muliebri indutam ad Monasterium sanctæ Claræ Beneuentanum cum cæteris Clarissis fororebus vestendâ, transmisit. Quæ ibi professâ, postquam quinquennium integrum in omni sanctitate, Religione, & atque pietate vixisset, ibidem spiritum Deo reddidit. Eadè habet Barreuz 4. part. Chron. Min. l. 4. c. 3. ad an. 1565. simile exemplum legis inferius ad 35. Decemb. 18. tum apud Wading. sup. to. 1. ad an. 1255. 4. 23. et Marthæ Pansio, de gestis Anglor. de Puella Burgundæ Minorilla.

## OCTAVO IDVS DECEMBRIS.

**I**N India Occidua, Beatorum <sup>a</sup> Anonymorum, Martyrum, à Chichimecis Indis pro Christo occisorum, Hierosolymis, Beati <sup>b</sup> Ioannis à Mantua, Martyris: qui aliquando lapsus, sed facti penitens, pro fidei defensione libenter iugulum præbuit. In territorio Antuerpiensi, Beati <sup>c</sup> Nicolai Delfij, Martyris. Alsij in Umbria, Beati <sup>d</sup> Electi, Confessoris: spiritu prophetico spectabilis. Ibidem, Beati <sup>e</sup> Guidonis, Confessoris: qui humilitate, obedientia, atque miraculis floruit. Viennæ in Gallia, Beati <sup>f</sup> Drodonis Maleti, Confessoris: signis & virtutibus celebris. Auximi, in Piceno, Beati <sup>g</sup> Francisci Cathalani, Confessoris: eximie sanctitatis & paupertatis viri. Manderburgij in Theutonia, Beati <sup>h</sup> Gilberti, Confessoris. Catanz in Sicilia, Beati <sup>i</sup> Ioannis Schificti, Confessoris: qui plenus charitate, in numeris exornatus est à Deo miraculis. Penz in Aprutio, Beati <sup>k</sup> Aegidij Anglani, Confessoris: virtute obedientiæ, ac paupertatis, & charitatis insignis. Calitri, in Apulia, Beati <sup>m</sup> Thomæ de Pescopagano, Confessoris: pietate, orationeque conspicui. Florentiæ, Beati <sup>n</sup> Philippi de Medicis, Confessoris. Capriolæ, propè Senas in Tuscia, Beati <sup>o</sup> Timothei de Cafoli, Confessoris: quicum singulari prudentia, doctrina, & zelo Regularis disciplinæ polleret: primum Vicarij provincialis, deinde totius Ordinis Commissarii munere præclare functus est. Saggi, in Neustria, Beati <sup>p</sup> Ioannis Syluestri, Confessoris: qui eruditione & vitæ sanctitate fulgens, sapè Prouincialis, ac demùm Generalis vniuersæ familiæ Cismontanæ Vicarius electus est. Molinæ, in Hispania, Beati <sup>q</sup> Toruiz, Confessoris. Pini, in Corsica Insula, Beati <sup>r</sup> Bernardini à Prauoli-Balania, Confessoris: miraculis clarè.

## DECEMBRIS VI.

5. 1. **B**eatorum Anonymorum, Martyrum. a.] Hi duo fuerunt, quorum prior erat Sacerdos, alter verò Clericus: qui Mexico egressi, versis Chichimecas Indos profecti sunt, à quibus martyrij coronam acceperunt. Agit de eis Gonzaga part. 1. Origin. Seraph. Relig. vbi de sacris martyrij Ordinis Minor. suo xpo, ob Christi fidem, passis, apud Indos Occidentales. Item part. 4. in provincia S. Euangelij, sub Custodia Zacatecensib. hoc modo. *Anno Domini 1555. duo Fratres Minoræ de Observantia, quorum vnus erat Senex & Sacerdos, alter verò iuuenis, barbaricæ Indorum feracitati obuiantes, ab ipsi Infidelibus atrocissimè capti. Harum series martyrij est nobis incognita: quæ in Regione vixit longinqua, ab ea quem incolunt Hispani, iam passis sunt, & sanguinem pro Christo sudare. Eadem proles Barreza 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 65. Bosius tom. 1. de Signis Eccles. Dei, lib. 12. cap. 22. Marians lib. 3. Chronic. studior. Observant. Reformat. cap. 19. Rapinæ in historia Genetal. Orig. Recollektor. Decad. 7. part. 2. par. 3. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 60.*
5. 2. **Beati Iohannis Martyr. b.]** Laicus erat, qui dùm Hierosolymis moras neceret, summo extortibus martyrium pro Christo subire: quare Consensum egressus, absque alia sui Superioris licentia, ad Mesquitam Mauritacum accedit, & in modio fœtopublico, Christum intrepide prædicat vnicui mundi Saluatorem, Mahometem verò vixum pœdiciissimum, & pœudopropheta-

tam esse. Tunc Turcæ, Mauri, ac Sarraceni, in vnum conuenientes, itaque nimis exardescentes; velut ne hæc effata protinus denegare: vel ignem, vim tormentorum, & quæque grauiâ, ac denique mortem atrocissimam pati, ab eo cœsistant: quibus perteritis, animoque deficiens, illis protinus ad hæsit, Christo abnegato. Tunc Fratres, casum huius pauperis audientes, mirum in modum fœstissimè effecti, & statim ad ipsum pergentes, modis omnibus conantur ipsum à damnatione animæ eripere, mœnia salutis amantissimè illi porrigentes. Quibus persuasus, diuina fauente gratia, pristinum decreuit apud se recuperare Dei timorem honorem, & amorem: feruoreque nimio actus, proliuit in medium, ipsos Turcæ, erroris in Christum, & crudelitatis in Christianos constantissimè arguens: seque vtro velle prioris defensionis maculas vera confessione diluere; & Christum Dominum, vnicum Dei Filium, mundique Saluatorem esse: Machometem verò se pœcipuum hominem, falsò iudicari Prophetam. Sui sanguinis profusione, consignari, testatumque iri: quæ mox datis cœtibus, opere comprobauerat. 1557. Scribunt de eo Daça sup. lib. 3. cap. 4. B. Salazar lib. 2. Chron. prouinc. Castellæ, c. 12.

**Beati Nicolai Martyr. c.]** Hic in vltimis Tumultibus Belgicis, an. 1576. propè Antuerpiam, à Geuzijs hereticis, ob fidem Catholicam, in patibulum actus est: teste Ruffa, in Auuario ad Nateses S. Belgij in Addit. ad fin. ex Archiuis Muentis F. Mu. Antuerpiens. 5. 3.

Beati

3. 4. *Beati Elethi, Confessoris d*] In tantum spiritu prophético plenus erat, hic Laicus, ut cum semel Petrum, Cardinalem Albanensem inuississet prædixit mortem illi mox futuram dicens, hodie morietur: quod eodem die euenit. A gunt de eo, B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitatem. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratribus minor. sanctitat. illustr. parou. D. Francisci. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Gonzaga p. 1. orig. seraphic. Relig. in B. B. vitijs huiusmodi ordin. Wadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1306. §. 24. Picquetus in catalog. vitor. illustr. Franciscan.

3. 5. *Beati Gasparis, Confessoris. c*] Laicus erat professione, humilitatis in ignis, perfectæ obedienciæ vir, donaque propheticæ clarus, atque miraculis fulgens, vocatur B. Guido Florentinus, seu Senensis, cui B. Leo Allisius, post mortem gloriosius apparuit: illius etenim focus fuerat amantissimus, mortam Fratris sui prædixit: sepulchrum est Allisij, in eadem Ecclesia, cum ipso B. Leone. Illius meminerunt Marianus lib. 2. cap. 29. Toffianus lib. 1. histor. seraph. Wadinghus tom. 2. Annal. minor. ad ann. 1290. 16. Gonzaga 1. part. sup. qui ex vino duos facit: distinguit namque B. Guidonem Senensem, à B. Guidone, qui Allisij quiescit. B. Alaxius de Plandis Eccles. lib. 6. cap. 69. ad fin. Pisanus fruct. 8. part. 4. circa fin. Algerian Arbore Epulogica totius Ordini. Franciscan. Picquetus sup.

3. 6. *Beati Drodani, Confessoris. f*] Hic Angelus in spe die viri seruauit in Milla, eundemque necessariam ad sacrificium celebrandum illi suppeditauit: licet Ecclesia esset omnino deserta. Alius autem Angelus equum præparauit, ut eo veheretur extra defectum ipsum; hincque canibus post se & focum nimis latrantibus, ac penè dilacerantibus, silentium magna fide imposuit. De eo egerunt Pisanus sup. in prouinc. Burgund. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponenf. sup. lib. 1. cap. 31. & lib. 9. cap. 32. Toffianus lib. 1. Gonzaga part. 1. sup. & part. 3. in Conuentu Viennensi, qui est 38. prouinc. S. Bonauentur. quo feliciter obiit. Fodetis ibidem in Descriptione eiusd. prouinc. ac Picquetus, qui hæc de eo subdit. *Hæc uirra F. Drodæ, quando p. Gregorius X. Pont. Max. in Gallias Legatus sanctus est, anno Domini 1272. ut patet ex quadam scriptura iam ser. expulsa, qua est in superbie mansolesus, in pariter Septentrionalis, amplissima nauis Ecclesia. Wadinghus sup. ad ann. 1287. 6. 15. ex Mariano & Picqueto sup.*

3. 7. *Beati Catholani, Confessoris. g*] Vix fuit sanctitate plenus, & paupertatis Euangelicæ zelantissimus. Memoratur à Pifano sup. in prouinc. Machie. Gonzaga 1. part. Vvadinghus sup. ad ann. 1292. §. 25. & tom. 1. ad ann. 1306. §. 24. ubi eum vocat B. Franciscum Catalanum. Toffianus sup. & Picqueto.

3. 8. *Beati Gilberti, Confessoris. h*] Humilissimus exiit & admodum pius. *Goberius*, ceo *Gilbertus* dictus est, Manderbugij humatus. Vide Pisanum sup. in prouinc. Saxonie. Gonzagam sup. part. 1. Vvadinghum tom. 1. sup. ad ann. 1249. §. 9. Margurgi & Picquetum sup.

3. 9. *Beati Ioannis Schibiti, Confessoris. i*] Siculus erat natione, patria Moacensis, omni virtutum genere, præcipue verò in Deum, atque in proximum, charitate præditus: quas propter innumeri miraculis decorari meruit: ut Gonzagataro part. 1. sup. in Conuentu S. Mariz de Iesu Cæsaroenf. qui est 6. prouinc. Siciliz. Clarebat ann. 1450. Daça 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 28.

*Beati Rudolphi Anglens, Confessor. l*] B. Ioannis Capl. *Brans* fuit clarissimus focus, atque strenuus omnium virtutum, præcipue verò obedienciæ, paupertatis, & charitatis æmulator; cuius memis quidam Concilius Malconus, patria Penensis, dum instantur ad eius sepulchrum oraret, à graui, qua laborabat, infirmitate, liberatus fuit. Obiit autem non absque maxima famæ status opinione, apud Conuentum S. Mariz Penensem. Hæc Gonzaga sup. in eod. Conuentu, qui est 4. prouinc. S. Bernardini, post B. Bernardinum à Foffis: qui mira de eo refert.

*Beati Thoma, Confessor. m*] Ex hac mortali vita migravit, in Conuentu sancti Sebastiani Calarenf. Vir sancti zelantissimus, necnon perpetuè orationum, dum uiueret, desidiosus Floreat ann. 1480. Eius meminit B. Gonzaga sup. in hoc Conuentu, qui est 17. prouinc. sancti Angeli.

*Beati Philippi, Confessoris. n*] Oritur Florentiæ, in 3. 11. Monasterio S. Clare de Monticello. Memoratur à Marco Vlyssipou. 3. part. sup. lib. 7. cap. 17. an. 1491.

*Beati Timothei, Confessoris. o*] Laudabilem mortem oppotuit, Capriolæ, in Conuentu S. Bernardini: qui prouinciz Tusciz Vicarius Prouincialis bis exiit, at quotandem totius Ordinis generalis Commissarius est electos. Viuebat ann. 1500. Telle Gonzaga parte 2. sup. in hoc 4. Conuentu prouinc. Tusciz.

*Beati Ioannis Syluestri, Confessor. p*] Sanctitate atque scientia conspicuus, triennio Prouincialis Vicarius Tholozæ, prouinciam (quam mox antiquior Aquitaniz vocant) & sexennio Franciæ Partensis prouinciam, laudabiliter rexit: idem ad Cilmootanam Obseruantium PP. familiam gubernandam Generalis Vicarius assumptus. Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu S. Leonardi, Sagienf. (qui est 1. prouinc. Franc. Paris.) cuius ipse B. Pater erat alumnus, scribit & ex eo Wadinghus sexennio tenuisse hanc viuierfam familiam. At triennio tantum præfuisse constat ex eod. Gonzaga part. 1. 10. secie Cilmootanorum Generalium Vicariorum: ubi hæc habentur. *XXXII. Virarum Generalis P. F. Ioannes Syluestri, in Conuentu Lanullesi, prouincia Turona Præfatus, ann. Domini 1505. electus gubernans an. 3. nempe vique ad ann. 1508. quo alius ci subrogatus legitur. Sic & Marcus Vlyssipooenf. 3. part. sup. lib. 7. cap. 39. & lib. 8. cap. 33. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1226. §. 62.*

*Beati Torronis, Confessoris. q*] Inter ceteros PP. in Conuentu S. Francisci Molinens. Ecclesia sepultos, longè emouit eximio Religioso hic B. Pater; cuius ad fidelium animas in Purgatorio existentis, deuotio & affectus fuit incredibilis. Ita Gonzaga 4. p. in Conuentu 19. prouinc. Carthagenf. & Wadinghus tom. 4. sup. ad ann. 1400. paragraph. 31.

*Beati Bernardini, Confessor. r*] Conuentus S. Francisci Pisenfis (qui est 19. prouinc. Cosicæ) fuit alumnus in quo obiit, ann. 1568. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 2. *Datum* (inquit) *plangit exterrum anno Domini 1566. hoc in loco, B. F. Bernardinus à Pransis Balonia, Lucei: rucus corpus, cum tercio, ab eius transiitu anno, iuncurraptum inuenimus effri, peculiariter quodam veneracione calis capiti. Nec numeris à sanè: cum dicitur adhuc) ut ex fide dignis testibus habetur) in aruon pedagra transiit laborantem, ad manus rucis rucis, à sanè à rucis rucis liberauerit. Eadem confirmat Barcezzus 4. part. chronic. minor. lib. 5. cap. 5. subdit, plura adhuc alia in vita eiusdem miracula.*

3. 10.

3. 12.

3. 13.

3. 14.

3. 15.

## SEPTIMO IDVS DECEMBRIS.

**A**quilz in Vestinis, Beati<sup>a</sup> Thomz Hyberni, Confessoris: vita & miraculis clari. Apud Pefciottam Regni Neapolitani oppidum, Beati<sup>b</sup> Francisci à Pefciotta, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Turri Lacunz in Castella; Beati<sup>c</sup> Didaci à Strunica, Confessoris: qui multis virtutibus pollens, sancto sine quietuit. Valentiz, in Hispania, Beati<sup>d</sup> Guillelmi à Spoletio, Confessoris: qui mira deuotione in Christi Passionem fetebatur: & spiritu prophetico extitit insignitus. Plici, in territorio Conchenfi, Beati<sup>e</sup> Iuniperi, Confessoris: vitæ candore, simplicitate, & humilitate conspicui.

## DECEMBRIS VII.

§. 1. **B**eati Thomz Hyberni, Confessoris. a] Hic Religio-  
nis causâ pollicem ex simplicitate, sibi amputauit,  
ne ad celebrandum cogereetur, plures Diaboli insidias  
perpessus est ac deuicit. Miraculis claret Aquilz, ubi  
sepultus iacet, in Conuentu Sancti Francisci. Visit  
circa annum millefimum trecentefimum sexagesimum  
quintum. Agunt de eo Beatus Bartholomæus Pisanus  
libro primo conformitatis. fruct. 8. & 11. parte 1. in Fra-  
tribus minoribus, provincie Pennensium, sanctitate il-  
lustribus. Codex MS. Abbatz, Sancti Victor. Parisien-  
siens. ibidem. Marcus Vlyssiponenfis parte secunda  
chronic. minor. libro nono, capite vigesimo nono, §.  
secundo. Gonzaga part. prima origin. seraphic. Re-  
ligion. in Beatis viuis huicque Ordinis. Toffinianus lib.  
primo histot. seraphic. Wadingus tom. 2. Annal.  
minor. ad annum millefimum ducentefimum sexage-  
simam nonum, §. decimotertio, & annum millefimum  
ducentefimum septuagesimum, §. vigesimo octauo.  
Piquetius in catalog. viro. illust. Franciscan.

§. 2. **B**eati Francisci à Pefciotta, Confessoris. b] Claruit  
ann. 1140. De eo scribit Barezus quarta parte chron.  
minor. lib. 1. cap. 38. Toffianus sup. Elzearius lib.  
3. cap. 6. facti monit. Olierus post Gonzagam part.  
1. supra in Conuentu S. Francisci Pefciotte, qui est 17.  
provinc. Principatus. Ex hoc quoque oppido (inquit)  
oriandus fuit consimilis sanctitatis Pater Franciscus à  
Pefciotta Franciscanus, qui dum ex Hierosolymis rediret,  
nauis cuius nautis, qua vehebatur, naufragium, antequam  
tempus exararetur, caelo adhuc sereno, prædixit, eosque  
bono animo esse iussit, quandoquidem solus ipse periculi-  
taturus esset, quod et res euentus comprobauit: non enim  
ita post multum temporis, postquam deliquissimè Patri  
sibi factis immet excessus in confessione detestific, super-  
uacuo maxime tempore, nauisq; ad litus allisa, at-  
que ceteris omnibus periculum euadentibus, solus ipse pe-  
tulit. Quoniam tamen mortuum, sed flexis genibus, manibus-  
que complexis ad uentis modum, iuxta litus reliqui  
naufragantes inuenerunt, optimeque loco recondi cura-  
uerunt.

§. 3. **B**eati Didaci à Strunica, Confessoris. c] Magister atque  
preceptor aliquando exiit Beati Patris Francisci Gon-  
zagæ d. (de quo infra 28.) Ministri Generalis totius  
Ordinis minorum, & Episcopi Mantuani, de quo vni-  
uersus Ordo Franciscanus, ob singulares eius doctes,  
atque eminentes virtutes, plura sibi pollicebatur.  
Qui cum nobilissimus esset, nihil magis quam hu-  
militatem affectabat, libenterque omnigenis  
humilitatis officii se implicabat. Obiit quidem etate  
iunior, sed maturitate, vitæque sanctimoniam laus se-

nex. Cuius corpus cum in Conuentu sanctissime ma-  
tris Dei Turris-Lacunz (qui est 19. provinc. Castellæ)  
sepultum esset, eius vicini Fratres, quorum nobi-  
litas, sanguisque claritas omnibus in Propatulo  
est, ex Apostolica Pij V. Pontificis Maximi, au-  
toritate, ad paternum sepulchrum, in nobilissima ciui-  
tate Barcinonensi constructum, transfulerunt. Ita  
scribit de eo Gonzaga sup. parte 3. in prefato Conuen-  
tu: & in Conuentu Sanctæ Mariz de Iesu, Compluti:  
qui est 2. provinc. Castellæ item Barezus supra  
libro quinto, capite octauo, sub annum millefimum  
quingentesimum sexagesimum septimum.

§. 4. **B**eati Guillelmi à Spoletio, Confessoris. d] Huius me-  
minerunt, Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu Domi-  
næ nostræ de Iesu, Valentiz, qui est 9. provinc. Va-  
lentini. Item Barezus sup. libro septimo, capite tri-  
gesimo primo. Nam in eo Conuentu obiit anno mil-  
lesimo quingentesimo octogesimo secundo, ipse Be-  
atus Frater Guillelmus, ex valle Spoletana ortundus,  
professione quidem Laicus, sed probatissime vitæ &  
Religiosissimæ conuersationis. Qui nunquam post  
Matutinas, (quibus semper, nisi grauissima foret in-  
firmitate detentus, aderat,) cum choque discere visus est,  
sed orationi tum vocali, tum choque mentali intentus,  
quod reliquum noctis sopererat, transigebat. Pre-  
terea in amarissimam Christi Passionem tanta tenet ra-  
dine, tantaque compassione ferebatur, ut quoties ali-  
quid de ea, vel audiret, vel cogitaret, in copiosissimas  
prorumperet lachrymas. Cùmque quadam die, per  
longum tempus spatium acerbissimum cruciatus,  
quos Christus Dominus, tum suo impio satellite, tum  
quoque in Cruce pro mundi redemptione perpessus  
esset, intus contemplatus fuisset, tanquam è sono-  
nigilanti, spirituque ebrius, ad Ecclesiam accessit,  
suggellatumque conscendens, eorum frequentissima  
corona, tot arcana mysteria aperuit, ut facile, vnde  
id hauserat, indicauerit, atque peccatricem mulierem  
ardentissimis suis adhortationibus à vitiiis ad agend-  
am penitentiam conuerterit. Huic tanto viro iudi-  
cis Dæmon plures tendens insidias, eumque læpius  
suis illusionibus atque phantasmatis ab oratione  
auertere nisus est: sed frustra. Quomobrem & prophæ-  
tico spiritu, quo plura prædixit, & plorantibus aliis præ-  
rogatus à Deo honorari meruit. Prædixit siquidem  
mulieri in puerperis parturienti salutem partum, at-  
que incolumitatem, eamque iterato à grauissimo pe-  
dons dolore signo Crucis ex tempore liberauit.

§. 5. **B**eati Iuniperi, Confessoris. e] Ab Ephurilla in territo-  
rio Nolementino originem traxit, laicus professione, qui  
in Religione

in Religione sanctè vixit, cum exemplo vitæ Inculpata: cuius anima, quanto ignara in his que mundi sunt, tamè potè ac sincerè Deo inscribatur, absque ulla distractione. Multa passus est à Demono, sed tandem superior eo triumphavit. Erat quippo orationi deditus, Crucem ligneam manu gerens sapius somnum capiebat ad gradus altaris maioris in Ecclesia. Multum delectabatur in contemplatione Domine Passionis: Sacerdotes in tantum venerabatur, ut

usquæ eos alloqueretur nisi generatus: deinceps osculatus eorum manibus benedictione humiliter exposcebat. Paupertatis mansuetissimus, atque mira simplicitate exornatus fuit. Diem clausit extenuum Placi apud Conuentum S. Michaelis, qui est 22. provincie Sancti Iosephi, vbi magna habetur in veneratione. Vide Ioannem à Sancta Maria 2. part. chronic. huiusmodi provincie lib. 4. cap. 15. ad ann. 1600. quo floruit.

## SEXTO IDVS DECEMBRIS.

**C**onceptio Immaculata Gloriosæ semper Virginis Genitricis Dei Mariæ. Catalagironè in Sicilia, Beati b Richardi Siculi, Confessoris: gratia sanitatum, post eius mortem, illustris. In Aprutio, propè Theatem, Marrucinorum oppidum, Beati c Dominici Genuensis, Confessoris, & Concionarij egregij, qui vitæ sanctitate, ac Regularis obseruantie zelo inclutus: Commissarius, fundatorque præcipuus provincie Sancti Bernardini extitit eximius. In Piceno, Beati d Laurentij à Camerino, Confessoris: pietate ac Religione spectabilis. Cortonij in Hechuria, Beati e Andree à Cortonio, Confessoris, Sancti Bernardini Senensis socij: qui centesimum annum agens, plenus dierum ac bonorum operum migravit in cælum. Toleti, Beati f Martini à Iesu, Confessoris, ac Doctoris celebrissimi: humilitate, obedientia, castimonia, aliisque summis virtutibus insignis.

## DECEMBRIS VIII.

§. 1. **C**onceptio Immaculata, &c. §] Istud Festum celebrissimum est apud Neustrios, eeu Neustrasios, vel Normanos: prout latius annotabimus, vbi de regibus Neustriaci sermo aderit. Maxima etiam solemnitate agitur in toto Ordine Seraphico Fratrum minorum. Hinc tot provincie, Conuentus, ac Confraternitates sub Conceptionis titulo, per vniuersum orbem eriguntur: immò & peculiaris Ordo Virginum Conceptionistarum à Sede Apostolica approbatus: quibus omnibus innumerabiles indulgentie per plures Summos Pontifices concessæ sunt. Hoc autem Festum receptum est à Concilio Generalibus, videlicet, Basilienis session. 16. & Tridentino session. 5. Itemque confirmatum à Pontific. maximis, Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Pio V. Sixto V. &c. insertumque in Menologio Gregorio, & in Martyrologio ac Breviario Romano. Ea de re extant quoque conciones non pauca, tum præcorum Patrum, tum recentiorum Authorum. Denique & à cunctis Episcopis, totoque populo Christiano, ingenti deuotione, sub præcepto, id Festum feruatur. De huiusmodi re agunt copiosè Alphonsus de Casarubea, in Compendio Privilegiorum Ordinis minorum, verb. *Conceptio Virginis*: Hieronymus à Sorbo ibidem in suis Annotat. Gonzaga de origin. seraphic. Religio. Rodricus tom. 1. quæstion. Regular. quæst. 57. Baronius in Annotacionib. ad Martyrologium Romanum, hæc die. Beatus Bernardinus de Bullis in suo Mariali, Ioannes de Carthago tomo 2. Arcan. Deiparæ, libro primo, & tom. quarto libro decimo octauo, homil. 9. Petrus Galatinus de Arcanis Catholice veritatis, Saulus in Martyrologio Gallicano, &c.

§. 1. **H**aud profus mirandum, si tot fidelitates, congregationesque, hoc gloriose nomine Immaculate Conceptionis Deiparæ Virginis insignitur, sub cura

Fratrum minorum depant: cum à tempore B. Iohannis Doussi, Scotti, Doctoris subtilis à parentibus eius strenuè steterit hæc Ordo Seraphicus. Quod & Iulius II. Papa, aperitè testatur in Bulla sua, qua Fratres minoribus omnino subdit Virgines Conceptionistas per Hispaniam, hæcce verbis. *Congregatio omnia, quæ ratione eius summo est, vos Fratres, qui vbi immaculatam Deiparæ Virginis Conceptionem intendam atque defendendam, tot labores, atque difficultates perpessi essent, illius sanctissimi nominis & professionis seruum curam gereret.* Estat in Archiepi. Monasterij Conceptionis Maguedæ, Toletanæ Diocesis oppidi: vide Gonzagam 3. parte supra in eo Monasterij, quod est 17. provincie Castellæ. Præterea Beatus Bernardinus de Bullis, huiusce Ordinis alumnus, proprium compilat Conceptionis officium à Sixto IV. Summo Pontifice approbatum anno millesimo quadringentesimo octingentesimo, Pontificatus sui anno decimo, concessitque ut omnes, qui illud, pro sua deuotione dicere & recitare vouerint, liberè & licitè hoc possint & valeant. Ita Alphonsus de Casarubea supra, paragrapho septimo. Villosus Athenarus orthodoxus. Franciscan. hæcæ B. Post ipsum Beatum Bernardinum supra, sermone quarto, & nono parte tertia: cætera vide supra octauo Octobris, & infra decimo quinto Decembris.

Beati Richardi, Confessoris. b] Floruit sanctitate anno millesimo trecentesimo sexagesimo, apud Conuentum Catalagironensem in Sicilia: vbi & sepultus hæcæ: & multos post mortem sanauit ægrotos. Memoratur à Marco Vlyssiponenli secunda parte chronic. minor, libro nono, capite vigesimo quarto, paragrapho primo. Beato Bartholomæo Pisano, libro primo conformitatis, fruct. octauo & vndecimo, parte secundæ in Fratribus minoribus provincie Siciliæ, sanctitate illustribus. Cod. MS. Abbatie Sancti Victoris.

Part. ibid. Gonzaga 1. part. sup. in BB. viris huiusce Ordinis. Toffianus lib. 1. histor. seraphic. Picquetus in catalog. viros. illustr. Franciscan. Wadinghus tom. 4. sup. ad an. 1355. §. 4. & 1399. §. 63.

3. 4. *Beati Dominici Genensis, Confessoris. e*] Ingentibus gratiis ac perfectionibus ornatus erat: quem tamen Beatus Franciscus *Papirensis* ad graui tentationis & tribulationis liberauit. Erat autem diuini verbi declamator disertissimus, suique status ac professionis iurificator zelator; quapropter a Beato Ioanne à *Straucanto*, Commissarius institutus est, super 4. Conuentibus, Aquile videbatur, Theatis, Pennæ, atque Montisplani, de nouo construendis: vnde postea provincia Penensis, nunc Sancti Bernardini, compacta est, pro Fratibus Obseruantibus. Moxam autem fecit in Conuentu Sancti Andree Theatis, ex quo, ergastulo cerni solent, ad astra euoluit: ingens sui desiderium, maximamque sanctitatis famam omnibus derelinquens. Florebat anno 1450. Eius meminit Marcus Vlyssiponens. 3. part. sup. lib. 1. cap. 37. Gonzaga 2. part. sup. in provincia S. Bernardini, & Conuentu 2. §. 4. eiusd. provinc. Toffianus sup. lib. 1.

3. 5. *Beati Laurentii à Camerino, Confessoris. d*] Religiosus extitit admodum spiritualis: qui & singulari deuotione prosequeretur sanctos Angelos, quorum officium pie recitabat quotidie. In Quadragesima quandoque missas ad *Aëlium* oppidum, pro audiendis penitentium confessionibus: cum inibi nullas adesset Conuentus Fratrum; & nocte superueniente, verum iter amplius conficere postea: protinus illi adfuit Angelus, in forma pulcherrimi iuuenis, qui ducatum viæ præstuit, & turbæ fluxum alioqui periculosum transuadare fecit: immo, & portas oppidum clausas, illi reuerauit deinde ab oculis eius euanuit. Hæc ex Marco Vlyssiponensi 3. part. sup. lib. 3. cap. 30. ad an. 1506.

3. 6. *Beati Andrea à Carina, Confessoris. e*] Pauperatis Evangelicæ obseruantissimus fuit, atque Sancti Bernardini *Seraphici* socius integerrimus: de imitator strenuus: qui centenarius, cum maxima sanctitatis opinione diem claudens extremum, mortem multò ante præcidit. Claruit apud Conuentum Beate Margarete Cortonij, vbi & sepultus iacet. De eo scribit Gonzaga 2. part. sup. in eo Conuentu, qui est 2. provincie Tusciæ. Barezus 4. part. chron. minor. lib. 7. cap. 16. ad an. Christi 1580. non quod eo anno obierit, vel

vsque ad id tempus peruenerit: cum Sanctus Bernardinus, cuius erat focus, mortuus sit ann. 1444. Toffianus lib. 2. in provinc. Tusciæ.

*Beati Martini, Confessoris. f*] Cognominatur à *Iesù*, §. 72. seu *De Iesù*: vir fuit nobilissimus, eruditissimus & sapientissimus, Græcis ac Hebraicis literis copiose instructus: necnon Doctus Theologus in Salmanticensi Academia, vbi præclarè docuit: ac tandem Madriti in Collegio Escoriali à Rege Catholico Philippo II. Lector Cathedralis institutus. Virtutibus etiam sic excelsus erat: in iuuentute, vt relatum sit de eo; quod sanctus semper euaserit: studens, Collegiatus, Clericus, & Doctor: imò & Sacerdotum sui qui exemplar, ac denique sanctus Religiosus. Itaque vir tantus magna cum pietate habitum Ordinis Seraphici inieit apud Conuentum Conceptionis S. Mariæ Virg. (qui est 33. provincie S. Iosephi) Baragæ, quarto militari à Madrito. Obedientiam & humilitatem summe excoluit, non loquendo & disputando, sed opere, & praxi. Pauperis etiam cupidus, nil omnino in cella tenebat, nisi cruce m ligneam, & Codicem Bibliorum, si quandoque de nonnullis dubiis interrogaretur, magna cum modesta responsione dabat, id que breuiter: verba enim eius erant quædã pauca, sed grauis, & sapientie sale condita. Die non quæ à choro seu oratione nisiquam abscedebat, sæper paratus, & expeditus ad inseruendû Deo, virtutisque exercitium amplectendû. Extra chorum, seu obedientiam, in cella clausus manebat, orationi vacans, & propriæ salutis incumbens. Mollis in die gratias Deo agebat de sua vocatione ad Ordinem Fratrum minor. Toletum missus Lector, Theologiam Fratres docuit: & suo exemplo virtutis studij proposuit. Quis namque omnia referre valeat? *pacitas animæ*, deuotio veta, lachrymarum copia, Sacramentorum frequentia, dolor culpæ quantum sinimmar: solitudo, silentium, vigilia, orationes, sedula pietas, mediatio continens, & cætera virtutum genera, erant in eo. Maximo cum spiritus seruo operata, virtute callis, omne sic illuxit, vt virtutis ætem semper ille sanæ custodierit, & puritatem in nullo violauerit. A peccatis etiam in Religione sese omnino abstinuit, præ humilitate. Cùmque multis virtutum generibus floret, felix ad Dominum periret, copiosè de eo scribit Ioannes à S. Mariæ 2. part. chron. provincie S. Iosephi. lib. 4. cap. 22. ad an. 1590. quo claruit.

### QVINTO IDVS DECEMBRIS.

**A** pud Zacatecas Indiæ Occiduz populos, Beati <sup>a</sup> Ioannis Claudi Martyris: qui pro Christi fide à Gentilibus toto corpore telis confossus: Martyrij coronam accepit. Anconæ in Piceno Beati <sup>b</sup> Gabriels Anconitani Ferreti, Confessoris: qui generis nobilitate, oratione, & castimonia illustris, Vicarium provincie Marchiæ summa cum prudentia egit: tandem spiritu prophetico plenus, miraculis innumeris, in vita & post obitum coruscavit. In Italia, Beati <sup>c</sup> Ludouici à Rotela, Confessoris: singulari virtutum prærogatiua & sanctitate vitæ conspicui. Tanlai, in territorio Lingonensi, Beati <sup>d</sup> Nicolai Gallieri, Confessoris: vita, doctrina, & spiritu prophetico clari. Perusiz, Beate <sup>e</sup> Lucie Petri à Fulgino Virginis Abbatissæ, zelo monasticæ obseruantie, & perfectionis Religiosæ insignis. Valentie Beate <sup>f</sup> Margaritæ Agullonæ Virginis, quæ paupertate, humilitate, & oratione extatica copiosè exornata, atque in extasim rapta, Dominicæ Passionis memoriâ sic recubabat, vt & dolorum Christi particeps fuerit, & ipsius gloriæ confors tandè euaserit.

- §. 1. **Beati Iohannis Clausi, Martyris.** \*) Dicitur esse *Clausus*, seu à *Serrado*, Hispanice. Sacerdos erat, habitumque Religionis suscepit in provincia S. Evangelij pluribus virtutibus, maxime obedientia exornabatur. Hic ad quadam construenda edificia, ex obedientie mandato, Xaliscum prompse perrexit: dumque in Regione illa Guardianus esset Conventus Zapachani, licentia ac benedictione à proprio praelato petita, ad Indos illos Barbaros Zacatecas, (hoc est Chichimecas) conuertendos se contulit; quorum aliquos cum ad veritatis cognitionem, atque Catholicæ fidei confessionem redegerit, essetque doctrinæ Christianæ intentus, vibratis vndique sagittis ab infidelibus atrociter saulatur, sicque exanimatus cum Martyrij corona ad Martyrum Regem, furiæ morte transmittitur, circa ann. 1566. Agunt de eo Gonzaga origin. seraph. Relig. part. 4. in provincia S. Evangelij, vbi de Custodia Zacatecas. Barcezus 4. p. chron. minor. libr. 1. cap. 66. Hic idem est, vt reor, cuius meminit Gonzaga part. 1. sup. vbi de sacris Martyribus ordinis minor. suo auro, ob Christi fidem, passis apud Indos Occidentales. *Beatus Pater Iohannes Clausus* (inquit) *Capitani Conuentus apud Indos Guardianus, ad Zacatecas Indos gentiles, vixisse conuerteret, pertransiens, ab infidelibus sagittis confusus est.* Item part. 4. in Conuentu S. Mariæ Magdalenzæ, qui est 30. provinc. SS. Petri & Pauli. Sic & Barcezus sup. lib. 4. cap. 37. & lib. 8. cap. 7. Rapinuz in hystor. general. origin. Recollector. decal. part. 1. Hilarion à Costa lib. 1. hystor. catholic. pag. 366. Piqueuz in catalog. viros. illustr. minor. Marianus lib. 1. cap. 42. & lib. 3. cap. 21. Bosius tom. 1. libr. 12. cap. 22. Daga part. 4. chron. minor. lib. 2. cap. 51. & 60.

- §. 2. **Beati Gabrielis Anconensis, Confessoris.** b) Ex illustri prosapia originem ducere, in Piceno: sed maxima humilitate, atque patientia exemplari fulgebat. Concionator extitit eximus, orationi ac contemplationi iugiter vacabat: tanta honestate, virginalique puritate ditabatur, vt quamplurimis visitationibus sit consolatus à Christo Domino, eiusque matre sanctissima, cuius erat deuotissimus. Neque enim aliud suauitudo iudicij exercitum sentiebat, quam meditari, contemplari. Ioh. ac magno cum spiritus feruore concionari de Regina ipsa Angelorum, de Paræ: cuius meritis dignatus est exaudiri in suis petitionibus & supplicationibus à Deo Opt. Max. spiritu prophetico illuminatus erat: & gratia miraculorum decoratus. Guardianus aliquando egit in provincia Marchæ, cuius postea extitit Vicarius Provincialis, circa verò ann. 1423. Conuentus S. Francisci alioquin Anconæ ab eodem. testatus, amplius, atque in eam, quam modò induit formam, translatus est. Arano millesimo quadringentesimo trigesimo quarto Conuentus Sanctæ Mariæ de Gratias apud Sanctum Severinum ex Eugenio IV. facultate, anno quarto sui Pontific. in ipsius Beati Gabrielis poestatem venit: cuius sollicitudine & curâ ab imminuta ruina vindicatus extitit.

- §. 3. Porro diem clausi extremum in præfato Conuenta Anconens. anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, hac die: sepulchro fuit de Relig. lo more humil. antiquioris Ecclesiæ paramento: (habet siquidem Conuentus ille duas Ecclesias, novam scilicet & veterem: istam sub Divo Patre Francisco ædificatam, illam verò ab istomet Beato Gabriele, constructam) cumque micum in modum copiosa

populi multitudo illuc accurreret: & clamor vbique de viti Dei transitu resonaret: vbi, copius cum Clero, & Senatus cum Magnaribus vrbis, eius ex quo interfuere: vbi coram omnibus concionem habuit. Beatus Iacobus à *Marcha*, qua præclaris encomiis, egregiis merita, hereticas vitietas, ac ingentia miracula Beati Gabrielis enarrauit. Non solum enim in vita, morte, & post obitum miraculis claruit, sed usque quotidiè percrebrerecentibus: tota Anconensis vrbis pia communis misit ad Summum Pontificem Calixtum III. oborari ipsum deprecari: quatenus catalogo Beatorum Gabrielem adscriberet Sanctorum: interimque licentiam concederet, publicè diem festum eius colere, ac venerari. His auditis, præfatus Pontifex Beato Patri Iacobo à *Marcha* huiusmodi miraculorum disquirendorum negotium commisit: qui inuictò muneri facturus satis Anconem contendit, omnia que quàm diligentissimè rimatus, integrum libellum de eius morte atque miraculis conscripsit, reliquosque eius exemplari in huius loci archiuo, quod & vique impreffurarum præfuerat, ad Romam repedarit, illumque Pontifici Maximo obtulit: quo perlecto, precepit, vt exhumatum eius corpus in loco eminentiori nobiliorique, collocaretur. Fratres ingratum illud, iuxta Pontificis mandatum, ad præparatum fibi ex polito lapide sepulchrum, quod præcipuum confisus Antiquioris Ecclesiæ portam ingrediens, ab leuam occurrit, procius transfulerunt: inique per quadam fenestellam ex industria fabricatam, integrum omnino, atque impore adhuc conspiciunt, cuius fragrantia suauissimæque odor accedentes mirabiliter recitat. Bullam Calixtinam de huiusmodi Translacione facienda quilegere desiderauerit, Fratrum archiuum petat. Hæc ex Marco Vlyssiponenfi 3. part. chron. minor. libr. 1. cap. 36. & libr. 4. cap. 22. 23. & 24. Gonzaga supra part. 2. in Conuentu 1. & 19. provincie Marchæ. Toffiano libr. 1. hystor. seraph. qui tamen scribit obisse ann. 1450. die 1. Novembri. Festumque illius reponit 11 Nouembri.

§. 4. **Beati Iudensis à Retela, Confessoris.** c) Provincie S. Francisci fuit alumnus: virtutibusque quamplurimis nitens, orationis amantissimus erat, cuius rei gratia ingentes pertulit à Demone tentationes: quas suis feruentissimis precibus deuicte, ope diuina suffuluit. Tandem de virtute in virtutem hanc legitur progressus faciens, feliciter obdormiuit in Domino. Claruit ann. 1505. memoraturque ab eodem Marco Vlyssiponenfi 3. part. sup. libr. 8. c. 31. ad an. Christi 1506.

§. 5. **Beati Nicolai Gallieri, Confessoris.** d) Vixæ sanitate, singularique doctrina, & prophetia docto. Floruit circa an. 1320. Vnde Fodericum in descriptione provincie Burgundicæ. Vbi de Conuentu Taliano pag. 897.

§. 6. **Beata Lucia, Virg. e)** Religiose Monasterio S. Lucie apud Fulginates, nomen dedit circa an. 1433. vbi in maxima vixæ bonitate vixit. Ex eo postea Superiorum iussu ann. 1448. vna cum 22. focus, Persam ablegatæ ad Monasterium S. Mariæ Montis-Lucis, quod est 1. provincie S. Francisci, vt imbi Moniales ad presbiteram Regulæ Obferuantis reduceret. Erat quippe virgo vixæ admodum exemplari, ardentissimæque zeli circa Monasticam perfectionem, & Regulæ ac Constitucionum præxim. In operibus agitidus prima apparebat, in oratione stabat feruens & assidua, vigiliis & penitentiæ actibus dedita, profunda humilitate & plena charitate gaudebat. Quapropter semel & iterò, nempe ann. 1439. &

1471. vitæ in Abbatissam est electa: quod quidem munus, laudabiliter, & ingenti cum pace se presentia exercuit. Demùm mentis & virtutibus exornata, seculum deseruit, coriunq; inuicta est, hac die, an. 1499. octuagenaria cum esset. Vide la cobillum de SS. Fulgiansib. sub aa. Iulij pag. 251. & 252.

- §. 7. *Beata Margareta, Virgini. f.* Ex Xatu in Regno Valentiz erat oriunda. Ab ineunte ætate, totam se Deo deuouens, admirabili moa luce apparuit circumdata; quæ ad motum eius commouebatur, & quocumq; gressus corporis pergebat, insequebatur: vt prouide à Patre luminum eam pretiosam Margaritam sic esse adnotatam omoes inspicientes aduicerent: viginti annorum facta, virgo omnibus modis tentata fuit, vt matrimonio iungeretur; quibus strenuè obuians prudentissima virgo, habitum tertij Ordinis Sancti Francisci, votumq; castitatis emisit in manibus pglati: validis tentationibus à Deo monio fibi illatis agitata, ad fidei, spei, charitatisq; prez fida confugiens, aduersarij vires exertissimè propulsa, tumque, discipulus, ieiunus, cilicio, corporis nodi super martas, spinas, verpes & vrtices raptaeque, ac volutatione omnia tela inimici quantumuis ignita, exuuebat, & extinguebat. Insignis erat eius obedientia, qua non solum superiorum, confessariorum, ac parum spiritualium iussus vitro parebat, sed & solis eorum nutibus ac internis propositionibus inuinculenter obtemperabat. Paupertatis verbè amatra effecta, eam quoq; suo voto amplexata ad amissum seruauit. Quapropter rebus cunctis temporalibus à se abdicatis, & reuictis, labora manu deinceps vicium sibi comparabat. Paupere habitu, & lacera tunica vestita, inter pauperes publicos prodibat in vulgus, cum illis ad oitrum Cõgentis Fratrum minorum iabat, panis frustula expecebat, gratiasq; comedebat, relictijs procerum, ducum, & optumatum lausis, dapsibus ad se, propereque missis, quas omnino acceptare renuebat. Exinde profundissima humilitate pollebat: qua se omnium minimo arbitrabatur, cunctorum pedes genibus flexis, osculabatur & vlcera, pro-na in terram. Hos amantissimè diligebat, usque omnia queritando suppeditabat, etiam vique ad propriam subaculam, quam vitro ipsis elargita est.

- §. 8. Confusio spirituales ei non defuerunt, in multis tribulationibus que sibi euenorunt, quibus arma cõleis patientiz opposuit. Totaque cum Christo Ciuitatis, amore ardentissimo, addita esset Passiois Dominicz mystica assidua meditatione recolabat, obtemperatq; à dilectissimo Iponio Christo, vt in eorum memoriam, dolores coronæ spineæ, & aliarum plagarum, quas in Passione, pro nostra salute sustulisset,

& ipsa in suo corpore sentiret. Quantum verò spectat ad orationis eius feruorem, vix credibilia sunt, quæ tamen veridica relatione certissima esse comperimus: nam Cardinales, Patriarchæ, Ansilesites, Principes, Duces, Nobiles, & omnis generis, vniuersæ sexus, personæ, profiant oculati testes: quomodo sæpè læpius orationem habens extaticam, extra se rapiebat in extasim, subleuata in alicum à terræ; etiam vique ad quantum diem. Tempus mortis sue prenoscentes, læta parauit se; cui obuiam aduenerunt & ipse Saluator mundi, vna cum Seraphico Patre Sancto Francisco, Sancta Elizabeth Hungaræ, & Beato Nicolao facote Ordinis minorum: necnon, Sancto Vincentio Ferrerio, & Beato Ludouico Beltranno, prædicatoribus: in quorum comitatu ferix anima ipsius in celum pete-ait. Tribus diebus, vt deuotioni populi fieret satis, sacrum corpus insepulcum mansit; deinde in Conuentum de Sanguioe Christi, ab Archiepiscopo Valentinio, deportatum, in feretro ad cornu episcopæ vlti collocatum: inter quoque ab omnibus parochiis, ordinibus, & societatibus totius vrbs, frequentatione illustratur: tumque transactis diebus tribus, terzæ burnatum est in Capella maiore eiusdem Conuentus ad cornu Episcopi: vbi remansit usque ad ann. 1605. mensis Februarij, quo idem Archiepiscopus illud translulit in suum Collegium-seminarium, atque in eam sepulchrum à sabbatè extructum, recondidit, cum hoc Epitaphio lapidi alabastræ exarato.

*Beata Margareta Agullona, Setabensis, professionis Franciscane, obiit, IX. Decembris, anno à Natiuitate Domini M. DC. atatis sue LXXIV. Claris hac Virgo eximia vita penitentia, & frequenti extasi, assiduos dolores in eisdem partibus accepit, in quibus Christus Dominus vulnera, feria quarta in capite, coronæ instar. Meritis est magna opinione sanctitatis, & funere pietate celeberrima.*

Maximis etiam miraculis coruscavit tum in vita, ac post mortem. De ea copiosè agit Daça sup. lib. 4. c. 34. vique 44. illi que meminerunt Ioannes de Torres in Prædicationibus exhortationibus super Regulam Tertianorum fol. 18. pag. 2. Salazar. lib. 3. chronic. prouinc. Castellæ, caput. 15. à quo Beata Bullona, simpliciter vocatur.



QUARTO IDVS DECEMBRIS.

**M** Armandæ in Gallia Aquitania, Beatorum <sup>a</sup> Ioannis Goffonij, & Raymondum Rosfeldi, Martyrum: quorum prior, iam septuagenarius, plumbeis sphaerulis ab hæreticis traiectus: alter verò gladio percussus, animas celo reddiderunt, Martyrij palmam consequuti. In Italia, Beati <sup>b</sup> Thomæ & Thericio, Confessoris: pietate, Religione, & zelo altissimæ paupertatis insignis. Vilnæ in Lituania, Beati <sup>c</sup> Stanislai Huiumacensis, Confessoris: eximia contemplatione & vitæ sanctitate spectabilis. Xalapæ in India Occidentali, Beati <sup>d</sup> Francisci Marguinz, Confessoris: qui sedulo laborans in prædicatione Evangelij, verbo & exemplo, complures infideles Indos ad Christum adduxit. Baragiz in territorio Toletano, Beati <sup>e</sup> Petri à Cæsaraugusta, Confessoris: qui mira mansuetudine ac humilitate præditus, virginitatem perpetuò coluit illæsam, & donis cælestibus maximè enituit. Volaterræ in Hethruria, Beate <sup>f</sup> Eufraziæ Volaterranz, Virginis: dono prophetiæ & miraculorum celebris.

DECEMBRIS X.

5. 1. **B** *Beati Ioannis Goffoni, etc. Martyrum.* a] Hæreticis in Conuentum minoricum Matmandæ (quod est Aqortanz oppidum) seueniens: illum omninò deformatur. Et quomodo inanuntis conuolauerit, cum nec ipse quidem insontibus pepercit: in hac enim eorum cruentissima persecutione, duos Martyres oobis pepererunt: B. Ioannem Goffonum septuagenarium, (qui ad palmam in medio foro alligatus, atque plumbeo globali ab hæreticis ob catholicam Religionem transtuerberatus, spiritum emisit) & Beatum Raymondum Rosfeldum, (qui etiam hæretico gladio confossus, interit) felici agone illustres. Scribunt de eis. Gonzaga 3. part. orig. seraphic. Relig. in præfatio Conuentu, qui est 19. protuque. Aquitanic Antiquior. Barezzi 4. part. chronic. minor. libr. 5. capit. 25. ad ann. 1571. Daça lib. 3. cap. 58. Wadinghus tom. 2. Annal. minor. ad ann. 1571. §. 27.

5. 2. *Beati Thomæ & Thericii, seu de Tremis, Confessoris.* b] Hic paupertatis Evangelicæ acerrimus fuit p. opugnator: cuius rei gratia, graues persecutiones sustinuit: viâ cum B. B. Conrado ab Offida, Petro à Monticento, & aliis sanctis viris: qui simul ad Sedem Apostolicam confugientes, benigne sunt recepti. Ita vt Sanctus Cælestinus V. Papa, quamplurimis fauoribus & prouisionibus eos munierit, & ab æuulis separatis, sua protectione, conseruauerit. Vide Martum Vlyssiponensem 2. part. chronic. minor. libr. 5. cap. 27. Wadinghus sup. ann. 1194. §. 9.

5. 3. *Beati Stanislai Huiumacensis, Confessoris.* c] Vir fuit Religiosissimus, Poloniarum natione, qui à Beato Patre Ioanne Capistrano, minoretico habitu indutus, in omni victu ac perfectione, ad vltimum vique vitæ suæ terminum profecit: tantumque patrem, sui status auctorem, pro vrbibus immutauit, quapropter cum Sanctis beatissimis pijs credatur. Arguit de eo Gonzaga part. 2. io BB. viris huiusmodi Oratins. item part. 2. in Conuentu Sancti Francis Vilnensis vrbis: vbi tumulatus iacet. Barezzi sup. libr. 3. cap. 19. Toffiniana lib. 4. histor. seraphic. ab eo B. Stanislai vocatus. Picquetus in catalog. vrbis. illustr. Franciscan.

5. 4. *Beati Francisci Marguinz, Confessoris.* d] Ex Victoria Diocesis Calaguritanæ in Hispania, octiduos erat, protuque Cannabrix alumnus: qui in Indium Occidentium transeiit ann. 1550. post assecutum Indicum

idioma, tot talesque in Infidelium conuersione fecit progressus, adeoque mitis, humanus, affabilisque omnibus fuit: vt cuius alteri ex præcipuis Dominicæ vniuersitatis illis in partibus, cultoribus comparandus facillè veniat, & ab omnibus Deo dilectus passim nōcupatus sit. Hic igitur tantus vitæ præuissima infirmitate, ex labore & incommodis in ipsa Catholice fidei prædicatione, contracta, cum maxima sanctitatis opinione, ac ingens sui desiderium consistribus relinquens, in Domino obdormiuit: sepultusque est Xalapæ, in Conuentu Dominice Natiuitatis. Memoratur à Gonzaga part. 4. sup. in eod. Conuentu, qui est 65. prouinc. S. Evangelij. Barezzi sup. libr. 4. cap. 22. Rapin o in histor. general. orig. Recollector. decad. 7. part. 1. §. 2. pag. 366. Mariano lib. 2. cap. 51. chronic. illustr. obliuiscunt. Reform. Grauna in vrbis Tremis part. 2. c. 14.

*Beati Petri, Confessoris.* e] A patria cognomine accipit, Cæsarangustanus dicitur. Egit nouitium, in Conuentu S. Francis de Tepez, qui est 30. prouinc. Sancti Ioseph. Tanta mansuetudine & affabilitate erroratus erat, vt ceteros in admirationem adduceret. Pax interior, & pures exterior maxime in eo collucebant. Humilis, charitatus, & amabilis supra modum extitit. Virginitatem perpetuò seruauit: & lethali peccato nusquam inquinatum se sensit. Cibico aspero, & discipulis cruciatu corpus edomabat. Deuotissimus erat erga mysteria Natiuitatis, & Passionis Christi: tumque erga Augustissimum Eucharistia Sacramentum: cum Magister Nouitiorum factus fuisset, eos sui ipsius exemplo iuducebat ad virtutis amorem: eandem mortificationis exercitia agens cum ipsis: & miris documentis Christi iugum suse ostendens. Plura de eo refert Ioannes à Sancta Maria part. 2. chronic. præfata p. 1. lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo floruit. Obiit sanctissimè apod Conuentum Baragiz, qui est 15. eiusd. prouincie.

*Beati Eufraziæ Volaterranz, Virginis.* f] Florebat circa 5. 6. ann. 1560. apud Monasterium Clauillam Volaterræ in Tuscia: vbi & tumulata iacet, in signa vitæ sanctitate conspicua: quippe que tam in vita, quam in morte plurimis claris miraculis, atque prophetico spiritu donata fuit. De ea mentionem faciunt Gonzaga part. 1. sup. in eo Monasterio, quod est 1. prouinc. Tuicæ. Barezzi sup. libr. 4. cap. 30. sub ann. 1564.

## TERTIO IDVS DECEMBRIS.

**B**eneuenti, Beati <sup>a</sup> Monaldi eiusdem vrbs Archiepiscopi: vita & eruditione preclari. Rellaniz in territorio Aqvensi, Beatorum <sup>b</sup> Anonymorum Confessorum, Seraphici Patris Sancti Francisci Discipulorum: qui ablegati in Galliam, mira sanctitatis odore vbiq; sparferunt. In Italia, Beati <sup>c</sup> Pauli Brixienfis, Confessoris: qui potens opere & sermone, signis admirandis refulsit. Aquilæ in Vestinis, Beati <sup>d</sup> Baptistæ Heluetij, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Castanci in territorio Toletano, Beati <sup>e</sup> Ioannis de Aluarez, Confessoris: charitate & patientia laudabilis. In territorio Hispanensi, Beati <sup>f</sup> Bernardini Biarenfis, Confessoris: qui orationibus, disciplinisque vacans; humilitate ac charitate, necnon, vitæ perfectione admodum enituit. Augnonij in Castella, Beati <sup>g</sup> Petri à Guadalaxara, Confessoris: virtute abstinentiæ, oratione, & penitentiæ exercitiis spectabilis. Plateæ in Sicilia, Beati <sup>h</sup> Guillelmi à Catalagirone, Confessoris: dono prophetiæ ac miraculorum illustris.

## DECEMBRIS XI.

5. 1. **B**eati Monaldi, Episcopi. a] Hunc Archiepiscopum beneuentanum fuisse adnotatum cum Antonio Possuino in Apparatu sacro. tom. 2. Salazar in defensione pro immaculata Concept. Virg. cap. 42. scul. 14. Bellarmino tom. 7. de scriptob. Eccles. sub ann. 1320. Willoto Athenarum orthodoxar. Franciscan. littera M. At quæ ab ipis mox adduntur: videlicet, eundem Martyrio coronatum in Arghenga Vrbe Saracenorum ann. 1312. & alia cetera, quæ aliis consentiant: haud valemus obsecqui. Primò, ob dissimulantem temporum. Nam ille Beatus Monaldus, qui eò loci, apud Saracenos passus est, Martyrium subit ann. 1288. seu 1289. vti ostendimus a. Martij, ex Sancto Antonino, Marco Vlyssiponensi, Bosio, & aliis. Igitur Martyr ille Monaldus Arghengx pro Christo occisus, non est iste Archiepiscopus: sed alius ab eo. Secundo, ob differentiam locorum: qui enim Arghengx Martyrium completit: ibidem à Grecis sepultus est: at B. Monaldus (cui attribuitur tot o pulcula edita) quieuit in pace, apud Conuentum Iustnopolitanum, provincie Dalmatiæ: prout constat, ex us quæ 9. Nouemb. annotamus: igitur nec B. Monaldus Martyr, nec B. Monaldus Archiepiscopus præfatus, Authores fuerunt horù operum: qui in lucem proderunt, sed alter diuersus ab illis: nempe Beatus Monaldus Iustnopolitanus: sic nuncupatus, licet Picenus esset: quem admodum superius suo loco demonstrauimus. Quare hi B. Monaldi, sunt tres vti omninò distincti, loco, tempore, & dignitate: labunturque errore, qui ex tribus vnum faciunt: aut quæ tribus diuisim conueniunt: hinc vni Archiepiscopo Beato Monaldo conueniam attribuit.

5. 2. **Beatorum Anonymorum, Confessorum.** b] Rellaniz ciuitas sita est, inter Ciburcum & Aptam - Iuliam, iuxta Alpes, Diocesis Aqvensis in Phocensi provincie. Haud longè ab eo extat Conuentus Sancti Francisci, qui est 31. provincie Sancti Ludouici: de quo dicit Geozaga ibid. part. 3. origin. seraphic. Relig. Non preclarè ab eo est antiquissimus Conuentus Fratrum monachorum de Obseruantia, extructus à sanctis Beatissimi Patris Francisci, quarum corpora videntur sacratissimè quiescere eius maximo honore ac reuerentia. Wadinghus toti. 1.

Annal. minor. ad ann. 1136. §. 16.

Beati Pauli Brixienfis, Confessoris. c] Eximiat prædicator cum esset, bonorum operum meritis, ac virtutum laude floruit: qui suis precibus, caris vitium restituit, & alia signa edidit non pauca. Illius meminit Marcus Vlyssiponensis t. part. chronic. minor. lib. 4. cap. 28. sub ann. 1439. Tullianus lib. 2. in prouinc. Mediolanens.

Beati Baptistæ Heluetij, Confessoris. d] Obiit circa ann. 1100. sepultusque est in Conuentu Sancti Bernardini Aquilæ: vbi floruit vitæ sanctitate. Memoratur à Marco Vlyssiponensi. part. 3. sup. lib. 9. cap. 47.

Beati Ioannis, Confessoris. e] Erat hic Laicus professione, ingenti charitate repletus maximè erga egenos & pauperes, quibus erogabat, quicquid manus & affectus eius inuenire poterat. Dio & grauitè infirmatus, patientissimè se habuit, & vitam sanctam sine conculsit, in Conuentu sanctæ Mariæ de Casbeno, qui est 9. provincie Castellæ. Ita Salazar lib. 2. chronice. eiusdem prouinc.

Beati Bernardini Biarenfis, Confessoris. f] Prouincie Sancti Ioannis Baptistæ Discalceatorum fuit alumnus: moxamque traxit apud Conuentum Dominæ nostræ de Laureto Montfortij, qui est 3. eiusd. prouinc. Eximius Dei seruus extitit, & ingentis perfectionis vir, magna humilitate ac charitate pollebat, sanctæ orationis amanatissimus erat, Deo gratissimus & vita sanctissimus. Præfata sua prouincia egressus est vt in Indiam se conferret, eo sine: vt salutè, conseruacione Indorum insularum, & martyrium, si opus esset subiret pro Christi nomine. At contrarium accidit voluntatiq; martyrium defuit: nam cum in Conuentum Verguis Deiparæ de Loreto, propè Hispaniam in Andalusia, aduenisset, infirmatus est ad mortem, & paulò post sanctissimè obdormiuit in Domino: ad cuius exequias ingens populorum concursus factus est, ob deuotionem, qua omnes ipsam proferebantur. Arguit de eo Ioannes Ximenez in lra Chronolog. prouinc. Sancti Ioannis Baptistæ. Barreuz 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 69. ad ann. 1580. & Ioannes à Sancta Maria part. 1. chronic. prouincie Sancti Iosephi lib. 2. cap. 40. ad ann. 1580.

9. 7. *Beati Petri, Confessoris. g.]* Inter Fratres Laicos multum replendis hic Ghisli seruus, charitate erga pauperes plenus, ciborum parcimoniam sectatus, à carne & vino abstinuit, sicque modicè aliis de rebus comedeat, vt vix censetur sibi sufficiens ad sustentationem. Secreta infirmitate conatus, clam, diuque cum patienter sustulit, nec medico vlcus aperuit, nisi extrema necessitate coactus. Non propeca destruxit à labore manuum, vel penitentias suas in aliquo temperauit. Sanctæ orationis spiritum in se, post Matutinas, ita ardente flamma amoris excitabat, vt genuflexus, ante Augustissimum Sacramentum, noctis residuum consumeret: recedentibusque aliis, ipse asperissima disciplina corpus suum edomaret. Eo tempore, sæpè visus est globosissimæ mari splendens super eum altare. Solitudinem amans, seculares omnino deuitabat, quicquam eum vt sancti, à Deo charum summè venerabatur. Singularis fuit eius paupertas: semper discalceatus

incedebat, quædamuis grauius dolentibus premeretur in pedibus. Solo, vnicuique habita, veterano, paupere, & aspero induebatur: solo, vel tabula, vtebatur ad somnum capiendum. Tanta reuerentia Sacerdotes proferebantur, vt nunquam eos alloqueretur, vel ab eis quidpiam acciperet, nisi genuflexus, osculataque eorum manum. Augnonij in Conuentu Sancti Sebastiani, (qui est 26. provinc. S. Iosephi) spiritu sanctè emittit: teste Ioanne à Sancta Maria, part. 1. sup. lib. 3. cap. 33. ad ann. 1590. quo floruit.

*Beati Guillelmi, Confessoris. h.]* Sux Regule obsequiosissimus, in oratione assiduus, in vita magne existimationis apud omnes fuit: quemque Dominus, quo ad vitam, spiritu prophætico: & post mortem, illustrem reddidit. Obiit in Conuentu Sancti Petri Placeæ (qui est 12. provincie Siciliæ) anno 1592. Iuxta Graunam in *Monte Taurino*, part. 2. cap. 24.

## PRIDIE IDVS DECEMBRIS.

**I**N Romana Insula, propè Assisum in Umbria, Beati <sup>a</sup> Conradi Offidani, Confessoris: oratione ac contemplatione, humilitate & charitate conspicui: quem Deus innumeris prope miraculis in vita & post mortem misificauit. Pennæ Bilio- rum in Piceno, Beati <sup>b</sup> Pauli Clodienfis, Confessoris: qui scientia ac pietate præclarus, vitam in omni patientia, humilitate, & innocentia exegit. Populæ de Angelis in India Occidentali, Beati <sup>c</sup> Roderici Beneuuenti, Confessoris: qui multas ac varias Indorum gentes ad Christum, verbo & exemplo conuertit: demùm sanctitate clarus, sælix obdormiuit in Domino. Eboræ in Lusitania, Beati <sup>d</sup> Hieronymi à Villa-vitiosa, Confessoris: eximie perfectionis, penitentis, atque in proximis Epidymia laborantes summæ charitatis viri. Toleti Beati <sup>e</sup> Iosephi de Roca Verti, Confessoris: genere, virtute, ac Religione, illustris. Cadafalsi in territorio Toletano, Beati <sup>f</sup> Andree de Vera, Confessoris: qui humilitate, oratione, atque mortificatione eadmodum enituit.

## DECEMBRIS XII.

9. 1. *Beati Conradi de Offida, Confessoris. a.]* Picentis erat natione oriundus ex Offidano oppido, eum autem 15. esset annorum habitum seraphicæ Religionis induit: studioque litterarum addictus, haud paruum incrementum fecit: sed maiores profectus dedit: dum verè, christianeque scientie incubuit. Nam perfectionis viam ingenti spiritus feruore aggre diens, charitati & humilitati instantius adhefit: quamobrem, & per annos decem coquinae libenter inseruauit: & vitæ ad eiectionem nam petendam exiuit. Moris erat, apud Conuentum montis Alernis in Tusciam, quosdam Fratres Sacerdotes deputari ad commemorandum intra sacellum S. Francisci sacrorum Stigmatum) vbi & cubacula haberent, (ne mendicationis ergo egredi cogentur) & necessaria omnia suppeditarentur. Hi diuino tantum celebrando officio, continuisque meditationibus vacabant: & inter reliquos sanctitate insignes ad id munus exequendum à Generali totius Ordinis Ministro selgebantur. De quorum numero B. Conradus *Offidani* aliquando fuit. Is itaque eum inuitus eo fuisse delinatus, seque tanta habitatione indignum iudicaret, & perduca foret *Beneuuenti* Antoniana, de tertio Franciscanorum Ordine, sanctissima formosa, per litteras petit, vt se inde à Generali Ministro amouendum curaret: cui illa fuisit, vt pe-

dem sigeret, quandoquidem id gratissimum Deo futurum, sibi que benè successurum esse: quod & rei probatur euentus.

Concionator egregius extitit, & sanctitate vitæ in 9. dignis: orationi ac contemplationi intentus, Beatissimæ Disparæ, & Angelorum, aliorumque Sanctorum, præcipue Beati Agidij, Diui Francisci Socij visitationibus sæpè frucebat. Quinque mortuus, suis precibus ad Deum factis, ad vitam resuscitatus: & innumera propè miracula in vita ac post mortem edidit. Obiit ann. 1506. hac die, dum prædicaret apud Insulam Romanam, (que vulgè *Babilis* dicitur) propè Assisum r cuius corpus ibidem humatum est. Verùm, postea bello inter Perusinos & Assisios vigente, Perusij translatum est: ibique in sacro Ecclesiæ S. Francisci, in arca lignea, crebris cotulcanis miraculis, quiescit. Ague de co Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. in prouincia S. Francisci: item lib. 2. fruct. 2. parte 2. in med. Codex M.S. A. abbat. S. Victoris Parisiensis, in Fratib. minor. sanctitate illustris, prouincie eiusd. Marcus Vlyssiponensis 1. part. chronice minor. lib. 4. cap. 4. item 2. part. lib. 5. cap. 27. & 28. ac lib. 6. cap. 27. & seq. Tollianensis lib. 1. histor. seraphic. in eo, & lib. 2. in Generali 4. B. Ioanne à Parma. Gonzaga 2. part. origin. seraph. Relig. in BB. vitis huius Or-

dinis. item part. 2. in Consuetu 17. prouine. Tusciz. Picquetus in catalog. viror. illustre. Franciscan. Algizira in Athere Epologica totius Ordinis minor. Wadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1211. §. 38. & 1215. §. 27. item tom. 2. ad ann. 1254. §. 47. & 1289. §. 27. ac 1294. §. 9. item tom. 3. an. 1306. & tom. 4. ad ann. 1399. §. 28. & 29. Grauna in *uote Taurinis* part. 2. cap. 13. Ferrarius in catalog. Sanctior. hac die.

**B. 3.** *Beati Pauli, Confessoris. b* Fuit hic è Fossa Claudia, apud Venetos, honesta familia natus; adolefcente uero exate, litterarum studio sic addictus erat, ut in Philosophia ac Theologia, necnon in utroque iure, optimè versatus sit: & propterea generalis Vicarij officio plerumque apud Clodienfes Episcopos perfundus, maximam apud omnes tum prudentiz, tum pietatis existimationem sibi comparauit. At, perfectioris uitæ desiderio flagrans, moniorum Fratrum de Obsecrantia habitum sumpsit, in quo tantopere excelluit, ut nemo uitæ innocentiæ, nemo morum disciplina, orationis studio, humilitatis uirtute, & austerioris uitæ cultu, illo præstantior erat. Verùm audita nota Capucinorum fama, continuo se illis adiunxit: ubi tanta admirabilis uitæ præstantia inter ceteros enituit, ut quæ spectatissimam uirtutum luce, prima illa Reformationis primordia illustrauit. ut quamprimum ad illius stabilitatem, ac splendorem suo exemplo contulerit: tum denique ann. 1511. diem supremum agens, post se sua uirtute & sanctimoniam præluserit. Scribunt de eo copiosè Vlyssiponenfis 3. part. sup. lib. 9. cap. 22. 24. & 25. Bonerius tom. 3. Atinal. Capucinor. ad ann. 1511. §. 6. & c. Grauna sup.

**B. 4.** *Beati Radrici, Confessoris. c* Prouinciz olim Sancti Iacobi alumnus fuit: qui eùm ingenio polleret, salutemq; Indorum maximè sitiret, ad eas partes transfretans: ubi postquam Indicum idioma didicisset, tot populos, tum intra prouinciz S. Euangelij fines, tum quoque in Xaliscana Regione, præsertim uerò in Valle Wandetana, ad fidem conuertit, ut uix sibi parem ea in re habuerit. Erat quippè diligentissimus Dominicz uinæ operarius, uirtute multa præditus, uita exemplari atque cæmia sanctitate adornatus: quapropter ab omnibus, uisus ac mortuus, maxima in ueneratione est habitus. Tumulusque iacet in Contentu S. Franci-

sci Populæ de Angelis, qui est 18. prouinc. S. Euangelij. Memoratus è Gonzaga ibidem part. 4. sup. Barretto 4. part. chronice. minor. lib. 4. cap. 19. sub ann. 1560. Daça ibidem. lib. 2. cap. 25. & 10. Marieta lib. 17. histor. Eccles. SS. Hispan. cap. 19. Rapinæo histor. general. orig. Recolletor. decad. 7. part. 3. §. 1. Mariano chronice. sinctor. obseruant. Reformat. lib. 2. cap. 42. & lib. 2. cap. 40. Grauna sup.

*Beati Hieronymi, Confessoris. d* Mira sanctitate floruit: cuius penitentia, humilitas, & ad proximum compassio, fuere ineredibiles: unde ann. 1180. pestiferis numistrans, sanctissimè occubuit. Teste Gonzaga 3. part. sup. in Consuetu Sancti Antonij Eboræ qui est 12. prouinc. Pietatis. Barezzo sup. lib. 7. cap. 37.

*Beati Iosephi, Confessoris. e* Nobilis genere, nobilitate uirtute euasit: quippe qui suæ Regulæ Observantissimus extiterit: habitu, uisû, & ceteris rebus paupertatis: tum denique malis penitentiz exercitiis præclarus: sancto sine quaerit apud Conuentum Iohannis Regum Tolcti, qui est 6. prouinciz Castellæ, ut refert Salazar lib. 3. chronice. eiusdem prouinciz cap. 12.

*B. Andrea, Confess. f* Iunenis Religionemersa, hinc intravit: in at præclaro ingenij, & bonæ indolis. Litteris & sacre Theologie egregiam quidem operam nauauit, sed in uirtute amplius profecit, magno cum exemplo humilitatis, mortificationis, & totius perfectionis. Factus prædicator, sic eleganter, facundè, ac efficaciter concionabatur, ut uix parem in eo dicendi genere haberit. Paupertatis addictissimus erat, & paucis in uisitu, uisû, somno, uerbo, & c. sed largus in scientiarum studio, & orationis tempore. Quotidie disciplinis corpus flagellabat: post Matutinas, genuflexus perseuerabat in oratione. Missæ sacrificium multa cum pietate celebrabat; quo peracto, in cellam se recipiebat, assidè lectioni, & studio uacans. Debitum mortis soluit apud Conuentum Doininæ nostræ de Angelis (qui est 7. prouinciz Sancti Iosephi,) prope oppidum Gadafallum, Hispaniè *Gadafalls*: teste Ioanne à S. Maria 2. part. chronice. ebdem. prouinc. lib. 4. cap. 25. ad a. 1600. quo floruit.



## IDIBVS DECEMBRIS.

**I**N Salmastro Perfidis, Beatorum<sup>a</sup> Antonij & Aldobrandini, Martyrum. Cholleti, in territorio Malacensis, Beatorum<sup>b</sup> Martyrum Aymerici, & socij eius: qui in persecutione hæreticorum Calvinistarum, capibus conuulsis, victores abierunt in cælum. Charriaræ in territorio Viennensi, Beati<sup>c</sup> Ioannis de Tello, Martyris. Ratisponæ in Bauaria, Beati<sup>d</sup> Bartholdi, Confessoris, & Concionatoris celeberrimi: qui suis feruentissimis concionibus ad populum, innumeras fidelium animas Christo lucratus est & signis atque portentis, tum virtutibus maximis, gloriosus, migravit in cælum. In Tulcia, propè Castrum S. Geminiani, Beati<sup>e</sup> Bartholi, Confessoris, Tertiarij genere, & virtutibus illustri. Auriz, in Hispania, Beati<sup>f</sup> Gonzalvi Sanchesij, Confessoris: qui auitam nobilitatem virtutum splendore superans, miraculorum gloria extirp sublimatus. In Hechturia, non longè à Castillione Artino, Beati<sup>g</sup> Ioannis - Antonij de Parma, Confessoris. Apud Sanfeuerinum Apuliz oppidum, Beati<sup>h</sup> Iacobi à Turrebõna, Confessoris: Cobilini, in territorio Gnesnensi Beati<sup>i</sup> Iustini, Confessoris: summæ simplicitatis & humilitatis viri. Bidgostæ in Polonia, Beati<sup>l</sup> Blasij Lithuani, Confessoris: pietate & charitate celebris. Onihuelz in Hispania, Beati<sup>m</sup> Bartholomæi à Sancta Marina, Confessoris: virtute abstinentiæ & orationis dono inclyti. Sangri, in territorio Triuentino, Beati<sup>n</sup> Petri de Ferrazano, Confessoris: amore in Christum Dominum conspicui. Luiuiz, in territorio Legionensi, Beati<sup>o</sup> Ioannis à Guaza, Confessoris: qui in laboribus & vigiliis assiduus: patientia & magno spiritus feruore donatus erat. Toleti, Beati<sup>p</sup> Francisci à Sancta Lucia, Confessoris: eximie sinceritatis, puritatis, & patientiæ viri. Senis in Tulcia, Beate<sup>q</sup> Mez, Tertiariæ, Religiosissimæ femine. Messanzæ in Sicilia, Beate<sup>r</sup> Eustochij, Virginis, quæ illustri exorta profapia, tot sanctitatis radiis emicuit, vt prima Abbatißa ea in vrbe electa, miraculis in vita & post mortem nunc vsque fulserit.

§. 1.

## DECEMBRIS XIII.

**B**eatorum Antonij & Martyrum. a] Salmastro, siue Salmastro Per fidem, glorioso Martyrio obtulerunt, miraculoseque post mortem miserunt: vt testantur: B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 21 part. 1. in Fratr. minor. sanctuar. illustrib. in vicata Orientis. Codex MS. Abbat. S. Victor. Paris. ibid. Gonzaga part. 1. cap. 1. setaphic. Relig. in Beatis viris humiliter Ordinis. Toffinianus lib. 1. hilot. setaph. Wadinghus tom. 2. Anral. minor. ad an. 1284. §. 2. prius vocabatur Antonius, alter verbò Aldobrandianus, seu Aldobrandinus de Amantati, vel Amantati, sicut Amantati, Florentinus seu de Insaurati. Picquetus in catalog. viror illust. Francican.

§. 2.

Beatorum Aymerici, & sociorum Martyrum. b] Prius tantum meminit Barezzus 4. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 16. atque hunc magnam venerationem habere, ob viam illius sanctitatem: illustreque pro fide Catholica Martyrium ab eo perpassum. At Reuerendissimus Antistes Gonzaga, duos tunc Martyrio coronatos fuisse commemorat, tertia parte sop. in Conuentu minorum Cholleti, qui est 6. prouine. Turonie Pictauiens. dicens. In superioribus vico seditionibus Gallie, anno Domini 1162. demeritis sunt hic Conuentus ab hæreticis: vbi etiam duo Fratres, magna fide & incredibilis constantia, pro confessione Christiana, Apostoli-

ca, & Romana Religionis, crudelissimè sed tamè gloriosissimè suam sustinuerunt: passi sunt igitur anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Cholleti apud præfatum Conuentum, in extremis Episcopatus Malacensis finibus situm; vbi capibus eorum contractis vi, ac violentia sclopatoriæ hæreticorum, illustre fidei testimonium præbuerunt.

Beati Ioannis de Tello, Martyris. c] Crudelissimè necatus est ab hæreticis anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, propè Charrieras: cognominabatur, de Tello, Gallicè, de Tello. Iuxta Picquetum, in Descriptione prouincie Burgundiz, vbi de Conuentu Charriarum: at Foderetus ibid. vult ipsum fuisse vocatum Ioannem de Sallis: eratque Guardianus eiusdem loci, dum mortem pro Christo excepit.

§. 3.

§. 4.

Beati Bartholdi, Confessoris. d] Vocitatur etiam Bertholdus, seu Bertholdus, Ratisponæ natus, clarus integritate vitæ, atque Christianæ eloquentiæ orator insignis. Concionator magnus in duobus Germaniz prouincijs, in Thuringia, Bohemia, &c. Huius prædicationis verba vitia, & magnifica facta, vt athenus Heliz, peccatores ad Dominum ducebant; nam multos Vngaros conuertit, eum in fides Camani multos seduxissent. Super caput ipsius in Thuringia, à fide dignis

Religiosis vtriusque sexus, cum secundum morem facterent, plures coronæ fulgidæ videbantur. Tantum autem profecti vniuersitati tam populi, quam clerici, ut omnium in cordibus & auribus fuerit admirandus. Sex aginta amplius millia hominum, imo & ad centum millia, eius conciones frequentatæ, litteris peditur. Hic feliciter obiit ann. 1271. in Falso Sanctæ Lucie Virginis & Martyr. Sepultus Ratispone apud Fratres minores: cuius sepulchrum adhuc non solum incolis, & v. n. g. venerabile est. Scribunt de eo Pisanus, sup. in p. uenice. Argentinensis, & Codex M. S. San-Victorianus, ibid. sup. Gonzaga part. 1. & Toffianinus, lib. 1. sup. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1266. §. 61. & tom. 2. ad ann. 1272. §. 16: & seq. item in Additionibus. ad 1. tom. §. 23. & ad tom. 2. §. 19. Willotus in Athenis orthodoxis Franciscan. Sedulus in commentar. ad vitam S. Francisci cap. 3. §. 8. Chronica Saxoniz M. S. ad ann. 1256. & 1273. Andreas, Presbyter Ratispontens. lib. de Monasteriis Bavariz, ad ann. 1251. Henricus Pantaleo part. 2. de viris illustrib. German. ad ann. 1262. Annales Steronis, ann. 1250. & 1253. Chronicon Augustini. ann. 1253. & Schienese, eodem anno. Marianus lib. 2. cap. 17. Bruschius de Monasteriis Germaniz, in Monasterio Fabariensi. Crusius part. 3. Annal. Suevic. lib. 2. cap. 12. Author. Metropolis Salsburgensis pag. 218. Simlerus in Epitome. Bibliothecæ Gnesin. Picquetus sup. Cornelius à Lapide comment. in Num. c. 14. vers. 30. Brouzius tom. 13. Annal. Eccles. ad ann. 1253. §. 8. & 1260. 4. 10. qui tamen. feb. ann. 1251. §. 12. et Auentino lib. 7. Boice. Annal. vult hunc fuisse Dominicanum; sed egregie ac doctè refellitur ab Herwarto, in Manifesta errorum Brouzini in sua Buariz: Wadingho sup. & Nizela Franciscana pag. 12. Radero in Bauaria sancta, pag. 154. De eo Ferrarius in catalogo Sancto. die sequenti. Vinum hanc possum pertransire intusquam, quod legitur apud S. Antonin. part. 3. chronic. titul. 14. cap. 9. §. 2. hinc verbis. *Creuit tempora in Almania fuit Conuentus minorum multiplicatus: & multi Fratres sanctitatis & miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit Frater Bertholdus, egregius predicator, in Ratisphona tumulatus. Hic cum sermone peccatum quoddam predicaret, valde detestando, & grauiorem ostendendo, quod dicitur mulier, quæ tale peccatum commiserat, audiens, verbi spiritus exire tanquam virtutis: & efficaciter profuitate percussa, caute dolere compungitur, quod spiritum exhalauit. Tunc populo super hoc tumulauit, Frater Bertholdus scientium imperans, & omnibus iniunxit, ut orarent; quod Dominus super hoc beneplacitum suum renoueret. Ipse igitur, & alii orantibus, mulier illa mortua resurrexit, & dixit: quod ad Diuinum iudicium conuicta, propter compunctum conscientiam, fuerat ab æterna pena liberata; sed res confiteretur peccatum perpetratum, nec confessori intimatum fuerat propterea à mortuis renouata. Et inter cetera manifestans, quod tandem bona, quæ obtulerat, sexaginta millia hominum fuerant in diversis partibus orbis ex sermo conuicta, de quibus tantum tres Portugarum interuenerunt, ceteri in infernum spoliati: excepto vno Fratre Ordinis minorum, qui per Portugarum transiens subiectis, accepit secundum animabus, quæ sibi erant concessa, inde conuicti Paradisum ascendit. Eadem referunt Marcus Vlyssipontens. 2. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 15. & 10. & alij.*

§. 5. *Beati Bartholi, Confessoris. \** Hæreticus natione, ex oppido Sancti Germani fuit oriundus: genere & virtutibus illustris: ibidem obiit ann. 1300. cuius corpus delatum est ad Ecclesiam S. Augustini: tertij Ordinis Scaphici exitus alumnus, Sacrosanctus sanctissimus.

Illius meminerunt De Busto 2. part. Rosarij Quadragesimal. ferm. 17. part. 2. Toffianinus lib. 1. supra in S. S. Tertiaris Ordinis minor. Gonzaga part. 1. ibid. & part. 2. in Conuentu 1. ferrariens. Tofsciz. Wadinghus sup. ad an. 1300. §. 4. Ferrarius sub ibid. Decemb. in S. S. Italiz. Latius autem Marcus Vlyssipontens. 2. part. chronic. minor. lib. 6. cap. 24. & 25. Algeiza in Aybore Episcopica totius Ordinis. Franciscan. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ord. Salazar lib. 6. chronic. prouinc. Castellæ cap. 9.

*Beati Gualfani Sancti, Confessoris. \** Agit de eo §. 6. Pisanus his verbis. *In loco Anra iacet Gualfani Sancti, qui fuit nobilis generis, sed pessimus latro & homicida; sed ad Dominum conuersus, factus Frater minor, tanta fuit humilitatis, quod sermibus leprosis, eorum lenando videret: per quem in virtutibus crescentem, Deus signa ostendit in vita & post mortem. Hic ille: lib. 2. fruct. §. part. 2. in prouinc. S. Jacobi: que iterum testimonij fruct. 9. & 11. part. 2. ibid. Toffianinus lib. 1. eundem confirmat: & Wadinghus sup. ad ann. 1257. §. 18. & tom. 4. ann. 1361. 4. 2. & 1. Tacent vtroque talia scelera, Gonzaga part. 1. sup. in BB. viris huiusce Ordinis. & part. 3. in Conuentu S. Francisci Orens. vbi, qui est 13. prouinc. S. Jacobi. Marcus Vlyssipontens. 2. part. sup. lib. 9. cap. 14. & 15. vbi ipse conuersionem eius mirabilem latè describit: dùm grauissima infirmitate detentus votum emisit Religionis Scaphicæ quod sanus effectus mox adimplet, relictis vore, ac liberis, dieipenditque omnibus suis bonis. In hoc etenim Ordine alperimus, sanctissimumque vitam duxit: obiitque ann. 1161. Sepultus Amig, vulgo Orresis in vita & post mortem miraculis clarus. Vocatur autem B. Gualfani, seu Gualdofani, Sanctus, Sanctus, & Sanctus. Picquetus sup. Mariæ lib. 17. histor. Eccles. Sancto. Hispan. cap. 2.*

*Beati Iacobi Anisij, Confessoris. \** Huius in oratione assiduis mirabilis procius exibat: obile omnium generis virtutum ornatus, sepulturamque natua est in Conuentu S. Christophori Castellensis Aretini, qui est 16. prouinc. Tuscor. Vide Gonzagam ibidem part. 2. sup. Floreat ann. 1440.

*Beati Iacobi, Confessoris. b* Pissimus Sacerdos extitit, suæque professionis atque status zelantissimus, diem clausit extremum in Conuentu S. Bernardini, oppido Sancti Seuerini, qui est 9. prouinc. S. Angell. Ita Gonzaga ibid. part. 2. sup. Claruz ann. 1455.

*Beati Iuliani, Confessoris. i* Mira simplicitate, atque profundissima humilitate exornatus erat: cui Christus paulò ante mortem apparet, bono animo esse peccator, quandoquidem se in exarulatorum laborum periculum habiturus esset. Eius ossa honesto tumulo excepta fuor in Conuentu Cobleniens. quæ est 6. prouinc. Poloniz: vti refert Gonzaga ibid. part. 2. sup. vbi eat ann. 1430. Daza 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 31.

*Beati Blasij, Confessoris. i* Vir fuit deuotissimus, atque simplicissimus, professio laicus, qui & propriis manibus maiorem costruxit partem Conuentus Biddoniensis, in quo tandem pelle correptus: obiit ann. 1497. Memoratus à Gonzaga sup. in eo Conuentu, qui est 18. prouinc. Poloniz part. 2.

*Beati Bartholomæi, Confessoris. \** Laicus erat professio, sed eximie simplicitatis, abhincientis, orationis & charitatis: sancto sine mortuus est Ombuelz, in Conuentu S. Annæ, & ob singularis eius animi doctores, in maiori Sacello: iuxta locum promanantiz Episcopoz deputatum, honorificentissimè sepultus est. Agit de eo Gonzaga in hoc Conuentu, qui est 11. prouinc. Carthagenens.

- Cartaginens. part. 3. sup. Rapinzus, infra decad. 8. part. 1. paragr. 9.
- §. 12. *Beati Petri, Confessoris.* n] Flouit circa ann. 150. Laicus professus i sanctitate vite nouissimus: qui adhuc uiuens, famosissimo Christi Saluatoris colloquio, ob eius inlucitas virtutes, dignari meruit. Moritur, sepeliturque in Conuentu Sanctæ Mariæ Magdalenz Sangrensis oppidi, qui est 2a. prouinciz S. Angeli. Scribit de eisdem Gonzaga in hoc Conuentu, supra part. 2.
- §. 13. *Beati Iouanni à Gouza, Confessoris* n] Religiosissimus laicus erat, atque omnibus nominibus summè laudandus: nam & in laboribus indefessus, in ieiuniis, oratione, atque vigiliis assiduus, in charitate ad Deum & proximi feruens, in aduersis patientissimus, constantissimusque. Regule à se professæ obseruantissimus, zelantissimusque exiit. In cuius rei testimonium Deus Optimus Maximus Taurinum, quendam ciuem graui molestaque paraly si laborantem, ad contactum corpus antequam sepulture traderetur, integrè restituit sanitati. Excessit à vita ann. 1580. Lixit, suo Auz, vulgò *P'illain*: in Conuentu S. Mariæ de Iesu, qui est 26. prouinc. S. Iacobi. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 3. sup. Batezo part. 4. chron. minor. lib. 7. cap. 47. Rapinzoin hiltor. general. orig. Recolletor. decad. 8. part. 1. paragr. 4.
- §. 14. *Beati Francisci, Confessoris.* p] Religiosus fuit deuotissimus, sinceritatis & puritatis amator semper in choro, seu in oratione, vel scriptiõne. qua multùm excellēbat, occupatus. Animum sanè gerebat sanctam, diuini amoris plenam, castam, & ingenuam, viam aut malitie omnino experte. Honestissimus erat, vitæ utique facie Angelicus, & castitate conspicuus, patientiam etiam emisit in sua grauissima infirmitate. Pio obiit die S. Lucie Virginis & Martyris, (cui deuotissimus erat) sicut iustanter optauerat, quæ quidem B. Virgo etiam illi tunc apparet, ingenti consolatione ipsum repleuit: nam eo die natus est, habitum Religionis suscepit, professionem emisit, ac tandem feliciter vitæ cursum confecit. Sepulturam nactus est apud Conuentum S. Iosephi, Sepulchre Toletum, qui est 25. prouinc. S. Iosephi. Vide à Ioannem à Sancta Marta part. 2. chronie. eiusd. prouinciz lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo floreat.
- §. 15. *Beata Maria, Tertiariorum.* q] Virtutibus plena fuit hæc & miraculosa femina, ex tertio Ordine minorum: cuius coepos condicum est in Ecclesia Seruatorum Senens. Telle Gonzaga 1. part. sup. in BB. Feminis 2. ac 3. Ordin. seraphic. Wadingho tom. 2. sup. ad ann. 1289. §. 39. Algezira in Arboe & Epilogica totius ord. Franciscan. De Bullis 2. part. Rolarij Quadragesim. concion. 27. De Sillis in cap. 1. Regul. Tertiar.
- §. 16. *Beata Euseby, Virginis.* r] Hæc nobilissima Virgo, Catanzæ in Sicilia, p'nis, illustribusque parentibus

nata est: cuius mater Eustochium quoque vocata, mulier sanctissima (de qua 17. Octob.) hanc filiam vnicam à Deo summis precibus obtinuit: quam & ab initio diuino cultui consecrauit, & in Baptismate *Smaragdum* nuncupauit. Ab infantia complura future sanctitatis indicia prodidit: nam pietati & orationi tam omnino intenta, ciliicum deserebat ad carnem, raro in publicum egrediebatur: videretur videre nequebat, si quandoque foras exiret. Cùm autem singulari pulchritudine ac corporis venustate floretet, plures nobiles in uxorem sibi dati à patre inflante postularunt: qui tandem cuiusdam viri illustis desiderio annuens, penitus acquieuit. Quod cùm virgo rescuisset, tunc modis cepit faciem deturpare, carnem teneram abstinentia, ciliicio, & aliis penitis macerare, vilius indus vestibus, ornamentaque curata in lucum conuicere: vt propterea sponsus eam dimiserit, & parit breui tempore nimio cordis dolore percussus, obiret. Quo mortuo Monasterium Claustrum ingreditur, & relicto prioris nomine, *Eusebium* voluit appellari: in præcipuos voti sui patronos eligens Seraphicum in partem S. Franciscum, D. Paulum, S. Hieronymum, & B. Iacobum *Yaderinum*, de quo 25. Decemb.

Eo in situ, maiore spiritus feruore afflata, ampliora pietatis asseruitaque opera amplectatur: disciplinis, ciliicis, ieiuniis, orationibus, ac contemplationibus addicta erat, infirmis magna cum charitate & patientia ministrabat, morbo contagioso laborantibus præstò fuit. Verùm perfectioris vitæ desiderio flagrantis matris interuentu, aliorumque opera proximorum, licentiam à Summo Pontifice obtinuit, *Messanæ* nouum construendi Monasterium, vbi prima Regule S. Clare seruaretur: cuius rei gratia, perfectiones haud modicas, æquo mitique animo tulit. Annum 27. agebat cùm priore detelido Monasterio ad nouum, vna cum sororibus BB. *Franciscæ, Iacobæ*, & aliis, se contulit: in quo prima Abbatissæ officium suscepit: quod tamen munus, quores deponere volebat, toties couicta est idem exercere. Demum sanctitate & miraculis clara, moritur ann. 1484. fere 5. ibique sepulta iacet. Argunt de ea Marcus Vlyssiponen. part. 3. sup. lib. 7. cap. 5. vltiq. 10. Gonzaga 2. p. sup. in 1. Monasterio prouinc. Sicilæ. Toscanus lib. 1. sup. Eixenarius lib. 1. cap. 161. sacri mont. Olycæ. Bazouus tom. 28. Annal. Eccl. ad an. 1485. §. 23. Iacobellus an. 1484. de SS. Fulginatus in B. Cæcilia Coppoli 2. Ianuar. Valerius de SS. Feminis Ord. minor. lib. 2. cap. 36. 37. & 38. Mantoliens vitam eius descripsit, ex quo Marulus lib. 4. hiltor. sacrar. Relig. vult obuiis ann. 1486. Ferrarius autem in catalogo Sanctior. die 21. Ianuar. ann. 1480. ex eius vita M.S. apud Monachos Montis Virginium; & Octauio Cajetano, in Martyrologio Siculo.

## DECIMONONO KALENDAS IANVARII.

**T** Arbiz, in Gallia, Beati <sup>a</sup> Dominici Beraldi, Martyris: qui dum per Aduentum sacris concionibus intenderet, ab hereticis Martyrij palma, pro fidei Catholicæ defensione, laureatus euasit. Corizopiri, in Britannia Armorica, Beati <sup>b</sup> Ioannis, cognomento Discalceati, Confessoris, Seraphici Patris Sancti Francisci Discipuli: signis, Beati <sup>c</sup> virtutibus spectabilis. Venetis, Beati <sup>d</sup> Charissimi, Confessoris: vitæ sanctitate conspicui. Polæ, in Istria, Beati <sup>e</sup> Othonis, Confessoris: gloria miraculorum celeberrimi. Beronij, in Vmbria, Beati <sup>f</sup> Incogniti, Confessoris. Marchenz, in territorio Hispalensi, Beati <sup>g</sup> Ioannis à Taura, Confessoris: qui mira humilitate, abstinencia, & oratione extatica floruit. Tulluce, in territorio Mexicano, Beati <sup>h</sup> Andræ à Castro, Confessoris: qui scientia, & verbo prædicationis, atque summis virtutibus præclarus: strenuè laborauit in Indiis Occidentalibus conuertendis ad Christum. Rosarij, in Castella, in margine Tietaris fluminis, Beati <sup>i</sup> Francisci Vellonis, Confessoris: oratione, humilitate, & dono lachrymarum exornati.

## DECEMBRIS XIV.

- §. 1. **Beati Damasci Beraldi, Martyris. a**] Martyrium passus est ann. 1577. per manus hæreticorum, dum in ciuitate Tarbesi, per Aduentum sacras ad populum haberet Conciones. Vide Gonaagam 3. part. octi. seraphic. Relig. in Conuentu Mirandano, (qui est 9. provincie Aquitanie recentior.) cuius erat alumnus. Wadinghus tom. 1. Annal. minor. ad an. 1283. §. 12. Bareaum 4. part. chron. minor. libr. 7. cap. 26. qui tamen in multis contrahendus est. Vt patuit sup. ad 17. Martij. Daçam ibidem lib. c. 3. §. 8. ad an. 1567. Grauinam in *uice Tormis* part. secunda, capite vigesimo quarto.
- §. 2. **Beati Ioannis Discalceati, Confessoris. b**] Missus fuit à Seraphico Patre Sancto Francisco in Gallias, floruitque vitæ sanctitate apud Britanniam Armonicam: obiit autem in Conuentu Sanctæ Mariæ Magdalene Corisopitensis, & in Sacello Dni Antonij extat eius sepultura, craticulis ferreis circumseptæ: vbi capitis dolore diuexati, sanitatem consequuntur ad illius tumuli contactum. Ita Gonzaga 3. part. sup. in hoc Conuentu, qui est 21. provincie Turou. Wadinghus to. 1. sup. ad an. 1232. §. 40.
- §. 3. **Beati Charissimi, Confessoris. c**] Patria Clodiensis erat, & ingentibus virtutibus maximisque miraculis emicuit: cuius sacrum corpus Venetis iacet. De eo agunt Beatus Bartholomæus Pisanus lib. 1. conformat. fruct. 8. & 11. part. 2. in Fratris minoribus provincie Dni Antonij, sanctitate illustribus. Marcus Vlyssipontensis 2. part. chron. minor. lib. 8. cap. 44. §. 3. ad an. 1340. Gonzaga 1. part. sup. in BB. vitæ huiusce Ordinis. Toffinianus lib. 1. Wadinghus supra tom. 1. ad an. 1215. §. 24. & tom. 3. ad an. 1305. §. 3. Picquerus in catalog. virot. illustr. Franciscan.
- §. 4. **Beati Othonis, Confessoris. d**] Hic quamplurimis fultis miraculis: quorum copiam referent Pisanus sup. in provincia Dalmatæ. Codex MS. Abbat. S. Vidor. Passiens. ibid. Marcus Vlyssipontensis libr. 9. supra cap. 10. §. 2. Toffinianus lib. 1. histor. seraphic. Religion. Gonzaga sup. Florebat ann. 1330. Wadinghus tom. 1. sup. ad ano. 1241. §. 26. & tom. 4. ad annum 1399. §. 55. et Crescencio in dialogo. Matiano lib. 2. c. 13. Bernardo à Bella. Picquetio sup.
- §. 5. **Beati Incogniti, Confessoris. e**] Eius corpus asseruntur apud Patres Conuentuum. Memoratur à Toffinianus lib. 1. & 3. & Bareaus sup. lib. 3. cap. 19. cumque peto, quem *Nicolam* vocat. Wadinghus tom. 8. sup. ad an. 1267. §. 39.
- §. 6. **Beati Ioannis à Taura, Confessoris. f**] Lusitanus erat natione: cuius humilitas, oratio, & abstinencia tanta fuit, vt vix capere queat: quapropter dulcissimis suauibusque tactibus frui, etiam in hoc mundo, meruit: & maximam sanctitatis famam moriens in Conuentu Sanctæ Eulaliæ, Marchenz, omnibus reliquit. Testatur Gonzaga part. 3. sup. in eod. Conuentu, qui est 7. provincie Bæticæ. Bareaus sup. lib. 3. cap. 48. ad an. 1545.
- §. 7. **Beati Andræ à Castro, Confessoris. g**] Burgis Hispaniæ nascitur nobilibus parentibus, illicque habitum Seraphici Ordinis suscepit: sacris literis operam dedit, atque in Religione admodum profecit: tandem à Salmanticam profectus, studiorum causa, mox Hispalim peruenit: vbi confensio nauigio, in Indiam Occidentalem traiecit an. 1540. animarum zelo incensus. Et vt vineæ iam luxuriantis colendæ ac putandæ se pararet, mita facilitate Mexicam atque Matlaguicam insulæcitat linguam usque instructus, ita feruente, vt singulis Dominicis, ac factis feris, tertio diuersoque idioma, discretisque lingua & regione populi confluens, prædicaret. Quos prouentus culta à se vinea Christi uoluit: quos simulachra Deorum confregit, lucos euerterit, Tempia supremo Nummi exuaserit, effusa est impossibile, abstinencia, & paupertas amantissimus euita. Plura edidit opuscula, insignis sui ingenij monumenta. Denique an. millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Tubacacum vel Tubulcani, seu Tulucanum Conuentum suo bullo eburno, & sacram sanctitudinem odorem spirans, cessit è viuis. Agunt de eo Gonzaga parte 4. supra in præfatio Conuentu, qui est 31. provincie Sancti Euangelis. Bareaus supra lib. 7. cap. 26. Willocus Athenarum orthodoxarum Franciscan.



Franciscen. littera *Andreas*, Rapinuzus in histor. general. origin. Recollector. decad. 7. part. 1. §. 1. Marian. lib. 2. cap. 35. chronice. Reformat. Daça 4. part. chron. minor. cap. 30. ex aliis. Grauna in *voce Terminus* part. 2. cap. 24. Poſſeuinus in Apparatu factio.

- §. 8. *Beati Francis, Confessoris, b*] Religiosus exiti suæ Regulæ & professionis obseruantissimus, multa sanctitate exornatus exemplaris, taciturnus, obediens, & admodum humilis. Solitudinibus, orationi, & contemplationi iugiter intentus erat, nonnunquam etiam Canta-

dis spiritualibus in laudem Dei & Virginis vacabat. Dono lachrymarum sic potebatur, ut sacrificium Missæ haud posset celebrare, nisi copiosissimis lachrymis illud irrigasset. Cùmque triginta totius ætatis Deo fideliter in Ordine nostro inuenerit, sanctissimè moriendo cœlestia petiuit. Sepulturam nactus est in Conuentu Domini nostræ de Rosatio, qui est 4. provincie S. Iosephi, vultu Ioannes à Sancta Maria 2. part. chronice. eiusd. provincie. lib. 4. cap. 6. ad ann. 1590. quo claruit.

## DECIMO OCTAVO KALENDAS IANVARI.

**O**ctava<sup>a</sup> Immaculatæ Conceptionis Mariæ Virginis, sanctissimæ Deiparæ. In monte Subatio, propè Assisium in Vmbria, Beati<sup>b</sup> Antonij à Fornaya, Confessoris: magnæ sanctitatis viri. Perusæ, Beati<sup>c</sup> Ludouici Teuthonici, Confessoris: paupertate, oratione, atque castitate insignis: cuius animæ cœlos petentem in ipso transitu, vidit B. Franciscus Papiensis. In Scotia, Beati<sup>d</sup> Roberti Creithij, Confessoris: qui Prouincialatus officium bis summa prudentia exercuit: & sanctitate ac miraculis exornatus, spiritum Deo reddidit. Populæ de Angelis, in India Occidentali, Beati<sup>e</sup> Ioannis de Alameda, Confessoris: qui cùm Religionis obseruantia, sanctis moribus, ac verbo prædicationis fulgeret: quamplures Indorum conuertit ad Christum. Apud oppidum Sancti Clementis, in territorio Conchenſi, Beati<sup>f</sup> Didaci à Sancta Maria: Confessoris. Villæ nouæ, in territorio Giennensi, Beatæ<sup>g</sup> Elizabethæ à Sancta Cruce, Tertiariæ, admirandæ patientiæ, continentis, & abstinentiæ, sororis.

## DECEMBRIS XV.

- §. 1. **O**ctava Conceptionis sanctissimæ Deiparæ.<sup>a</sup>] Solemnitas celebratur hæc Octava in toto Ordine Minoritico, tum ob singularem deuotionem erga Immaculatam Dei Genitricem, Virginitatem Mariam: tum ex antiquitate Apostolica. Nam sacro-sanctum Concilium Basiliense, cunctis Christi fidelibus verè penitensibus & confessis, in die festiuitatis Conceptionis adstantibus Missarum solemnium, centum dies: primis autem vel secundis Vesperis totidem: sermoni vero verbi diuini de ead. festiuitate 50. dies, de iniunctis sibi penitentibus, relaxauit an. 1449. At Sixtus IV. Summus Pontifex, ordinauit, quòd omnes & singuli fideles, vtriusque sexus, qui Missam & officium festi Conceptionis B. Mariæ, cuius initium est, *Sicut Liliam inter spinas, &c.* In ipso festo celebrauerint, aut dixerint, vel illius horis Canonicis interfuerint: quoties id fecerint, eandem procius indulgentiam consequantur, quam Vrbanus IV. & Martinus V. & alij Romani Pontifices concesserunt illis, qui Missam, & Officium, & horas Canonicas, in festo Corporis Christi à primis Vesperis, & per illius Octauam (iuxta Romanæ Ecclesiæ institutionem) celebrant, dicunt, aut Missæ officio & horis huiusmodi interfunt. Quapropter idem Sixtus IV. Ratuit Octauam de festo Conceptionis fieri solemnitate, & officium decantari. Sicut in aliis solemnioribus diebus: etiam tempore interdicti (iuxta Bullam Leonis X.) pulsatis campanis & apertis ianuis, exclusis tantum culpabilibus: imò etiam tempore cessationis à diuinis. Hæc & plura alia sume ex Compendio Præuilegiorum Ordinis minorum, verbo, *Conceptio Virginis*. Hieronymo à Sorbo, ibidem in Annotationibus. Rodrico tom. 1. quæst. Regular.

quæst. 37. art. 1. 4. & §. Carthagine tom. 1. Arcan. Deiparæ lib. 1. homil. 19. §. 2. & tom. 4. lib. 18. homil. 9. Ribadeneira tom. 2. flor. Sanctorum in festo Conception. Virgin. hac die.

*Beati Antonij à Fornaya, Confessoris, b*] Florebat apud<sup>a</sup> Conuentum in Monte Subatio, (cui carcer Sancti Francisci nomen est, haud longè ab Assiso: estque tertius provincie S. Francisci), circa an. Christi 1440. Cuius memnerunt Marcus Vlyssiponenſis, 3. parte chronice. minor. lib. 1. cap. 7. Wadinghustom. 4. sup. ad ann. 1599. §. 65.

*Beati Ludouici Teuthonici, Confessoris, c*] Vir exiti<sup>b</sup> seruentissimus: qui ob eius singulares virtutes, præcipuè verò paupertatem, castitatem, diuini officij zelum, quibus maximè claruit, Deo gratissimus fuit: sui Ratus amantissimus erat, in obedientia perfectissimus, & candore animæ præclarus: qui inter orandum inter candelas arbores à terra abstractus, atque in altum eleuatus, sæpius à Fratribus visus est. Obiit in Conuento Sancti Francisci de Monte, iuxta Perusium (qui est 4. provincie Sancti Francisci) ibique tumulatus est, cuius anima tota lucida visa est in cœlum ascendere, à Beato Francisco *Trenens*: Claruit ann. 1450. Memoratur à Marco Vlyssiponenſi tertii part. sup. lib. 3. cap. 48. Gonzaga 2. part. origin. Geographic. Religion. in præfaro Conuento, qui vocatur *Teuthonico* natione, licet Marcus Vlyssiponenſis appellat *Helurium*. Tostinianus lib. 1. histor. Geographic. Wadinghustom. 2. Annal. minor. ad ann. 1291. §. 39. Daça 4. part. chronice. minor. lib. 2. cap. 28.

*Beati Roberti Creithij, Confessoris, d*] Hic in sacra Theologia consummatissimus fuit, licet Doctoratum, vel

alium gradum nunquam acceperit: vita exemplari præditus erat, atque Ministerium Prouincialis munere bis laudabiliter functus, simul sibi in vita sanctitate haud quaquam habuit: vultu tamen in vitam quoque in morte miraculis clare meruit. Scribitur de eo Gonzaga 1. part. sop. in prouincia Scotice. Barezus quarta parte chron. minor. lib. 1. cap. 62. Viriæ an. 1460.

5. *Beati Iohannis de Alameda, Confessoris. e*] Prouincie Conceptionis fuit alumnus, eum in Indiam transiens Occiduum, illic suis concionibus, optimisque exemplis, pinguisimos fructus, Dominicum in hortum inuolit: puerumque Iadis salutis caulis extitit. Diem clausit supremum, in Conuentu Sancti Francisci Populæ de Angelis, qui est 8. prouincie Sancti Euangelij. Sic Gonzaga ibidem part. 4. sup. Barezus sup. lib. 4. cap. 22. ad ann. 1560. Rapturus in histor. general. origin. Recollector. decad. 7. part. 3. c. 2. pag. 165. Marianus lib. 2. cap. 40. chronic. Reformat.

6. *Beati Didaci, Confessoris. f*] Augustini in Conuentu Sancti Sebastiani (qui est 26. prouincie Sancti Iosephi) habitum Religionis suscepit: sed post professionem, ex contracto morbo, infirmari cepit: & nusquam bene conualuit. Pius admodum erat ac deuotus, & orationi desitios. Necnon patientia & penitentia eo optinuit. Scribit de eo Iohannes à Sancta Maria 2. part. chronic. eiusd. prouinc. lib. 4. cap. 7. ad ann. 1590. quo viuit. Decessit è viuis apud Conuen-

tum Sancti Francisci, oppidi Sancti Clementis, qui est 12. prouincie Carthaginens.

*Beati Elizabethæ. g*] Copiosè de ea scribitur Blasius 5. 7. Laguna in suo Memoriali. Marianus lib. 6. cap. 9. Ipla namque profundissimæ humilitatis fundamento consistens, conuersatione propemodum Angelica fuit: rarissima quoque abstinentia & continentia. Nam ea que dabatur communitati edulia, vix libabat ipsa, sed assuetata, pauperibus distribuebatur. Diebus Vapneris per annum, & vigiliis B. Mariæ Virginis Virginitatis, penitens & longis Quadragesimis, visitabat ieiunio panis & aque: nec erat vilium officium, incommo- dum, viliusve malum, quod corpori accideret, cuius impulsu ieiunio sustulisset. Triginta continuis annis membris debilitata, & clauda: nihilominus pertinacissimo gaudio, subibat obedientiam facit. De con- Ecclesiarum & Altaris summe vacabat, totis verbis affectibus meditando & orando, rapiebatur: nec interea strato decumbere visa, neque lectis iscere compta fuit: & cùm nec manus ad vescaudum adhibere posset, paralis quasi penitus resoluta, patientiam tamen humilissimè foris ostendit, vt ne facies quiescè doloribus alterata, rugosa aut quaquam contractione dolens notari posset. Tandem, hac die, mundo valedixit, anima inter caelestes indubité relata: corpus vno humatum est in Monasterio S. Francisci Villæ-nauæ, quod est 11. prouincie Carthaginens.

## DECIMOSEPTIMO KALENDAS IANVARI.

**A** Quis in Gallia, Beati <sup>a</sup> Forasterij, Confessoris: qui singulari pietate, obedientia, & paupertate præditus, miraculis quamplurimis gloriosus nunc vsque coruscet. In Hecturia prope Scarperiam oppidum, Beati <sup>b</sup> Bartholomæi à Florentia, Confessoris: qui puritate atque simplicitate pollens, integerrimam vitam duxit. Alconcelij, in finibus Castellæ & Lusitaniz, Beati <sup>c</sup> Alphonsi à Manzaneta, Confessoris: eximia charitate, patientia, ac spiritu feruore, celebris. In Castellæ prouincia, Beati <sup>d</sup> Ioannis Sanchezij, Confessoris: dono curarum spectaculis. Villæ-Cômris in territorio Braccarensi, Beate <sup>e</sup> Elizabethæ à Sancto Francisco, Virginis: quæ vita & signis admirandis enituit.

## DECEMBRIS XVI.

1. *Beati Forasterij, Confessoris. a*] Scribit de eo illustrissimus Gonzaga 3. part. origin. seraphic. relig. in Monasterio Doulenx Natiuitatis Aquensis, quod est 4. prouincie S. Ludouici, qui quantum tempus, quo Bocuerit, haud præcisè assignauit, tamen facillimum erit colligere ex ipsius verbis. Sic enim ait. In *profata Monasterij Ecclesia quiescit corpus à ducentis annis, vel circiter. S. Forasterij, quondam Monachi Confessoris: vixit integre mira pietate, ac singulari obedientia præfulgens, præcipuè paupertatem Evangelicam coluit, quam velut thesaurum incomparabilem in celo recordatum verbo simul & opere mirificè extollebat. Hæc amore lesa Christi omnia despectit, & Religionem Franciscanam esse aggressus, ibique magnos progressus fecit, & tandem omni perfectione plenus, hunc vitam mortali vltimum valedixit, & honorifico in sepulchro positus fuit: ab antiq. merita Deum Optimum Maximam quamplurimo, & eque maxima miracula operatus est, indeque patet. Licet non sit Sanctorum catalogo ascriptus, habetur nihilominus in summa reuerentia à fidelibus Christianis. Clauditur eius sepulchrum fera fueritissi-*

*ma, clausione seruant civitatis Consules. Hæc ille. Cui adscriptulantur Barezus 4. parte chronic. minor. lib. 4. cap. 41. Wadinghus tom. 3. Annal. minor. ad annum 1337. §. 11.*

*Beati Bartholomæi à Florentia, Confessoris. b*] *Meur, §. 2.* siue *Bartholomæus* vocabatur: vir utique simplicissimus, & purissimus Sacerdos: in quo protoplastarum nostrorum innocentia videbatur renouari, cui etiam alicui ad nutum parebant, & ignis quo semel cauteriendus erat in triba, non fecit ac Seraphico Patri D. Francisco contagii, immutus sibi temperans colorem, lenissimè vicis adtulit, serpentemque morbum, ne vltra progrediretur, cohibuit. Obiit in Conuentu Memorici de Mugello, ibique corpus eius quiescit. Clarebat ann. 1500. Memoratur à Marco Vlyssipponensi part. 1. sup. lib. 8. cap. 33. sub ann. 1506. Gonzaga parte secunda supra in dicto Conuentu, qui est 14. prouincie Tuscæ. Wadingho tom. primo ad annum millelesimum ducentiesimum duodecimum, §. quadragesimo primo.

*Beati*

9. 3. *Beati Alphonsi à Montaneta, Confessoris. c*] De eo id memorabile Christianæ pietatis exemplum profertur. Cum enim in Italiam tunc Gallia vedtos traheret, vidissetque ibi miserum quendam hominem sibi notum ad tristes dampnamque misericordia (ad iohannem D. Pauli Nolani Episcopi) motus, quod ille vocem cum parvulis reliquisset, classis præfectum accessit, sibi que, quam humillimè supplicavit, ut dimisso remige, quod domi esset somnè necessarius, se eius loco succedere vellet. Cuius ardentissimo zelo charitatis commotus præfectus, reuergens dimisit, seqe rogauit vt apud se sacellani officio fundaturus, per tantum temporis, quantum illi dimissum erat, subsisteret. Quod & libens ipse acceptauit, libentisque mancipati loco, si ei permillum fuisset, in Hispaniam redire; hæcque charitatem vique ad vitium vitæ habitum excelsam, cum maxima sanctitatis fama, plenusque dierum, anno 1569 à viuis excessit, ad caelosque excolauit: cuius corpus conditum est Alconcelj in Comentu sancti Gabrielis, qui est 14. provincie sancti Gabrielis. Hæc ea Gonzaga ibid. part. 3. sup. item in præfate. Sancti Iosephi. Barezzi sup. lib. 5. cap. 17. ad annum Christi 1570. Rapinzo in histot. general. origin. Recollec. decad. 8. part. 1. §. 8. & 11. Daça part. 4. chronic. minor. lib. 3. cap. 76. Grauna in *uice Thueris* part. 2. cap. 24.

Iohannes à Sancta Maria part. 1. chronic. provincie S. Iosephi lib. 1. cap. 6.

*Beati Iohannis, Confessoris. d*] Laico erat, fœ Regu- 5. 4. liz zelantissimus, & ingentis penitentis vir. Dono curationum diuicidè extornatus, innumeros agros variis in firmatibus decemto sanauit, sola manum impositione, & sanctissimi nominis Iesu inuocatione, cum nonnullis pijs orationibus deuote ab eo recitatis. Sepultus iacet apud Coenotium Domine nostræ de *Olina*, qui est 11. provincie Castellæ. Ita Salazar lib. 2. cap. 22. chronic. eiusd. provincie.

*Beata Elizabetha, Virgini. e*] Claruit circa an. 1560. 5. 5. cum maxima autem sanctitatis fama in Domino obdormuit apud Monasterium S. Clare Vitz-Comitis. Huius vitæ atque mores omoind mirabiles fuerunt: in cuius testimonium Deus plura beneficia, & eaque stupenda, fidelibus ipsam implorantibus eiusque fauorem inuocantibus, ob illius egregia merita, præstare dignatus est. Testantur hæc Gonzaga supra parte tertia in eo Monasterio, quod est 14. provincie Portugallie. Barezzi supra libro quarto, capite quadragesimo, ad annum millesimum quingentesimum sexagesimum quintum. Valerius de Sactis Formis Ordinis minor. libro quarto, capite quadragesimo primo. Wadinghus sup. tom. 3. ad annum millesimum trecentiesimum decimum octauum, §. quadragesimo sexto.

DECIMO SEXTO KALENDAS IANVARII.

**A** pud Calicutum in India Orientali, BB. <sup>a</sup> trium Anonymorum Martyrum: à Mauris & Naitis pro Christi fide occisorum: quod ea tellus vti Protomartyres læta suscepit. In Gallia, Beati <sup>b</sup> Nicolai à Lotharingia, Martyris, qui ob veræ fidei confessionem, & Catholicæ Religionis defensionem, ab hæreticis comprehensus, manibusque post tergum ligatus: ac lingua per mediū guttur gladio secatum extracta: horribili mortis genere, Martyrium consummauit. Ponomiz, Beati <sup>c</sup> Francisci Plateani, Confessoris: qui scientia, Religione, atque vitæ sanctitate celeberrimus existens, Nuntij, atque Concionatoris Apostolici à diuersis Summis Pontificibus instituti officio, præclarè functus est. Vrsuniz in Aprutio, Beati <sup>d</sup> Christophori Penensis, Confessoris: dono sanitatum, aliorumque signorum admirandorum conspicui. Beatiz, in territorio Giennensi, in Hispania, Beati <sup>e</sup> Michaelis Aquilarij, Confessoris: summa simplicitate, vitæ perfectione, & deuotione illustis. Rosarij in territorio Toletano ad Tictarim amnem, Beati <sup>f</sup> Petri à Sancta Clara, Confessoris: oratione, abstinentia, & humilitate celebris. Florentiz, Beatæ <sup>g</sup> Constantiz, Virginis.

DECEMBRIS XVII.

5. 1. *Beatorum trium Martyrum. a*] De his agere Orosius libro secundo histot. Portugall. anno millesimo quingentesimo decimo nono. Sedulus Commentar. in vit. Sancti Francisci cap. 3. §. 8. Gonzaga tertia parte origin. seraphic. Relig. in provincia Portugallie, & 4. part. in præfate. Sancti Thomæ. Barezzi quarta parte chronic. minor. lib. 1. cap. 13. Daça ibidem cap. 44. & 45. 57. Rapinzo decad. 5. histot. general. origin. Recollec. decad. parte prima, §. tertio. Fabricius de Iubico capite sexto, vide sup. ad trigentesimum

primum Augusti, §. vigesimo secundo.

*Beati Nicolai à Lotharingia, Martyris. b*] Concionator caritatis provincie Francie feruentissimus: qui dum semel verbum Dei populo proponeret, tanto impetu contra vitia, desperatèque mores, maxumè verb. aduersus hæreticos, prædicauit: vt à cathedra discendens, abiensque in domum, in teo capus sit ab ipsis hæreticis. Qui mox ligatus post tergum manibus super tabulam extenditur, & aperto guttore ac collo, linguam ea via extraxerunt: quo in tormento spiritum emisit. Scribitur

de eo Marcus Vlyssipontenſis 3 part. chron. minor. lib. 3. c. 58 an. 1365. Barezus ibid. part. 4. lib. 7. c. 5. ad an. 1573. Gonzaga orig. seraphic. Relig. part. 1. vbi de sacris Martyrib. ordin. minor. suo quo ob Christi fidem passus in prouinc. Francie. Hilarij à Costa lib. 2. histor. catholic. pag. 361. T. Olfianus lib. 2. Bosius tom. primo de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. secul. 9. Algerita in Arboe Epilopica totius Ordin. Franciscan. Picquetus in catalog. virot. illust. minor. Daça sup. lib. 3. caput. 51. & 57. Græuina in voce Turritus part. 2. cap. 24.

5. 3. *Beati Francisci Platani, Confessoris. c*] Patra Bononiensis erat, *Platanus*, vel *Platanus*, cco de *Plata*, cognominatus: singularis doctrinæ, sanctitatis atque facundie vir: in diuinis scripturis eruditus: & tam in lute quàm in Philosophia seculari notabiliter doctus: in gano excellens: & concionator egregius: qui ob mortis grauitatem, maximeque dicendi vim, Apostolicus, per vniuersam Italiam, Nuntius, atque eiusdem Sedis Apostolicæ prædicator per totum orbem ab Eugenio IV. Summo Pontifice creatus, inlixitofque eam: quique maximis gratiis, fauoribus, atque priuilegijs, à Nicolao V. Papa, cumulatus est. Demùm quampluribus meritis optimas, apud Conuentum Sancti Pauli de Monte, iuxta Bononiam, mortuus est, ac sepultus. Multa opuscula pretioso mundoque filo contexuit: quibus nominis sui memoriam cum laude transmisit ad posterum. Arguit de eo Tribemius lib. de scriptot. Eccles. sub ann. 1410. Gonzaga sup. part. 1. in viuis Ordin. minor. doctri. illust. item part. 2. in præfato Conuentu, qui est 2. prouincie Bononiens. Willotus Athenar. orthodoxar. Franciscan. littera F, an. 1442. Marcus Vlyssipontenſis. sup. lib. 1. cap. 43. ad an. 1427. ac enim eo tempore ipsum Beatum Franciscum ex Doctore in viroque Iure, & Magistro in Theologia, habuim Religionis suscepisse inter Patres Obseruantes. Wadinghustom 2. sup. ad ann. 1220. §. 17. Supplementum chron. lib. 14. ad ann. 1406. Gnesierus in Bibliotheca. Possuinus in Apparatu sacro.

5. 4. *Beati Christophori Puenensis, Confessoris. d*] Deuotissimus simul atque Religiosissimus fuit hic Beatus Patet: vitæ sanctitate clare vrsimæ, in Conuentu Annuntiationis Beate Mariæ Virginis: vbi & mortuus est ac tumulatus. Qui dùm vioueret, præmissa ad Deum oratione, cui instantissimus erat, integram eadæm languenti sanietem impetravit, eademque aliis contulit beneficia: prout attestantur Gonzaga part. 2. sup. in

prædicto Conuentu, qui est 11. prouinc. 5. Bernardian. Barezus sup. lib. 1. cap. 33. ad ann. 1326.

*Beati Michaelis Aquilary, Confessoris. e*] Laicus erat §. 5. professione, vir deuotissimus, & qui à Religionis ingressu, imò & à teneris ipsius vngulis Deo fidelissimè inseruauit. Floruit sanctitate, ann. 1370. Obiitque apud Conuentum sancti Francisci Bartz. Eius corpus à septennio sepultum, cùm furtè effossa terra detegere tur, integrum omnino, impotere, atque abique omni terro odore inuentum fuit. Quod vt prius Beatus innotuit, vniuersa ciuitate ad eius sepulchrum deuote concurrente, ab illis vt sanctus, Deoque carus habitus est: plures varioque in dies fauores, illius moritis, cordibus acciperunt, & in suis necessitatibus illum inuocantes, potentissimè & singulari cum reuerentia agnoscant. Arguit de eo Gonzaga 3. part. sup. in eo Conuentu, qui est 3. prouinc. Granatenſis. Barezus sup. lib. 7. cap. 33. ad ann. 1380. Wadinghus sup. tom. 4. ad ann. 1373. paragraph. 30.

*Beati Petri, Confessoris. f*] Virtute abstinentiæ fuit insignis, pane & aqua Quadragesimas Sancti Patris Francisci excurrebat. Solo, vniouque habitu, etiam byem tempore vestebatur, semper discalceatus incedens: Sibi quidem austerus, sed alijs benignus & largus. Humilitate admodum sic elucebat, vt dñm Guardianus sæpius esset, omnium tamen seruum se reputaret, ac ostenderet: amantissimè & singulari cum reuerentia alloquens subditos. Orationi valdè deditus erat, somnomque huius capiebat integrum, sæpiusque in choro, vel ad gradus maioris altaris. Discipulis etiam ac disciplinis perpetuo corpus debellabat. Quandoque infantis Iesu apparitione dignatus est honorari, cum quo & loqui nonnunquam audiebat. Patientia eius in aduersa valetudine non modica, aut vulgari fuit, nisi aliud in ore habens, quàm illud Psalmistæ: *Laudate Dominum omnes gentes*. Iacet in Conuentu Dominæ nostræ de Rosario, qui est 4. prouincie sancti Ioseph. Nute Ioannem à S. Maria 1. part. chron. ciuid. prouincie, lib. 4. cap. 30. ad ann. 1600. quo floruit.

*Beati Constantii, Virginitatis. g*] Miro spiritus fertore effluebat in proposito seruandæ virginis. Obiit an. 1320. Eius memineret, Dantes Poeta Cantu 2. sui Purgatorij caput. 4. & cantu 3. Paradisi caput. 3. Marcus Vlyssipontenſis. part. 2. sup. lib. 1. cap. 54. Marianus lib. 4. cap. 5. Toffianus lib. 2. Wadinghus tom. 3. ann. 1320. paragraph. 4.



DECIMO QUINTO KALENDAS IANVARII.

**V**iriz in territorio Baiocensi, Beati <sup>a</sup> Oliuerij Iuliani, Martyris. Legnani, in Infubria, Beati <sup>b</sup> Leonis, Mediolanensis Archiepiscopi: strenuz sanctitatis, & admirandarum virtutum viri. Pennafelij in territorio Palentino, Beati <sup>c</sup> Petri à Villacreto, Confessoris: qui cum eruditione, vitæ austeritate, atque summa Religione floreret, Regularis obseruantiz, primus omnium fundamenta in Hispania iecit: atque sanctissimè in Domino obdormiuit. Hispali in Hispania, Beati <sup>d</sup> Ioannis de Salazar, Confessoris: mira vitæ integritate, dicendi facundia, & præcipuarum prerogatiua virtutum, spectabilis. In India Orientali, Beati <sup>e</sup> Petri Boniferri, Confessoris: qui Pegufianis, Talapoidibus, aliisque Barbaris & efferatis Gentibus Euangelium strenuz prædicauit. Mexici, Beati <sup>f</sup> Francisci à Corumnia, Confessoris: qui vitæ integritate, & singulari in proximum charitate emicuit. In territorio Toletano, Beati <sup>g</sup> Bartholomæi à Sancta Anna, Confessoris, qui prouinciz Sancti Iosephi sanctissimè præfuit, & virtutibus plurimum refulsit. Loræ, Beati <sup>h</sup> Franciscæ, & Beatrix Virginum, ac Munueræ, viduz: quæ tertio Ordini addictæ, Christo sanctè sunt simulatæ.

DECEMBRIS XVIII.

**B**eati Oliuerij, Martyris. \* Hic fere septuagenarius (cùm vitam ægetet in Neustria inferiori, apud Consuentum Vinendim, quiescit 19. prouinc. Francæ Panf. ab hæreticis captus, & in Confectione Romanæ Ecclesiæ perseverans, variis excruciatu tormentis Martyrij cursum absoluit. Illius meminerit Gonzaga part. 1. in sacris Martyrib. ordin. minor. suo 2uo, ob Christi fidem passis, in præfata prouincia. Marcus Vlyssiponsis. 3. part. chron. minor. lib. 9. cap. 59. Hilario à Costa lib. 2. hist. catholic. pag. 164. Bosuistom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 3. scul. 9. Algezias in Arbote Eplogica totius ordin. Franciscan. & Picquetus in catalog. viror. illust. minor. ab eo vocatus Olyuerus dicitur *Sancti Iuliano*. Toffianus lib. 2. in Custodia Aurelianens. Fernandus lib. 3. hist. Eccles. cap. 19. Daq. 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 51. Grauna in *uice virtutum* part. 2. cap. 24.

**B**eati Leonis Archiepiscopi Mediol. b) Nuncupabatur B. Leo Valaferius à familia, aliis de Praga, à Loconaxio, Archiepiscopi dignissimus, & de Religione nostræ Seraphicæ optimè meritis: cuius instituti impendim fuerat alumnus: mortuus autem præcipuum Legnani Pagi (ad decimum lapidem à Mediolano, versus Vætelium) Ecclesiam sibi elegit in sepulturam. A gunt de eo B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. confitmit. fruct. 8. part. 4. in Fratrib. minor. Pontific. item ibid. part. 2. & fruct. 11. part. 2. in eisd. Fratrib. prouinc. Mediolanens. sanctitat. illust. Codex MS. A bbar. S. Victor. Pansiens. ibidem. De Bullis a. part. Rotunj Quadragesimal. concion. 27. Marulus lib. 4. hist. sacrar. Relig. Gonzaga part. 1. orig. seraph. Relig. in Archiepiscop. & B. viris bouise Ordinis item part. 2. in Consuetu. 1. & 14. prouinciz Mediolanens. Toffianus lib. 1. hist. sacrar. in 1. & 3. Ord. minor. item lib. 2. vbi de Episcop. Franciscan. ann. 1240. Vvillotus Athenæ. orthodoxat. Franciscan. verb. *Acta de Praga*. Vvadinghus tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1212. 4. 55. & tom. 2. ad ann. 1256. 6. 45. et Motiga in Sanctis Mediolanens. cap. 4. Pic-

quetus sup. Ioannes de Torres in Prædicis exhortationibus super Regulam Tertiariorum fol. 17. pag. 1. De Silis in cap. 1. eiusd. Regul. Salazar. lib. 6. chron. prouinc. Castell. cap. 30.

**B**eati Petri à Villacreto, Confessor. c) Hispanus fuit natione, prouinciz Castellæ alumnus, & sacre Theologiz Magister: cùm in pauperiorem, austrioremque vitam inhians, quoddam specu prope oppidum S. Petri de Arlauca, ex Superiorum licentia, perit: ibidemque per vigintiannos continuos, in summo paupertate, rigiditate, atque penitentia perseverauit: vigilis, ieiuniis, carnis macerationis, & orationis vigilet intentus. Illud semper alta mente reuoluens, quod se Franciscanum, iam summè in Hispania, à primæ sui institutione, collapsum Ordinem, eo, vno de ceteris videbatur, redocere, ac pristino nitore restituere posset. Tandem, diuino repletus spiritu, summoque seruore accensus, specugressus, in Eremiton Virginis Mariæ, Deiparæ, de Saliceta, inter medios fines oppidum Tendilæ, atque Pennafelij, Diocesis Toletanæ, incidit: quod apprimè contemplatus, illud, tanquam tanto oegocio peropportunum, sibi, suisque affectis, sumendum censuit, non ann. 1376. sed 1397. quo, Consuentum à fundamentis erexit, & Franciscanæ Regularis obseruantiz prima semina imbu iecit. Quæ ad eum excreuerunt, vt eorum fructus, oon solùm ad reliquas Hispaniz prouincias dimanarint: sed & ipsos Antipodas sua dulcedine repleverunt.

Iode Constantiensi Concilio, licet senio confectus, accedens, ab eo, pro pullante illa Religioni seraphicæ plantula, præiugia Gallis Obseruantibus concessa, reuoluit: insuper & à Summo Pontifice Martino V. impetrauit, vt in duobus Consuentibus Aquilariæ & Tribuli, à se extructis, statuta à Seraphico Patre D. Francisco, Consuentu. *Mariæ de Angelis* olim præfata, deinceps obseruentur. Quibus omnibus fassus disposuit, Ne eopythum gregem suo foccessioni, atque charissimo Dilectulo Beato Petro Præconis, committens, io Consuentu Pennafeliano diem vitæ

supremam egit, quem & in ipsorum Conuentus ingressu præcederet, inquit: *Hæc requies mea in faculam sacrali*: cuius corpus conditum est honorificè intra alabastrinum sepulchrum. Scribitur de eo Marcus Vlyssiponensi. 3. part. sup. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 17. Gonzaga 1. part. sup. vbi de oritur Regularis Obseruantie apud Hispanos; & B. viris huiusce Ordinis part. 3. in provincia Castellæ, & Conuentu 1. eiusd. & 6. 7. 8. item in prouinc. Conceptionis, & Conuentu 6. 16. 17. Toffinianus lib. 2. sup. Picquetus sup. Wadinghus tom. 4. sup. ad ann. 1576. §. 17. 18. &c. Marieta lib. 17. histor. Eccles. SS. Hispan. cap. 20. Ioannes à Sancta Maria part. 1. chronic. prouinc. S. Iosephi lib. 1. cap. 4. Salazar. lib. 1. chron. prouinc. Castellæ cap. 6. 33. 34. & lib. 3. cap. 11. lib. 4. cap. 3. & 8.

5. 3. *Beati Ioannis de Salazar, Confessoris.* à ] Florebat circa ann. 1540. vir quædam grauis, doctus, nobilis, atque sui status zelantissimus: cuius eruditionem atque dicendi energiam, necnon vitæ integritatem omnes admirabantur. Memoratur à Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu Sancti Francisci Hispani, qui est 1. prouinc. Beticæ. Batezzas part. 4. chronic. minor. lib. 3. cap. 25. Wadinghus tom. 2. sup. ann. 1160. §. 54.

5. 6. *Beati Petri. Confessoris.* e ] Gallus erat natione, in Indiamque Orientalem transiens, vsque Goam via cum Beato Petro *Pescibasi*, peruenit. Vixit ardentiori flamma succensus, & saluandarum animarum zelo ductus, Pecusam, ciuitatem, Regni Pegusani, peccitatorum Lufitanis mercatoribus admittens, maximam familiaritatem cum Talapoidibus, contraxit: qui sunt veluti sacrificia illius patrie. Horum linguam breuissimo temporis spatio apprime deuicit; vnde frequenter disputationes, tum de eorum erroribus atque superstitionibus, tum quoque de Christi fide ad salutem necessarias, deque Christianis mysteriis, habuit: quæ illa Talapoides, patienter audiebant, maximeque quod vixit temperet, pecunias omnino contemneret, &c. venerabantur. Interim summus Talapois, Beati Petri patientiæ periculum facturus, pluribus iuuentibus, vt eum propriam domum petentem in medio foro, ceptibus, atque lapidibus lacesseret, præcepit. Ille vero pedem è vestigio figens, manibus complicatis, atque ad pectus iunctis, retroque capite, lapides ad se venientes, hilari vultu, promptissimoque animo excepit. Quod sacrificulus ille summope: admiratus, iuuentibus, vt à cepto abstineret, impetrauit: domumque egressus, vanaum peccatum est, iuuenulorum petulantia: id ascibens. Tandem B. Petrus post expletum biennium à prouincie Sancti Thomæ Prælati

enocatus, hinc infidelibus valeuit: & Peguanam urbem rediit. Memoratur à Gonzaga 4. part. supra in Collegio Aquatamico, quod est 6. prædictæ prouinc. Massico lib. 16. histor. Indic. sub fin. ad ann. 1556. Daça 4. part. chronic. minor. lib. 1. cap. 56.

*Beati Francisci, Confessoris.* f ] Sanctitatis inuocem 6. 7. reliquit in Indiæ occidentis partibus: quippe qui multis ante mortem annis, peculiari Dei beneficio, à cunctis sensualitatis motibus liber euasit. Post obitum, corpus illius suavissimum spiritui odorcm; carnes autem illius molles, ac tractabiles, instar infantis erant. Præter hæc ingenti penitentia feruuit, & zelantissima in proximum charitate. Sepultus est in Conuentu S. Francisci, Mezici. Agunt de eo Marcus Vlyssiponensis 3. part. sup. lib. 9. cap. 10 ad ann. 1571. Marianus lib. 2. chronic. Indiarum. obseruat. Reformat. cap. 35.

*Beati Bartholemi, Confessoris.* g ] Ex Sancti Gabrielis prouincia, transit ad eam, que nunc est S. Iosephi, fuit focus B. B. Pascalis *Baylen*, & Petri de *Aleantora*: quorum virtutes ad amissum imitatus est: sed maxime eius patientia erudit in sufferendis tot aduersis contra Reformationem fuscitatis ab æmulis. Bis electus in Prouincialem Ministrum, subditos rexit singulari cum prudentia, charitate, & zelo status Regularis. Humilitas plurimum pollebat, qua veluti notitius, erga omnes se gerebat: & cunctis vilioribus officiis se vitio mancipabat. Orationi instanter vacabat, & contemplationi, solitudin, atque silentio animum dabat. Ciborum parsimonia admodum electabatur, parumque somno indulgebat. Castrensiom excolebat assidue, quam veluti donum sibi cœlestis collatum, sedulo seruabat. Demùm meritis præclarus, ad æternas Beatiorum sociis gloriose perrexit. Vide Ioannem à Sancta Maria part. 2. chronic. prouinc. S. Iosephi. lib. 4. cap. 11. ad ann. 1590. quo florebat.

*Beatarum Franciscæ, & sociarum Virginum.* h ] B. 9. *Franciscæ*, duas germanas sorores, *Mariam & Beatricem*, locas in Monastica obseruantia, habuit, sub tertio instituto S. Francisci, cognominabantur autem à *Geras*. Quibus se adiunxit *Beata Monera*, honoratissima matrona, vidua: quæ simul Christo, tanto spiritus seruore, tantaque vitæ perfectione, sunt famulata: vt cæteris virtutum ferè omnium speciem præbuerint, & à Deo dignis ac portentis fuerint merito illustratæ. Floruerunt circa ann. 1520. Illarum meminerunt Gonzaga in Monasterio S. Magdalene, vbi sepulta: jacent, (quod est 13. prouinc. Carthaginens. in Hispania) part. 3. sup. Marianus lib. 6. sup. caput. 20. ex Blasio Laguna in suo memoriali.

## DECIMO QVARTO KALENDAS IANVARI.

**S**almurij in territorio Andegauensi, Beati<sup>a</sup> Guillelmi Cunctiuij, Martyris: ob fidem Catholicam ab hæreticis interempti. In Burgundia, passio Beati<sup>b</sup> Pauli Vafcellatoris, qui omnem hæreticorum crudelitatem expertus, tormento in eius os exploro, æternam Martyrij coronam est consequutus. Ribadei in Gallicia, Beati<sup>c</sup> Anonymi, Confessoris, Seraphici Patris Sancti Francisci socij: meritis & virtutibus præclari. Item, Beati<sup>d</sup> Prodiri, Confessoris. Maceratz in Picæno, Beati<sup>e</sup> Iacobi à Caniana, Confessoris: oratione ac pietate, insignis. In prouincia Coloniensi, Beati<sup>f</sup> Ioannis de Ponte, Confessoris: ingentis feruoris, & austeritatis viri. In territorio Pistoriensi, Beati<sup>g</sup> Georgij Græci, Confessoris. Louanij, in Belgio, Beati<sup>h</sup> Martini Vanderi, Confessoris: vita & eruditione conspicui. Guadal-fagiartz in Xalificis, Beati<sup>i</sup> Antonij Segobiensis, Confessoris, & Concionatoris egregij: qui humilitate castimonia, paupertateque exornatus, pluries Prouincialatus ac Commissariatus munia præclare exercuit: Indorumque salutem summopere expectens, & vsque ad extremum vitæ pro Euangelio laborans: plenus dierum ac bonorum operum obdormiuit in Domino. Toleti, Beati<sup>l</sup> Francisci de Monteroso, Confessoris: qui genere, Angelica simplicitate, & castimonia exornatus, cæteris pœnitentiæ exercitijs etiam se totum dedit. Guadal-fagiartz in territorio Toletano, Beati<sup>m</sup> Andræz à Costa, Confessoris: qui Lector Theologus cum alijs proficeret, oratione, humilitate, abstinentia, & lachrymis sibi quoque viam parauit in cœlum. Mediolani, Beatz<sup>n</sup> Beatrix à Rusconibus, Comitissæ, Tertiariz, quæ genere & virtute illustrissima; plurimis ante & post obitum, claruit miraculis.

## DECEMBRIS XIX.

9. 1. **Beati Guillelmi, Martyris.** 1) De eo scripserunt Marcus Vlyssipontensis 3. part. chron. minorum lib. 9. capite 59. ad ann. 1560. Gonzaga part. 1. orig. seraphic. Relig. in sacris Martyribus, suo æuo, pro Christo passus in prouincia Turonens. Hilacion à Costa lib. 1. hist. Catholicæ pag 164. Bosius tom. 1. de signis Eccles. lib. 7. cap. 1. l. 2. cul. 9. Algeira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Piqueus in catalog. viror. illust. Ord. minor. Tostinianus lib. 2. in Custodia Aurelianens. Daça part. 4. chron. minor. lib. 3. cap. 51. & 58. Grazina in *vite Turonens* part. 1. cap. 24. Fernandus lib. 1. hist. Eccles. cap. 19.
2. **Beati Pauli, Martyris.** 2) Crudelis atque horrendum ipsius Martyrium recantat Marcus Vlyssipontens. sup. cap. 60. Gonzaga, in prouincia Sancti Bonaventuræ, & Hilacion sup. post Bosium, & Daçam sup. ac Augutinum Castell. in Triumpho Martyr.
3. **Beati Anonymi, Confessoris.** 3) Ribadeum Gallico-rum oppidum est, iuxta quod fundatus est Conuentus in honorem Sancti Francisci ab ipso Beato Anonymo, illius socio, illucque demissionem mortis accepit: cuius ossa in quodam Ecclesie loco eminentiori recondita, hoc Epitaphio insigniuntur,

## I E S V S.

*Hic iacet Venerabilis ossa cuiusdam Fratris Suij  
Beati Francisci, qui obiit anno Domini millesimo ducentis  
sexagesimo sexagesimo.*

Ipsi tamen B. Patris Fundatoris nomen, licet in magna  
eneratione apud populum sit; tam ipsos, tam

quoque nos omnino fugit. Vide Gonzagam 3. part. sup. in hoc Conuentu, que est 4. prouinciz Sancti Iacobi: & Wadlingham tom. 1. Annal. minor. ad ann. 1214. §. 10.

**Beati Prodiri, Confessoris.** 4) Vir fuit humilissimus atque modestus: gloriose verò obiit. Memoratur à Gonzaga part. in Beatis viris huiusce Ordinis, & Piqueo sup.

**Beati Iacobi, Confessoris.** 5) Laicus erat professione: sed vir eximie sanctitatis ac patientiæ & pietatis: qui dum in Conuentu Maceratz vitam ageret, ad vltimum repertus est ibidem: sicut genibus manibusque iunctis, inter orandum spiritum Deo reddidisse. Agit de eo Marcus Vlyssipontensis part. 3. sup. lib. 4. cap. 28. sub ann. 1460.

**Beati Ioannis, Confessoris.** 6) Singulari spiritus feruore, & corporis austeritate claruit in prouincia Coloniensi: tantoque Reformationem iuuit & auxit, ut decem Conuentus Patribus Obseruantis addidit. Illius meminerunt Marcus Vlyssipontensis sup. lib. 7. cap. 29. ad ann. 1496. Firmamentum trium Ordinum in memorabili Ordinis minor. tract. 1. sub Generali 37. Gonzaga part. 3. sup. in Conuentu 4. prouincie German. inferior.

**Beati Georgij, Confessoris.** 7) Græcus erat natione, & Laicus professione: vir simplex, ac sanctitate vite famulosus, qui spiritum Deo reddidit in Conuentu Montis Sinenis, propè Pistorium in Tuscia: in cuius transitu, anima gloriose suscepta est in cœlum ascendere, Angeli ac Sancti quamplurimis locata. De eo scribit Vlyssipontensis sup. item cap. 44. diuersus est,

vt opinor, ab illo Beato Georgio *Albanensi*, qui in p[ro]uincia Mactris obiit, cuius sanctissimam vitam enarrat idem Marcus sup. lib. 8. cap. 19. Barezus 4. part. chron. minor. lib. 3. cap. 24.

§ 7. *Beati Martini, Confessoris.* b] Hic Beatus Martinus *Yander-Kele* et *Tremontis* dicebatur, admodum insignis extitit. Nam sacre Theologie Lector, cum esset apud Louanenses, & Conceptor eximius Dei zelo feruere; audientes suos verbo & exemplo suae sanctae conversationis ad meliorem vitam egebat. Scripsit opuscula de 7. donis Spiritus sancti: De vita quoque eorum templaria, sed sermone uetaculo. De numeris autem mysticis scripsit sermone Latino exactissime: Esayamque Prophetam exposuit, &c. Memoratur a Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu Louanensi (qui est primus prouinc. Germaniae inferior.) quo decessit & vita ann. 1540. Willoto Athenae orthodoxae. Franciscan. verbo *Martini*. Possideo Apparatu sacro.

§ 9. *Beati Antonij, Confessoris.* 1] Inter quos plurimos Patres, sanctitate insignes, Guadalagiarum, in Conuentu Sancti Francisci sepultos, longè emicuit Religiosissimus hic B. Antonius *Segorbe*, qui optimis moribus in Conceptionis prouincia apprime imbutus, quodage simique suae aetatis annu agens, ad Xaliscos conuolauit: ubi Indicum idcirco tanta cura, tantaque diligentia dedit, ut in eo infra breuissimi temporis spatium periculosissimus euaserit, ac per alios quadraginta continuos annos, & ultra, Indici sit concionans. Vix praeterea rigorem, in quo apud nostros praefata prouincia Recollecto: enatus fuit, ad vitium usque habitum serauit. Nihil siquidem eo continentius, nihil vigilantius, pauperius, aut temperantius fuit. In oratione adeò assiduis erat, ut ab ea nil aliud curasse uisus sit. Quae tamen interim, uel charitatis officium, uel obedientiam, uel etiam proximi salutem, concernentia quam diligentissime explebat. Paupertatis etiam cum profundissima quodam humilitate coniunctae amantissimam eam esset: factus est omnibus bene ac religiose uiuendi norma. In periculoisa quadam rebellione, ubi de totius rei summa agebatur, se solus suis adhortationibus, sanique consilio, Indos ad saniorem mentem reduxit. Qui tandem, postquam Prouincialatus, ac Commissarius officii aliquoties summa cum laude, tum in prouincia SS. Petri & Pauli, tum quoque in alijs quibusdam sanctus esset: plenus dignum, meritisque optimis, maximum interium omnibus, per se feram Indos ipsi, a quibus non secus ac Pater uocabatur, colebaturque, sui desiderium relinquens, diem clausit extremum. Vide Gonzagam 4. part. supra in dicto Conuentu Guadalagiarum. Rapertum in histor. general. origin. Recollector. decad. 7. part. 3. §. 36. Marianum lib. 2. cap. 52. chron. Reformat. Daquam part. 4. chron. minor. lib. 2. cap. 30.

§ 10. *Beati Francisci, Confessoris.* 1] Cognominabatur de *Montorso*, seu ab *Orcosae*: nobilibus honestisque parentibus natus. Vix humilis ualde, silentij amator, & Angelica simplicitate adornatus. Animo promptus erat ad obediendum P[re]lato: & in rebus, agendis discretus. Solebat palatere alpergere quaeuicque manducasset, sicque parce edebat, ut uix ad sustentationem sufficere uideretur: tribus tantum bonis, qualibet die, fornum capiebat, iacque super tabulam, uel assetes. Orationi multum vacabat, in cuius meditatione tantum erat descebat igitur in Deum amotis, ut sudorem, uaporem, & fumum per uulnura, caput, totumque per corpus exhalaret: sed praecipue in Missae celebratione: cuius tanta ab oculis dissimulabat lachrymarum copia, ut altare us usque mederetur. Catherinam ministrè

excolebat, honestissimique erat, tum in uerbis, tum in corporis compositione: ex quo immoicum indur habitum, nullquam mulierem aspectu, uel allocutus est. Pauperitius etiam extitit, habitu aspero, lacaroque uelutis, cum uili cilicio ad carnem. Magistrum nouitiorum multo tempore egit, maximo cum annuatum fructu uti profectus. Deinde ad Guardasium saepe uocatus est. Solebat dicere, *Sibi mecum gratum fore, toto uita sua tempore, nouitiorum cura spectante: quam uita die, palati munus subire.* Vigilis, disciplinis, ieiunijs, aliisque carnis mortificationibus, assidue se exercebat. Chantate in ornata abundantia, maximè in debiles & infirmos. Toleti Beate uix cursum expleuit, sepultusque est in Conuentu S. Iosephi, qui est prouinciae S. Iosephi. Ita Ioannes a Sancta Maria 1. part. chron. diuid. prouinciae, lib. 4. cap. 8. ad annum 1590. quo claruit.

*Beati Andrea, Confessoris.* m] Dicitur est B. Andreas de *Tepe*, cui & *Costa*. Litteris admodum excultus, moribus etiam excellit. Tum adhuc in saeculo agens, tum in Religione setaphica uita ductus: in qua ad beatitium perfectionis celenoti cursu pertingens, orationi, mortificationi, penitentiae, & ceteris Otidinis minoritici p[ar]te exercitia, ex integro se dedit. Obediensissimus erat, & charitatus ualde. Tentationes minime sibi defuerunt, sed harum fauorem, Diabolum, ieiunijs, uigilijs, cilicio, humi prostrationibus, suspirijs, lachrymis, & orationibus, strenuè debellabat. Lector sacre Theologiae institutus, idcirco singulati ingenio, & dicendi facilitate, ac scriptorum claritate, eximie profectus est. Humilitati & orationi plurimum studuit: uirtute abstinens ac penitentiae se exornabat, ut ceteros in admirationem adduceret. Cilicio quippe & disciplinis frequenter corpus edomabat: in conuersatione tamen benignus erat & gratiosus, simplicitate & prudètia polens, modestus ac pius. Zelantissimus quoque fuit status extitit, non solum citra essentialia Regulæ: sed etiam in minutissimis Religiosis ceremonijs, statutis, uel consuetudinibus: ex quibus ea omnia seruans ad uigilem. Tandem, orando sanctissimè exspirauit: uacatque sepultus in Conuentu S. Antonij Guadalagiarum. Vixit Ioannes a Sancta Maria lib. 4. sup. cap. 53. ad ann. 1600. quo borebat.

*Beata Beatrice, Tertiaris.* n] Hæc illustissima hecraua, Comitissa, erat, & tertij Ordinis Franciscani alumna, sanctissimè autem Mediolani obiit: cuius sacrum corpus delatum est ad Conuentum S. Angeli Francorum minor. & honorificè reconditum in Capella S. Antonij, ubi maximus signis conuolat: prout attestant Marcus Vlyssipont. 3. part. sup. lib. 7. cap. 29. Tosinus lib. 1. histor. setaphic. Relig. ubi de secundo Ordini minor. Gonzaga 1. part. sup. in BB. *Fraximans* 1. atque 3. Ord. Franciscan. his uerbis. *Beatrice* à *Rosinibus*, Mediolanensibus, porculus consociat in *Eccl[esi]a Sancti Angeli Mediolani*. Qui tamen postea ibi conuolauit, eam Ludouicum uocat, dicens, a. in eo Conuentu Sancti Angeli, qui est primus prouinc. Mediolanens. *Inter religio, tum Patrum, tum Fratrum, tum quoque aliorum nobilium, atque populorum uita, ex profecto antiquari Conueto ad hunc modum translati: translatum quoque fuit manus eum simul conuolauit, B. cuiusdam Ludouici à *Rosinibus* Comitissa, ac tertij Ordinis Franciscan. alumna: qua tum uita, tum quoque in morte, miraculis claruit.* Hæc autem translatio accidit ann. 1551. De Sillis in cap. 1. Regul. tertij Ord. Marulus lib. 4. histor. sacre. Religio. Salazar. lib. 6. chron. prouinc. Castellæ cap. 21. post Beatum Bernardinum de Buis, qui part. 1. Rosarij Quadagesimal.



mal. concion. 17. part. 1. tempus, quo vixerit perspicue sic indigitat. Item, *Beatam Beatricem de Rufficibus, Comitissam, qua nostri temporibus fuit, & à septem an-*

*nis extra mortuam est, multisque miraculis claruit; & est sepulta Mediolani, in Ecclesia sancta S. Angeli.*

DECIMOTERTIO KALENDAS IANVARI.

**I**N vrbe Sarai, Passio Beatorum <sup>a</sup> trium Fratrum, Martyrum: qui pro Christi fide, à Sarracenis, necati sunt. Monasterij in V vestphalia, Beati <sup>b</sup> Ioannis, Confessoris: signis & virtutibus spectabilis. In ciuitate Hildesheimensi, Beati <sup>c</sup> Conradi, Confessoris: qui vita & miraculis coruscavit. Spira, Beati <sup>d</sup> Colini, Confessoris: qui prouinciae Argentinenfis Minister Prouincialis electus: munus suum miraculorum gloria decorauit. Fabriani, in Picarno, Beati <sup>e</sup> Mauritij de Argignano, Confessoris: dono orationis & lachrymarum conspicui. Mugelli, prope Scarperiam Hethruzia oppidum, Beati <sup>f</sup> Benedictini de Gauraccio, Confessoris: qui eruditione & penitentia enituit. Cremona, in Infubria, Beati <sup>g</sup> Damiani Patauini, Confessoris. Pistorij, in Tuscia, Beati <sup>h</sup> Alexandri Veronenfis, Confessoris: qui oratione extatica, & rerum contemplatione caelestium sublimatus, Angelicam vitam duxit. Sagij, in Neustria, Beati <sup>i</sup> Germani Auberti, Confessoris: qui Prouincialatus, & Commissarius generalis praedare functus officio: doctrina & sanctitate plenus refulsit. Romae, Beati <sup>l</sup> Thomae à Sancto Antonio, Confessoris: cuius sanctitatem crebra miracula, in vita & post obitum edita, attestantur. A Legiono, in Hispania Tarraconensi, Beati <sup>m</sup> Francisci à Sanctis, Confessoris: eximie orationis penitentiae & perfectionis viti. Panormi, in Sicilia, Beati <sup>n</sup> Vincentij à Nicoxia, Confessoris: qui vitae asperitate, penitentia, ac miraculis emicuit. In Italia, Beatorum <sup>o</sup> Iosephi à Leonissa, Setaphini de Monte Granati, Francisci Bergomatis, Raynerij à Burgo, & Hieremiae à Vallachia, Confessorum. Pilauri, Beatae <sup>p</sup> Eugeniz-Faelicis, Virginis, Abbatissae: humilitate, charitate, ac spiritus feruore, celebris.

DECEMBRIS XX.

- §. 1. **B**eatorum trium Fratrum, Martyrum. a] Apud nonnullos legitur in *Leuey*, hos Fratres ius orationibus primo illuminasse quendam caecum, cum quo postea, pro fide Christi Martyrium subierunt: sed melius credendum est, in vrbe *Sarai*, id passos esse à Sarracenis ann. 1311. Scribunt de eis vetustus Autho Anglus. MS. in suo Polichronico. Wadinghus tom. 3. *Annal. minor.* ad annum 1314. §. 14. Picquetus in catalog. viros. illustr. *Ordin. minor.* vbi de Martyribus.
- §. 2. *Beati Ioannis, Confessoris.* b] Cognominatur *Piermus*, ceu de *Penna*, natus apud Brabantos in Monasterio tumularus: qui de sanctitate refulsit, & mira peregit. Agunt de eo B. Bartholomaeus Pilanus lib. 1. conformitat. fruct. 8. & 11. part. 1. in Fratribus minorib. prouinc. Colonienf. sanctitat. illustr. Tossinianus libr. 2. in Custodia Westphaliez. Gonzaga 1. part. origin. scriptur. Relig. in Beatis viris huiusmodi *Ordinis.* Wadinghus tom. 1. *Annal. minor.* ad ann. 1249. §. 9. & tom. 2. ad ann. 1288. §. 38. Picquetus in catalog. viros. illustr. Franciscan.
- §. 3. *Beati Conradi, Confessoris.* c] Propter insignem vitam eius sanctitatem & praecleara miracula, vulgo nuncupatur, *Pater Sanctus*, ceu *De Cali Porta*. Memoratur à Pilano sup. in prouincia Saxoniae. Gonzaga sup. & part. 3. in prouincia Sanctae Crucis. Wadinghotom. 1.

- sup. ad ann. 1249. §. 9. & Picquetus sup. Tossinianus lib. 2. in Custodia Albertadensis. Succellit in Prouincialatu Argentinenfi, B. Tederico ann. 1244.
- Beati Colini, Confessoris.* d] Nonnunquam exitit §. 4. Minister Argentinenfis prouinciae: clarisque miraculis iacet Spira 12 pad Germanos superiores. Illius meminere Pilanus sup. fruct. 8. part. 1. in prouincia Argentinenf. Gonzaga sup. part. 1. Tossinianus libro 2. histor. scriptur. Wadinghus tom. 1. sup. ad ann. 1245. §. 18. Picquetus sup.
- Beati Mauritij de Argignano, Confessoris.* e] De eo illud Elogium scribit Beatus Franciscus Fabrianiensis in chrono. Marchae MS. *Frater Mauritius de Argignano, prius Canonius Sancti Venanzij, fuit homo sanctus; magna orationis; & multarum lachrymarum. & viri Frater minor.* &c. Latius Wadinghus tom. 1. *Annal. minor.* ad ann. 1245. §. 12. & 1268. paragraph. 5. & an. 1289. paragraph. 29.
- Beati Benedictini, Confessoris.* f] Theologus fuit conuincatus, qui de penitentiae perfectionis agencie ergo ab illustro S. Augustino ordinaris eremitae. (cui aliquando mancipatus fuit,) ad hanc Religionem Seraphicam conuoluit: cuius nomen, ob illius integerrimam vitam, candidissimisque moribus, in libro vitae scriptum esse pie creditur. Vide Gonzagam part. 1. sup. in Conuictu Memoris de Mugello, qui est 14.

- ptouinc. Tulciz. Wadinghus sup. tom. 1. ad an. 1212. paragraph. 4. *Beatus Elias* etiam vocatus est.
- §. 7. *Beati Damiani Patavini, Confessoris. g.*] Cogne minatus erat *Carrarensibus*, seu de *Comitibus*: qui quidem Bergomi floruit doctrina & pietate spectabilis, concionibus, lectionibus, & sanctis operibus, populum ad magnam frugem reducens, sed Cremonæ obit, an. 14. 01. crebris miraculis gloriosus. Eius sacrum corpus honorifice asseruatur Cremonæ: in Conuentu Sancti Angeli, qui est 8. ptouinc. Bononiens. vti testatum reliquit Gonzaga part. 2. sup. in eodem Conuento: & part. 1. in BB. vitis huiusce Ordinis. Wadinghus sup. ad ann. 1267. §. 9. & tom. 4. ad ann. 1400. paragraph. 2. *Tostianus* sup. Algezira in Arbore Epilogica totius Ordinis Franciscan. Picquetus sup. Michael Cartariensis lib. 15. Annal. Ital. Petegimus in vincta Bergomensi part. 2. cap. 68. Marius Mutius de Sanctis Bergomibus. De Butis in Rosano Quadragesimal. 2. sermon. 17. part. 2.
- §. 8. *Beati Alexander Peranenſis, Confessoris. h.*] Sacerdos erat, virque profundissime contemplationis; qui ob eius inculpata vitam, infirmam quendam, dum adhuc viueret, signo crucis curato, atque Daemones sibi insidiantes propellere meruit; & aliquando inter orationum raptus, atque à terra in altum eleuatus à plurimis Fratibus visus est. Pisonij obit, & in Ecclesia Sancti Francisci sepultus. Scribit de eo Gonzaga part. 1. sup. in patientia Conuentu, qui est 8. ptouinc. Tulciz.
- §. 9. *Beati Germani Auerſi, Confessoris. i.*] Hic Commissarij Generalis munere apud Cisimontanos Patres Obseruantinos, & Prouincialis Ministeratus officio in ptouincia Francie Paris. tercio functus est. Florebat ann. 1460. Memoratur à Gonzaga part. 3. in Conuento 1. eisdem ptouinc. cuius fuerat alumnus: & Wadingho tom. 1. sup. ad an. 1226. paragraph. 62.
- §. 10. *Beati Thoma à Sanctis Antonis, Confessoris. l.*] Hic Confusionem, ex *Corbora* oppido originem duxit: habitumque Religionis Seraphice induit in Conuentu S. Francisci Ategnani, maxima humilitate exornatus fuit orationis assiduis erat, & charitate haud modicum sequebat. Tãtam denique vitæ perfectione locutus est: vt in vita & in morte miraculis quamplurimis claruerit. Cæco visum, signo Crucis, restituit. Sanctissime vitæ ac mortuus est, Romæ in Conuentu Atacathano, ubique sepultus licet. Eius meminere Gonzaga 1. part. in eodem Conuento, & part. 2. sup. in Conuentu Ategnano, qui est 14. ptouincie Cortice. Barezzius 4. part. chronic. minor. libr. 3. cap. 22. ad ann. 1540. Vvadinghus sup. tom. 3. ann. 1251. §. 57. Daſa 4. parte chronic. minor. libr. 1. cap. 28. ad ann. 1317.
- Beati Francis, Confessoris. m.*] Patria erat Segobienſis, qui ex Ordine Sanctissime Trinitatis, tranſiit ad
- Partes nostros Disalceatos, spe maioris perfectionis ac perpetuitatis illatus. Nec eam seculi concepta opinio. Nam rudi habitu indutus Franciscano, subros cilicium gestabat asperum: Noctem consumebat in oratione, & diem in Superiorum obedientia. Super matam, vel tabulam somno indulgebat: sui contemptum & abiectionem summi exquirebat. Humillimos quippe vir erat, & perpetuitatis amantissimus. Bis Dismissus electus est suæ prouincie S. Iosephi, & semel Commissarius Prouincialis ad Capulum generale Romæ celebrandum: quo in itinere multa passus est incommoda, nec propterea desinit à suo communi exercicio, imò nec orationis tempus aliquando interrupit, vel distulit. Neapulum postea veniens, suis feruentissimis concionibus tota commota est ciuitas: multique exiit causa salutis. Rediit in domum, cùm pœnitus ordinatusque Religionis ac penitentia spontanea ex animo incumberet, in morbum israhalem decit, qui immortalitatis sacra aperiret. Quare Sacramentis maxima cum deuotione susceptus: passissimum spiritum exhalauit: cuius sanctitatis fama excitatus illustissimus Legionensis Antistes, & ceteri Religionum Prælati, illius exequus pœ celebrantur, apud ipsum Conuentum Legionensem, vbi Guardianus fungebatur officio, quando à vitæ excessu. Scribit de eo Ioannes à Sancta Maria part. 2. chronic. præfatæ prouinc. lib. 4. cap. 14. ad an. 1600. quo clarebat.
- Beati Vincentij, Confessoris. n.*] In austeritate vitæ & patientia præcipue enituit: erga Beatissimam Virginem Mariam deuotione singulari flagrabat. Diem mortis suæ prædixit, & miraculis illustatus, obdormiuit in Domino, ann. 1601. Hæc ex Graulina in *uite Turritus* part. 2. cap. 24.
- Beatorum Iosephi, etc. Confessorum. o.*] Non eodem tempore mortem obeuntes, oculos inuoluit, sed quod simul recenseantur eodem die, vnâ recolantur: quorum, processus, Superiorum auctoritate formantur ad finem canonizationis: teste Ardinghello, in Appendice *Commemorata Vices Turritus*, obtensione 4. pag. 31. vbi de P. P. Capucino. laboribus in Germania.
- Beati Eugenia-Felix, Virginit. p.*] Socia extitit B. Felicis à *Mediolani, Virginit.* & Abbatissa primæ Monasterij Corporis Domini *Pisanensis*: cum ipsa in huiusmodi officio successit, quo in munere tãto laudabiliter se gessit, sicque ad amissum, vixta exemplar ipsius B. Felicis, sorores sibi subditas rexit: vt tum hac de causa, tum ob ingentem humilitatem, & charitatem, aliisque singulares virtutes ac perfectiones, deo committat sit *Eugenia-Felix*: quam ita contendebat imitari. Sæpe etiam quidam fulgor cerebatur à facie eius irradiare, in signum eximie sanctitatis suæ. Hæc ex Marco Vlyssiponenſi §. part. sup. lib. 2. cap. 21.

## DVODECIMO KALENDAS IANVARII.

**A** Pud Nouum Mexicum in India Occidentali, Beati <sup>a</sup> Francisci Lopetij, Martyris: qui à furentibus Indis, perfoſſus iaculis, glorioſè pro Chriſto occiſus eſt. Capriolæ in territorio Senenſi, Beati <sup>b</sup> Ludouici Senenſis, Confeſſoris: qui totius honeſtatis, obedientiæ, atque paupertatis, ſpècimen factus Tuſciciæ Prouincialis Vicarius extitit ſubrogatus: atque ſancto ſine quieuit. Rhegij, in Calabria, Beati <sup>c</sup> Bernardini Georgij, Confeſſoris: qui pietate, vitæ perfectione, ac ſumma paupertate præclatus, ſecundus Vicarius Prouincialis Patrum Capucinatorum in Calabria extitit: deinde prophetiæ dono, ac meritis cumularus, ſanctiſſimè vitam finiuit. Elchij, in territorio Valentino Hiſpanico, Beati <sup>d</sup> Iuliani Donati, Tertiarii, Confeſſoris: humilitate, & vitæ puritate inſignis. In Hiſpania, Beati <sup>e</sup> Antonij à Sobrino, Confeſſotis: magnæ ſanctitatis viri. Aquilæ, in Veſtini, Beate <sup>f</sup> Paulæ à Fulgineo, Virginis: quæ caſtimonia virtute, ſimplicitate, & oratione excelluit. Neapoli, in Campania, Beate <sup>g</sup> Mariæ Longæ, nobilis Fœminæ, quæ prima Capucinarum Abbaſſa inſtituta, ſummis virtutibus admodum emicuit. Bellalazaris, in territorio Cordubeniſi, Beate <sup>h</sup> Franciſcæ à ſancto Antonio, Virginis: quæ pœnitentiæ operibus, & præclaro virtutum exercitio, viam ſibi parauit in cœlum.

## DECEMBRIS XXI.

§. 1. **B**eati Franciſci Lopetij, Martyri. a] Hic Chriſti miles viſque in ſicem deuotus ac fidelis, etiam in ſeculo fuerat nobilibus parentibus in poſtebri Huſpali ciuitate ortus: inſuper doctrina, virtutibusque inſignis, dùm annum ægeret 17. Religionis habitum in Miſſionico Conuentu Xerezano ( qui eſt 4. poſt vine. Baticæ ) deuotè receperat. Fuit peræterea maſtuetudine ac modetiſſima moratus, vitæque mortificatione, taciturnitate, ac prudentia conſpicuus. Exinde traſiciens in Indiam Occidentalem, Sacerdos factus, commemoratus eſt apud Conuentum Mexicanum, ubi ſacræ Theologiæ ſtudiis incumbere: quando, ad infantiam B. Auguſtini Roderici, deputatus eſt viſit cum B. Ioanne à ſancta Maria, ( de quo 9. Iunij ) proſeſit conuertendis Indis. Fratribus autem ſociis præfuit ipſe B. Franciſcus. Qui animarum zelo per Montana loca de Zacatecas tranſientes, atque à ciuitate Mexico, Aquilonem verſus, viæ ſtadia 400. ambulantes, ad maximum tandem Indorum multitudinem peruenerunt, hoc eſt, ad diſtinctos 40. ſive 50. populos, circa 6000. domorum inhabitantes: Regionemque ſeu prouinciã illam *Nouum Mexicum* nominarunt. Illi autem populi fratres ipſos benignè ſuſceperunt, de eorumque aduentu gratulati ſunt. Illis tunc Viſitæ Domini operam dantes, in deſeſio animo illam excoluerunt. Dum rei à quadam die, ad inſtruedum populum, ex more procedunt: Videns B. Franciſcus quosdam ex populo ſiſe inimicè odij & inimicitæ cauſa trucidantes, eos cœpit benignè arguere, hortarique vt iniurias remitterent, & à vindicta, animique ſancore deſiſterent. At illi non ſecus atque amentes de tabidi, ſeruentia trucidati: venena euomentes, ſuæ vitæ onus impie in eum verterunt: illicque pœnitentiſſimum Patrem iaculis confoderunt, qui in Domino obdormiuit, an. 1580. Agnus deo Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Reliq. vbi de ſacræ Mar-

tyribus Ord. Minor. ſuo xuo, ob Chriſti fidem paſſus, apud Indos Occidentales. Item part. 4. in prouincia ſancti Euangelij, & Cuſtodia Zacateceſi. Bacterus 4. part. Chronic. Minor. lib. 7. cap. 41. Daſcaibid. lib. 2. cap. 2. & 59. vbi vocat eum *Franciſcum Perex*, ſed perperam. Hilanon à Coſta lib. 2. hiſtor. Cathol. pag. 366. Picquetus in Catalog. viror. illuſtr. Franciſc. cap. Mendofa 1. part. hiſtor. Chine, lib. 3. cap. 7. & 9. Marcus lib. 3. cap. 31. Boſius tom. 1. lib. 11. cap. 12. Gramina in *ſicet Tertius*, part. 2. cap. 14.

**Beati Ludouici Senenſis, Confeſſoris. b]** Laicus erat professione, qui ſpeculam honeſtatis, obedientiæ, atque paupertatis omnibus extriit: annoque 1433. huic ſeculo nequam valediſt, ſepultus in Conuentu ſancti Bernardini Capriolæ propè Senas. Cùm autem Sartiani Conuentus ( qui tunc Patribus Cõnventualibus parebat ) à populo Sartianoſi Obſeruantibus obſtaretur: noc eorum votis acquieſcere velle. Iulius 11. Papa, Procetam prædicti oppidi ſupplicatione motus, B. Ludouico de Senis, prouincie Tuſcici tunc Vicario Prouinciali, in virtute ſanctæ obedientiæ præcepit: vt quàm priuam pulſis Conuentualibus, ipſorum Conuentum, ſicuto ſecum certo Fratrum numero, occuparet, atque in poſterum retineret. Cuius ſiteus, ſub Datum Romæ, 3. Ianuarij, an. 1463. in buſinet Ieſt Cartophiliario habetur. Ita Gonzaga 2. part. ſup. in ſcriptis Conuentibus 4. & 19. prouinc. Tuſcici. Momoctus à Marco Viſſipontenſi 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 28. ſub nomine *Ludouici Latus*: ſed mendosè, confundens illum cum B. *Petro Latus*: qui tamen omnino ſunt diſtincti. Vide 26. Nouemb. ſup. Brauuis vocat eum *Ludouicum de Latus*: tom. 18. Annal. Eccleſ. ad annum 1471. parag. trigefimo ſexto.

**Beati Bernardini, Confeſſoris. c.]** Rhegij, in Calabria, §. 1. et nobili illius vrbs Familia octum duxit: illicque in-

ter Patres Observantes Minoriticum habitum sum-  
psit. Tom postea, Lutetiam militem, eam ibi Duinarum  
atque Ecclesiasticarum litterarum praesentiam  
est affectus: ut summa cum ingenij laude, à Facultate  
Parisiensi Doctores lauream adeptus fuerit: à  
Graecis tamen peritissimus eam enavit, cui & maxi-  
mae vitæ probitas, singularis prudentia ac virtus con-  
iuncta fuit. Quae denique factum est, ut eam animum  
assidue ad divinam sapientiam ac pietatem transferret,  
regularumque observantiam apud suos penè dilapsum  
loqueret: consilio cum B. Ludovico Rhegino, (de quo  
sup. ad 18. April.) eius amico ac socio charissimo,  
intra Reformationem simul uterque omni studio ac  
solicitudine quæteret, quam paulò post à Sede Apo-  
stolica, an. 1510. impetrarunt. Indè tandem sese  
Capucinatorum Congregationi, an. 1511. adiungunt: ubi  
tanta vitæ austeritate, paupertatis studio, ac ceteris  
Religiosæ disciplinæ virtutibus consuetare cepit: ut  
religiosus, suo exemplo, ad perfectam Regularis Ob-  
servantiam formam instrueret. Eximius Verbi Dei præ-  
co eorum: tanquam spiritus vehementia concionabatur,  
ut planè mirabiles in populis ad pietatem motus  
excitaret. Spiritu prophetico etiam exornatus erat, quo  
inter alia, diem sui obitus præsentiauit, dñm Provinciali  
Vicarij in Calabria munere fungeretur, an. 1536.  
circa quartam Aduentus Dominicam. Huius gesta  
admiranda, ea antiquis M. S. collegit Bonerius tom. 1.  
Annal. Capucinor. ad annum 1536. parag. 39. 40. &  
seq. Illius meminerit Gonzaga part. 2. Orig. Seraph.  
Relig. in Convento Rhegensi, qui est 1. provincie  
septem BB. Martyrum Ordinis. Minor. & alij sup. ad  
18. April. vbi de B. Ludovico Rhegino.

5. 4. *Beata Juliana, Confessoris. d.]* A iuventute, servitio  
Fratrū Conventus Dominæ nostræ de Loreto (qui est  
5. provincie sancti Iohannis Baptistæ) mancipatus,  
propterea Demaris cognomen accepit. Cùm autem ha-  
militatis ratione studeret, viliora & abieciora munia  
semper exquirebat. Probata eius patientia cum cor-  
rectionibus & reprehensionibus aspersis nonquam alte-  
rari potuit. Ieiunij, vigilijs, noditate, paupertate,  
obediencia, & alijs mortificationis generibus se assidue  
exercerebat: capite discoperito, & nodis pedibus  
semper incedens. Otium summopere exhorrebat  
& ædium: si quando clausus in cella manebat, totum  
io quietudine spiritus, & rerum meditatione celo-  
lestium consumebat tempus. Reverentius ab obedientia,  
seu ab elemosyna petenda, non continuo quieti, aut  
corporis sublevationi indulgebat, sed in Capellam  
B. Virg. se recipiens, genuflexionibus & orationibus  
se vacabat, ut potius & cibi sepe omnino oblivi-  
sere, maiore spirituali refectioe passus: quo tempore,  
ingens splendor nonnumquam visus est super eum cla-  
rescere. Cùmque his & alijs sanctis detineretur occupa-  
tionibus, nunquam immarctum suæ innocentie &  
puritatis flos, sed semper vernans perseveravit & vi-  
dens usque in finem vitæ. Florebatur circa an. 1580.  
plures, sub mortis suæ tempore, beatam eius animam  
gloria circumdatam, ab Angelis, cum maximo lumi-  
ne & odore, in caelum deportatam conspexerunt: pro-  
veteratarum relique Ioannes à sancta Maria, part. 1.  
Chronic. provincie S. Ioseph. lib. 1. cap. 49. sepul-  
tus iacet in Convento Elchij, qui est 1. provin-  
cie sancti Iohannis Baptistæ Ducalceatorum Hip-  
panie.

5. 5. *Beata Antonij à Sabrino, Confessoris. e.]* Hic apud  
Ducalceatos Hispania meritis clarus extitit, oceanum  
provincie sancti Iohannis Baptistæ Patris, & Regis Ca-

tholici à sacris Concionibus fuit: pro cuius canoniza-  
tione, processus nunc fiant in partibus eorum Or-  
dinaris, uti constat ex bello Neapoli edito, an. 1616.  
apud Typographum Ioan. Dominici Roncaloli: &  
Raspino, histor. General. Origin. Recollector. part.  
1. paraf. parag. 4. Agit de eo Ioannes à sancta Maria,  
2. part. Chronic. provinc. sancti Ioseph. lib. 3. ca-  
pit. trigesimo sexto, & libro quarto, capite tertio,  
& 13.

*Beata Paula à Fulginea, Virg. f.]* Fulginis hæc erat,  
5. 6. socia B. Antonietta virginis: prius Tertiarium Re-  
gulam profitebatur, ex indèque ut primam sanctæ Cla-  
re virginis Regulam servaret, ad Monasterium Con-  
ventus Christi apud Aquarem, Aputurionem urbem,  
perrexit an. 1433, ubi Deo inservire omnino cupiens,  
in maxima puritate, ac spiritus simplicitate, ad altioris  
perfectiois gradum pervenit: & ingenij lauditate  
plena decessit è vita an. 1488. Scribunt de ea Ylly-  
sippontis, sup. lib. 7. capite 14. Tullianus lib. 1.  
histor. Seraphic. Bzovius tom. 18. Annal. Eccl-  
es. ad annum 1488. parag. 11. Gonzaga sup. part. 1.  
in eo præfato Monasterio Aquilano, quod est 1. provin-  
cie sancti Bernardini, qui ait, illam miraculis cla-  
ruisse, eiusque sacrum corpus ibidem debito honore  
venerari. Iacobillus de SS. Fulginatib. qui vult eam  
obijisse 16. Ianuar. an. 1470. Item in vit. B. Ange-  
linæ Corbana, virg. Valensoni de BB. Formis Ord.  
Minor. cap. 41. lib. 2.

*Beata Maria Longa, Abbatis. g.]* Fuit hæc mona-  
5. 7. chiana, ac Ioannis quondam peni Cancellarij Re-  
gentis, viri in toto Neapolitano Regno primarij,  
viri. Quæ, cùm in æde Laoretana à ducino morbo  
esset curata, hospitale incurabilius, post viri obitum,  
& Monasterium sanctæ Mariæ in Hierusalem, Nea-  
poli fundavit: quibus ipsa, habito Tertio Ordinis  
Minorum suscepto, omnia suppeditavit, & omnium  
se obsequijs mancipavit. Verùm postea, cùm fæcula-  
ribus exuvij depositis, mundo nonnum remississet,  
atque Regulam Monasticam professâ, Paulo 111.  
Summo Pontifice iubente, Monasterium illud sub  
Abbatissæ titulo moderandum suscepisset, Fratrū  
Minorum Capucinorum, qui auctoritate Apostoli-  
ca, Monasterium admostrabant, hortatu ac exem-  
plo permota, simul cum reliquis huiusce domus  
Monialibus, vno consensu, primæ & ædioris sanctæ  
Clare Regulæ perpetuo se voti Religione ad-  
strinxit, atque inde Capucinarum nomen sortita fuit:  
vbi Maria Longa, cepit tanta vitæ austeritate, ac  
Regularis disciplinæ Observantia, ceteris præloce-  
re: ut totius speciem provincie facie enasceret. In  
extasim raptâ, caelestia videbat arcana: Dietæ sul-  
bitus haud ignara, spiritum Deo reddidit, anno mi-  
llesimo quingentesimo quadragésimo secundo: clara  
post mortem miraculis. Agunt de ea Matthias Sale-  
ciolus, tomo secundo, fol. 112. Historia Clericæ.  
Regulatum, libro primo, capite quarto, fol. 14.  
& Manuscriptum provincie Vmbria: ex quibus  
Bonerius tomo primo Annal. Capucinorum, ad an-  
num millesimum quingentesimum trigésimum octa-  
vum, paragrafo decimo tertio, & ceter. Item an-  
num millesimum quingentesimum quadragésimum  
secundum, paragrafo quingentesimo tertio, & se-  
quentibus. Cæsar Degenhus in sua Neapoli sacra,  
vbi de Ecclesiâ sanctæ Mariæ de Po-  
pulo.

*Beata Francisca, Virginis. h.]* Vitæ innocentis, fin. 5. 8.  
ceræque mentis fuit hæc Christi sponsa: nonnum per-

nitentia exemplar, & totius perfectionis norma. Solo pane & aqua, cuncta exercebat ieiunia: aspero calicito victuatur ad carnem, disciplinam suam sic frequentibus corpus edomabat, ut exinde copiosum sanguinem effunderet: in quibus temperate iussa est Abbatissa precepto. Orationi iugiter vacabat; ad qua, nec Demoni astuta, aut visio illius horrenda, seu clamor vel strepitus, potuit vilo modo remouere. Quoties

enim tentata fuit & diuersata ab aduersario, toties de eo victoriam reportauit. Diem sua obitus longe ad præciuit: sepulchrumque namque nocta est in Monasterio Bellacazariensi, quod est i. provincie Angelor. Hæc ex informatione vite eius: & Monumentis prædicti Monasterij. Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 77. ad an. 1575. quo floreat.

VNDECIMO KALENDAS IANVARII.

**I**N India Occidentali, Beatorum <sup>a</sup> Alberti Franci, Concionatoris: & Martini ab Altamira, Sacerdotis, martyrum. In Italia, Beati <sup>b</sup> Bruni in Colle, Confessoris: Tertiarij, eximie sanctitatis viri. Perusæ, Beatorum <sup>c</sup> Benedicti Cameræ, Antonij Tudertini, & Bartholomæi de Aiano, Confessorum: vita & prodigijs insignium. Madriti, in territorio Toletano, Beati <sup>d</sup> Ioannis de Olmillos, Confessoris: qui cum Prouincialarus fungeretur officio, sic orationi instanter vacabat, ut in ea sæpe raptus in Deum cerneretur. Micaguayani apud Insulas Salomonis, Beati <sup>e</sup> Bartholomæi Ruysij, Confessoris: qui fide & charitate plenus, Indiam Occidentalem, & Orientalem, Euangelicæ prædicationis causa perlustrauit, Infidelium plures ad Christum conuertit, ac post immensos exantlatos labores sancto sine quieuit. Panormi in Sicilia, Beati <sup>f</sup> Francisci à Calabria, Confessoris: Tertiarij, magnæ sanctitatis viri. Vlmertz, in territorio Abulensi, Beati <sup>g</sup> Antonij Bartsii, Confessoris: virtute orationis & abstinentia spectabilis.

DECEMBRIS XXII.

§. 1. **B**eatorum Alberti, &c. Martyr. a] Tempus, quo præciuit hi palmam in Indis partibus obtinuerint, minime refertur: sed tantum martyrium eorum celebratur à Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 58. in fine, sub an. 1595. Horum prior, Gallus natione Concionator erat: alter, verò Sacerdos, Hispanus.

§. 2. **Beati Bruni, Confessoris** b] Huius Beati viri Tertiarij meminerunt, Salazar lib. 6. Chronic. provinc. Castellæ, cap. 18. De Silas, in cap. 1. Regul. Tertiat. ex Marco Vlyssiponensi part. 2. Chronic. Minor.

§. 3. **Beatorum Benedicti, &c. Confess.** c] Mirum! quàm quotidiana susceperit incrementa ab an. 1380. postillus grex nouæ Familie Obseruantium, multiplici favore principum, quibus religiosa eorumdem vita, exemplarique conuersatio placebat: & Superiorum Ordinis patrocinio, quod lobenter præstabant: ut in solitarijs locis à se distulsi succederent. Hinc multi ex magnis, & vrbicanis Conuentibus, ad Cœnobio-la hæc, & Eremitoria, strictiore vitam, & arctiorem Regule Obseruantiam amplecturi, transibant: & viri nobiles, opibus & dignitate pollentes, à seculo ad eorum societatem, tanquam ad sacrum Asylum, conuolabant. Inter hos connumerandi, BB. Patres **Mateus Bergomenis**, **Gabriel Spoletanus**, **Franciscus Florentinus**, **Ioannes Perusinus**, &c. quorum supra meminimus ad 4. & 6. Iuog, & 22. Augusti. Hos secuti etiam vita, & prodigijs insignes BB. illi Patres, de quibus ouinc agimus, quorum viximus conuincione habebatur celeberrimus: qui omnes in eadem domumcula Conuentus Montis Perusij, virtutibus Angelicis exrenatam duxerunt vitam. Agit de ipsis, post alios, Waddingus, tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1534. parag. 1.

**Beati Ioannis, Confess.** d] Vir fuit admodum spiritualis & eximie orationis, in qua sæpe raptus patiebatur: sanctissime obiit an. 1529. sepultusque est Madriti in Conuentu S. Francisci, qui est 5. provincie Castellæ: iuxta Salazar lib. 3. sup. cap. 12.

**Beati Bartholomæi, Confess.** e] **E. Cabre**, apud Andabuziam, in territorio Cordubensi ortuans erat. Cum ætatem Adolefcens in Indiam transfretisset Occiduum, Ordini Seraphico nomen dedit in prouinc. S. Eui gelij. Lingua callebat perfectè Indicam, quare, zelo ductus salutis animarum, licentiam petiit à Superioribus, ut Mexico, in Insulas Philippinas traieceret, cum B. Petro **Alphara**, provincie S. Gregorij Costode: quod & obtinuit. Mansitq; veniens, benignè ac comiter exceptus est à cunctis istius Cõuentus patribus: vbi per aliquot tempus, exercitijs conuenticatis, chori, orationis, & administrationis Sacramentorum haud segniter vacauit. Cognita ætatem eius virtutis amplitudine, ac zeli ingenitum circa Infidelium conuersionem animum, ardore nullo, illum ablegauerunt Superiores, vni cum B. Francisco de **Montilla**, & alijs 4. Fratribus, ad Regnum Cochinarum: qua in expeditione, laborum, ac periculorum immensitate, Deo duce, superauit. Rediit in domum, paulo post tandem aggressit professionem, an. 1580. cum vnicò socio, Regemque Cochinensem adiit, à quo perhumaniter est exceptus. Illic itaque extructa æde exigua, cui paruo sicello, mox contracta: & vt fidei ac spes suæ operæ finem consequeretur, necnon ad salutem Infidelium vni sub facilius ageret, noctes ducebat in omnes, in constanti oratione, cum lacrymis feruentissimis, rem à Deo obnixè postulabat. Nam eius interpres patrum aptus erat, ad tantum negotium peragendum, & in rebus fidei haud sufficiens veritas.

5. 7. **D**ivulgata ferri Dei fama sanctitatis, quotquot egros ac infirmos habebant, ducebant gentiles ad ipsum, ipse tantis recuperandæ: super quos nomen Dei invocabat, Evangelia legebat, addebat orationes, & facto signo crucis, benedicebat: sicque, pro maiori parte curabantur: assidue tamen illis promittens, quod si in Deum crederent, & fidem amplecterentur Christianam, ab omnibus, tum corporalibus, tum spiritualibus infirmitatibus, redderentur inuicem. Suis orationibus, pluviam, deinde tempus serenum, & cælo obrantur: aliaque plura beneficia illis gentibus contulit. Factio-ne autem Lusitanorum & Castellanos exagitatus: Masilam exivit: ac paulo post, B. Petri Baptista, Martyris focus destitutus in Paponum. Vixit, cum iam ætate, ac laboribus attritus, nonnullis morbus affectus esset, Nangalachim ire iussus est, ut sibi mederetur: quo tempore, patientia eius multum emicuit, insistent in cella, solus, in serum celestium altissima contemplatione, & praxi inculpatæ vitæ. Valdè ingenuus, audita passione B. Petri Baptista, & sociorum, apud Nangalachim, eò quod summe exoptasset eiusdem martyrii palmam assequi: Martyr itaque desiderio exiit, & rigore vitæ, asperitate, ieiunio, infirmitate, labore, patientia, atque alis ærumnis pro Christo passus: eorumque martyrii crucem sustulit. Revertitur tantem, & ad Masilam appulsus, Conuentui de *M-*

*teguano*, Guardianus inuicis præficitur: ubi cum bonis operibus, & vitæ profectui intendere, præclarus mentis, & annis, octuagenarius, migravit in cælum. Egregias eius virtutes recemdit Ioannes à sancta Maria, 1. part. Chronic. provincie S. Ioseph. lib. 2. cap. 47.

**Beati Francisci, Confessoris. f.]** Tertij Ordinis fuit alumnus: in ieiuniis, vigiliis, & oratione, etiam in extrema senectute vsque ad finem, perseveravit: obiit Panormi in Conuentu S. Marie de Iesu (qui est 3. provincie Siciliæ) anno Domini 1597. ætatis suæ 102. clarus virtutibus. Ita Grauna in *vet. Twitris*, part. 2. cap. 24.

**Beati Antonij, Confessoris. g.]** Hic nostro seculo, insigniter clarus, cuius Elogium Wadinghus tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1597. pag. 17. hæc verba comprehendit: ubi de Conuentu Viterbensi (qui est 33. provincie Conception.) agit, *hæc verba* *ista* *invenit* *anno* *1615. Frater Antonius Barrofas, multiplici* *virtute* *excellentis: mira* *dexteritate* *intempestas* *frigiditas, nunquam* *manducabat*  *nisi* *post* *vesperam, hereserit* *post* *meridiam* *quarta, nihilque* *in* *tribus* *hæc* *admittebat, præter* *panem* *&* *herbas* *cellas, vel* *crudas; sed* *inter* *multas* *macerandi* *temporis* *modos, erandi* *studium* *nunquam* *intermittebat.*

## DECIMO KALENDAS IANVARI.

**C**hile in India Peruana, passio Beatorum <sup>a</sup> Ioannis de Tobar, & sociorum, Martyrum: qui ob Christianam fidem à Barbaris sunt interempti. Valentiz, in Hispania, Beati <sup>b</sup> Petri Nicolai, Factoris, Confessoris: ac Concionatoris eximij: qui scientia, & maximis virtutibus præditus, sæpe Guardianatus munere functus est: dehinc spiritu prophetico plenus, & miraculorum multitudine, ante & post obitum, nunc vsque coruscet. In eadem provincia, Beati <sup>c</sup> Benedicti Conchenensis, Confessoris. Madriti in territorio Toletano, Beati <sup>d</sup> Aegidij à sancto Ioanne, Confessoris: pietate ac Religione insignis. Villæ-Comitis in Lusitania, Beate <sup>e</sup> Berengariæ, Virginis, & Abbatis: quæ singulari humilitate, & Regulari Observantia præfulsit.

## DECEMBRIS XXIII.

5. 1. **B**eatorum *Ioa. & socior. Mart. a.]* Chile, Indica Regio est, intra magnum Peruanum Regnum comprehensa: ubi provinciam, sub titulo SS. Trinitatis de Chile, moderabatur B. Ioannes de Tobar, quando cum duobus socijs, an. 1598. hac die, palmam martyrii accepit de manibus Iudæorum: teste Daga 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 59. ex Monumentis præfatis provincie Chilensis.
5. 2. **Beati Nicolai Factoris, Confessoris. b.]** Nascitur in Regno Valentiz, an. 1510. die 29. Iunii, vocatusque est *Petrus Nicolaus*: qui ab infantia cepit Deo inservire, in simplicitate: vitæ candore, & timore Domini: pietati, ieiunijs, & charitatis exercitijs deditur erit. Xenodochia pauperum singulis diebus visitabat, & languentum, leprosum, aliorumque ægrotantium manibus, pedibusque ardentissima insigebat oscula: Egeris cibos porrigebat, malens pro Christo ipse starire, quam famelicus ex corde necessarius non videri. Adolescenti factus, Franciscanum habi-

tum, in Conuentu Deiparæ Virginis Valentiz induit, in eoque per quadraginta quatuor continuos annos sanctissime perseveravit. Anno 1537. die vltima Nouembris Nouitiatum cepit: & finito probationis tempore, admissus est ad professionem Dominica 1. Adventus, an. 1538. Pulcherrimus erat facie, sed pulchrior mente & spiritu: ut post donis ferme omnibus sine naturæ, siue gratiæ decoratus. Accedam fatumque fugiebat, de rebus celestibus frequenter colloquebatur: artes liberales optime callebat, sacre Theologie egregium operam nauavit: ita vt bene Concionator eximius euasent.

Carnis macerations, ieiunijs, disciplina, & orationibus super intendebat. Fuit denique abstinentissimus, & solo pane & aqua, vel quodam iusculo reficiebatur: sæpius, turbis & vltis defusus à cibo abstinent: formique parcellimus erat, siue per tabulam ligneam dormiens, vel affers, capiti, lapide, pro puluina, supposito in media

in media hyeme, flagrum nudos ingressus, illicitibus horis carnis lascivium sedavit. Integras noctes orationi intentus dixit infomes. Estatis sæpè patebatur. Altissimam paupertatem, manifestamque profundissimamque humilitatem nunc excolebat: ita ut ex animo omnibus cederet, nihilque sibi gratius accidere posset, quàm ab aliis reprehendi, redargui, peffundari, atque videri. Sanctorum obedientiam amantissimus erat, cuius rei gratia, Magistri Novitiorum & iuvenum acceptus, licet inuitus, officium, & pluries Guardanatus atque Dissinctorum munere functus est. Cilicio utebatur ad carnem, nudis pedibus semper ambulabat: solis habitu, vel unica tunica vestebatur. Puritate conscientie pollebat, castissimus foris, & ab omni iniqua negotio libidinis alienus: tentationibus variis haud caruit, vel unica Deum fuggeffionibus nusquam sobaciuit, imò has omnes Diuino fretus auxilio facillè deuicit.

§ 4. Passione Dominicam sæpè meditabatur, ac deflebat: summè ea partem eisdem dolores in se sentire, quos filius Dei pro nobis susceperat in cruce. Dùm autem feruor compassiui quadam tenetudine, in Dominicum laterale vulnus ferretur, euoque meditationi inimicis intenderet, tali tantoque dolore transfixus fuit, ut transformatus omnino, & in alterum hominem uersus uideretur. Et ab eo temporis, quoties præfacti vulneris, vel amarissimæ passionis Dominice, siue inter concionandum, siue inter celebrandum, siue inter aliquid aliud faciendum, in membris contigit, raptus, atque in extasim factus est. Porò eius erga Augustissimum Eucharistice Sacramentum deuotio, adeò excellens fuit, ut uix exprimitur. Quid denique, de eius gratia, qua Christum Dominum, non iam uisibilibus illis speciebus uelatum, sed in propria forma uidere promeruit, referam: plonibus, uariisque modis à Christo esse consalutus, fuit maximè sua præsentia. Sæpè etiam uisitatus est à gloriosa Virgine Deipara, D. Ioanne Euangelista, sancta Ursula, uirgine & martyre, &c.

§ 5. Benè reddebat de omnibus sentiebat, de nemine iudicium profertens. Mirum uerò in modum compatiebatur ijs, qui in mortali peccato perseverabant. Quomobrem ut Deus eorum mulieret dignaretur, sæpè se ipsissimè ad sanguinem usque seipsum flagellabat. Postquam enim femel per 2. continuas horas Saguntæ coram uenerabili Eucharistice Sacramento, orationi incubuisset, euoque facies inter orandum ad soles instar uisuerfam Ecclesiam collustrasset: ita se per intere horam flagellis, pro ijs, qui mortali noxa circumdati erant, excidit, ut eorum circumquaque patientium sanguine resperferet. Porò spiritu prophético abundantissimè illustratus, multa prædicebat futura: quam pluraque miracula edidit. Qua de eius B. Ludouici *Berruandus*, Ordinis Prædicatorum alumnus, uir sanctissimus, de ipso B. Nicolao Fadhoro (quem optime cognoscebat) loquens, dicere solitus erat. *Pater Nicolau Fadhoro, cum uisum mundi uelutis, inuidissimè obtinens, atque calidissimè alterius uita delictis feruens. Tandem omni sanctitate conspicuus, decessit à uita, an. Christi 1583. ætatis suæ 63. mens. 1. dieb. 3. feria 6. circa horam 6. ante meridiem: sepultus est in eodem Conuento S. Virginiae Marie de Iesu Valentini: ubi miracula huc usque comitant. Quare Philippus II. Res Hispaniarum, an. 1586. & Consules, popularisque Valentini eodem anno, his comitatos, licetati supplices dederunt ad Sixtum V. Papam, pro canonizatione ipsius B. Nicolai Fadhoro: cuius au-*

thoritate delata causa tantæ rei ad summum, & eximium, nunc à sacra Rota expedita est: prout constat ea Typographia Ioannis Dominici *Renalsis*, an. 1626. Neapoli. Ret etiam, atque miracula conscripsere R. P. Christophorus Motenque, pronouente Valentinæ Mimilari Provinciali, libro integro, qui à Iosepho Eximeno, eiusdem Ordinis alumnus, postea doctus est. Gonzaga t. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. uiris huiusce Ordinis. Item part. 3. in Conuento 9. prouinc. Valentini. Barrezaux 4. part. Chronie. Mior. lib. 8. à cap. 1. usque ad 16. Hilarij à Costa, lib. 1. histor. Catholicæ pag. 509. & qui B. Ludouici *Berruandi*, Dominicanæ, uitam scriptis comendat.

*Dùm gustas Fallax Domini dulcissima uerba  
Rapinas in calum, perferens que Des.  
Indè redi latus calidissimè uelutis plenus,  
Atque dotes calum fadhoro qua licet.*

Toffimanus lib. 1. histor. Seraph. Carthagensis tom. 4. homil. Catholicæ de Arcanis Desip. lib. uilum. par. 2. 1. Elzeuio lib. 3. sacri Mont. Oluet. esp. 4. 6. 8. & 11. Picquetus in Catalog. uitor. illustr. Mior. Marianus lib. 3. cap. 37. & seq. Daça part. 4. Chronie. Mior. lib. 4. cap. 1. & seq. Grauiam *uere Tormentis*, part. 2. cap. 24. Marieta lib. 17. histor. Eccles. SS. Hispan. esp. 31. Salazar, lib. 3. Chronie. prouinc. Castellæ, cap. 15. & lib. 5. cap. 22. Ferrarios in Catalog. Sanctor. hac die. Bosius tom. 2. de Signis Eccles. lib. 9. cap. 11. & lib. 12. esp. 21. Galestius in Tabula Cosmograph. sæcul. 16. et Coccio de Signis Eccles. art. 11. Rapinæ in histor. General. Orig. Recolle. d. part. 1. Introduction. par. 49.

*Ecce Euedicti Comberghis, Confessoris. c*] Hispania §. 6. erat natione, prouincie sancti Ioannis Baptistæ alumnus: qui sanctitate celebris, obiit in Conuento uulgo *Caghsa*, nuncupato. Illius meminit Barrezaux sup. lib. 8. cap. 62. post Ioannem Ximenes in his Chronie. prouinc. sancti Ioannis Baptistæ. Item Ioannes à sancta Maria, t. part. Chron. eiusdem prouinc. libro 2. cap. 4.

*Ecce Eegyda, Confessoris. d*] Magistrum habuit B. §. 7. Galparum à sancto Iosepho, in Conuento S. Andree Arenæ, ubi Nouitiam egit. Aprum quidem se reddidit cunctis sanctis uitæ religiose exercitijs, atque singulari cum animi seruitore exercebat in omni genere uirtutum, mundi contemptu, suisque abiectione, humilitate, puritate, & rerum coelestium gustu. Solitudinem summè ex petebat, in qua cum Deo quietius pertractabat: & orationis, lectiois, ac meditationis morosius incubebat. Stridè quoque silentium seruans, frænum loquacitati posuit. Factus Guardanatus, cepit amplius radis radis colloqueri: sicque in humilitate perfectio, in charitate seruentior, in choro & oratione magis assiduit, in penitentia asperior uasit. Ciborum partimoniosius fradebat, cilicio uestiebatur, in tabula, aut super aliter dormiebat, & cæc. Cum tamen alio Featibus benignus esset & largus. Madridi excessit à uita, sepultus in Conuento sancti Bernardini, qui est 8. prouinc. sancti Ioseph. Vide Ioannem à sancta Maria, part. 2. sup. libro quarto, capite trigesimo, ad annum 1600. quo uixit.

*Ecce Berengaria, Virgini. e*] Memoratur à Gonzaga 3. part. sup. in Monasterio sanctæ Clare Villæ Comitis oppidi in Lusitania, quod est 14. prouinc.

Portugallie. Hisce verbis, *Pignit hoc in loco à suis incantibus, Regulari disciplina, vita cando, atque summa patientia: quæ plurima Religiosa viri virtutum genere illustretur, &c. Fuit simul foris quadam nomine Berengaria: quæ humilitatis ergo culina obsequii sui sponte sese omnino dedit. Coniugæ semel de eligenda Abbatisse inter se ferretur agere, illamque plures ad id manus affinis contenderent, cepit unaquaque se illam altera insensata præfata Berengaria ferret, quæ nihil minus cogitabat, virtutem in mente offerre (existimabat) unaquæque se solum ad factum: nam propter nimiam eius humilitatem, inopia amittit ad id munus obediendam, ab omnibus habebatur) ne dum alteri virtutem pareret, illa in Abbatisse facta eligatur. Et ecce dum ad calculum vota redirentur, omnia in præfata Berengariam committunt, consentientque. Quæ deinceps se electa, ac tandem à Prælo confirmata, Monasterio Divina voluntate de-*

*lata, ei obedire detrectabant. Quamobrem ipsæ primam Capitulum de religiose more celebrantis permissionem affere. Illa vero cum maximo studio servaret, ait: Quandoquidem mea ferret mihi obtemperarent, neque legittimam earum præalatum asserunt; in quibus, quæ hæc in loco dormitis, inique parietis. Ecce ex tempore 7. Manuales, quæ ibidem sepulta erant, ex suis lucellis egredientes, prælo suis fuerunt, nec primæ reserunt, quæ illis ab ea imperatum suis. Quo factis exterius reliqua, quæ suis tergeret sabant, malis doli lites reddita sunt. Eadem referret Berexius sup. lib. 4. cap. 40. sub an. 1563. Elzevius lib. 2. cap. 3. facti Mont. Oluet. Wadingibus tom. 3. ad an. 1318. parag. 43. Daça 4. part. Chrome. Minor. lib. 1. cap. 19. Petrus Calvus in Descriptionio sacrar. Religion. fol. 194. Valerianus de SS. Fæmna. Ordia. Min. lib. 4. cap. 41.*

## NONO KALENDAS IANVARI.

**I**n India Orientali, Beati <sup>a</sup> Martini Gardiensis, Martyris: qui à Malauribus interceptus, & capite truncatus, victor pervenit ad palmam. Rioncij in Aquitania, Beati <sup>b</sup> Ioannis Parvi, Martyris: qui ab hæreticis comprehensus, post aurium abscissionem, ferro necatus est. Chile in India Peruana, apud Ciuitatem Regiam, Beatorum <sup>c</sup> Duorum Fratrum, Martyrum: qui ab impiis Apostatis Indis gladii & lanceis sunt trucidati. Laudæ, Beati <sup>d</sup> Leonis Palatini, eiusdem vrbis Episcopi & Confessoris. In Gallia, Beati <sup>e</sup> Andræ Burgundi, Confessoris: vitæ integritate & dono orationis præclari. In Corsica Insula, Beati <sup>f</sup> Francisci de Maleficiis, Confessoris: genere, & virtutibus indyti. Francz-Villæ, in Gallia, Beati <sup>g</sup> Ioannis à Francia Confessoris: gratia miraculorum illustris. Tauri in Castella, Beati <sup>h</sup> Didaci à Solorzano, Confessoris: virtute castitatis, humilitatis, & abstinentiæ conspicui. Histoni in Apulia, Beati <sup>i</sup> Pauli Roio, Confessoris. Madriti in territorio Toletano, Beati <sup>j</sup> Iosephi à sancta Maria, Confessoris: qui Prouinciale munus in prouincia S. Iosephi, summis virtutibus exornauit. Romæ, Beate <sup>m</sup> Theodoræ Annibalis, Virginis, genere & vitæ sanctitate insignis.

## DECEMBRIS XXIV.

- §. 1. **B**eati Martini, Martyr. a] Hic piissimus Sacerdos à Malauribus in mari captus, atque ab eis maximis propositis præmijs, vt Catholicæ fidei abrenuntiaret, eorumque sacrilegum effusio vellet sollicitatus, adeo illorum temeritatem, atque impudentiam increpauit: vt ipsorum gladius in se conuertens, sicque capite truncatus, occubuit. Ita Gonzaga 1. part. Orig. metaph. Relig. in sacris Martyribus Ordin. Minor. suo 200. ob Christi fidem, passus: apud Indos Orientales. Item part. 4. in p. inque. sancti Thomæ, sub finem. Berexius 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 71. sub an. 1512. Bouis tom. 1. de Signis Eccles. lib. 7. cap. 3. sæcul. 16. qui etiam focium dat F. Aloysium Amaratum, martyro coronatum. Piquetus in Catalogo. viuo. illust. Minor. Toffianus lib. 2. in finibus India. Daça 4. part. Chrome. Minor. lib. 1. cap. 57. Gestus in voce Tauris, part. 2. cap. 24.
- §. 2. **B**eati Ioannis Parvi, Martyris. b] De eo scribit Gonzaga 3. part. sup. in Conuictu Rioncensi, qui est

28. prouinc. Aquitaniz Antiquior. His verbis. Cum Religiosus Pater Ioannes Petrus Sacerdos, hoc sacrum Monasterium aliquantulum intraret, ex Patre Guardiani mandato facturus, egressus esse à tricolensibus hæreticis circumuentus; atque post aurium abscissionem, gladio iterato confusus, in Demouocubini: atque vitam temporalem morti, ne potius dicam, hæc mortem cum altera ac felicissima vita commutans. Gallicè, vocabatur Iean Petru: Latine Ioannes Parvus, non autem Petrus. Piquetus sup.

**B**eatorum Duorum Fratrum, Martyrum. c] A furentibus Chilensibus Indis à fide Apostatis occisi sunt, an. 1598. quorum primus lanceis consilijs occubuit: teste Daça sup. lib. 2. cap. 59. ex Monumentis prouinciz Chilensis.

**B**eati Leonis Palatini, Confessoris. d] Anno Domini 5143. eum ergastulo solutus, infra petri: cuius corpus conditum necet in Ecclesia sancti Francisci Conuentus Minor. Laudens. qui est 6. prouinc. Mediolanens.



lanens. Memoratur à Gonzaga ibid. part. 2. sup. Wadingho tom. 2. sup. ad an. 1286. parag. 2. & tom. 3. an. 1307. parag. 4. 1343. parag. 12. & 13. Toffinianus lib. 2. in Cullodia Mediolan.

3. 5. *Beati Andree, Confessoris. e*] Sanctam transegit vitam cum B. Agidio Alifiate, cuius erat socius: vitæ Gallus natione, & valde devotus, atque contemplationi deditus. Tanta autem animi contentione vim obedientie profectus, ut ipsum etiam Christum, sibi in specie pulcherrimi infantuli, apparentem, relinquere, vt Religionis obsequio pareret. B. Agidius moriente, superfluo exiit, amantem pronunciam denuò inuasi, vbi sanè obijt. Scribitur de eo Legenda Italica à B. Leone compilata: Marcus Vlyssipontenf. part. 1. Chronic Minor. lib. 7. cap. 39. Vvadinghus sup. tom. 2. ad annum Domini 1161. parag. 20. & 40. Item ad annum 1270. parag. 17.

3. 6. *Beati Francisci de Malespini, Confessoris. f*] Florentinus erat natione, homo devotus, & paupertatis ac Regule vite zelatissimus. Nonnunquam demoratus est apud montem Aluerni in Tuscìa: postea trajectens in Conuentum Insulam, illuc sanctissimè obdormuit in Domino apud Conuentum S. Francisci in Sylva, qui est 3. provincie. Cortice. Cuius sacrum corpus diu honorificè seruauit Christiana pietas: donec vniuersa circumquaque Regione à trauulentis Turcis deuastata, Alcipturam translatus est, maxima cum secularium ac Fratrum frequentia in Conuentum sancti Francisci Alciptrenf. id maxime sollicitante P. Sancto à *Corbara*, tunc huiusmodi loci Guardiano. Qua de re vide Pisanum, sup. fruct. 3. part. 2. in provincie Tuscie. Gonzagam part. 1. in BB. vrbis huiusce Ordini. Item part. 2. in Conuentu 3. & 14. provincie Cortice. Toffinianum lib. 1. histior. Seraph. Wadingham tom. 2. sup. ad annum 1290. parag. 16. Proconuentu Iop.

3. 7. *Beati Ioannis à Francia, Confessoris. g*] Illius meminit Barezus 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 19. Toffinianus lib. 1. histior. Seraph. hieo verbiis, *B. Ioann. 2. Frater fuit veterum Philippi Patris, Franciscorum Regis, sepultusque in Francanilla: vbi tres mortuos suscitauit*. Dicitur hic B. Ioannes à Francia, vel quia in Francia educatus: seu, ob priuilegium Regium matri suæ collatum: sicut & vltimis his sæculis vidimus factum nonnullis nutritibus Regis, quibus noua insignia & agnomina, Regia munificentiã induta sunt: hieque, utror in prefatis authoribus venit expungendum: si hoc modo legatur, *B. Ioannes à Francia cognominatus: Frater fuit veterum Philippi Pulchri, Franciscorum Regis, &c.*

3. 8. *Beati Didaci à Salernitanis, Confessoris. h*] Ex Inestros ortundus erat, provincie S. Jacobi alumnus: qui an. 1470. diem clausit extremum Tauri (quæ veteris Castellæ ciuitas est) in Conuentu S. Francisci. Huius Religiosi Patris à umilitas, castitas, paupertas, oratio, abstinencia, charitas, ac reliquæ virtutes: precipue verò in perferendis assiduis infirmitatibus, quibus continuò confectus fuit, patientia, incredibilis fuit. Quæ etiam de causa, quodque plurima propheticè spiritus prædixerit, ab omnibus Taurinis, sanctis, & deoque clarus habetur. Quibus etiam loci Guardiano remeare nequirit, quin etot exanime corpora per integrum diem infepulcra, in Ecclesia remaneret. Quoquidem die tantus fuit ad ipsum populi concursus, vt nunquam talis tantuque extiterit: & omnium miseris ille haberetur, qui eius pedes, manus, aut habitum deosculatus non fuisset. Sepultus autem fuit ad alterum maiore sacelli latus. Hæc ex Gonzaga

3. part. sup. in prefato Conuentu, qui est 37. provincie S. Jacobi. Barezus sup. lib. 4. cap. 38. wadingho sup. tom. 1. an. 1290. parag. 19.

*Beati Pauli de Rosa, Confessoris. i*] Vitæ Religiosissimus, obijt Histony, in Conuentu sancti Honorij, qui est 3. provincie S. Angeli: iuxta Gonzagam, ibid. part. 1. sup. & Graoniam, sup.

*Beati Iosephi, Confessoris. l*] Cùm iam eruditissimus 5. 60. esset in Academia Salmanticensi, Franciscanum induit habitum, Cadafali inter Patres Dulcecoloris: vbi tantum mox in omni vite perfectione profect, vt paulò post professionem emuliam Guardiano Conuentus Domini nostræ de Rosafino institutus sit, Eain vocacione innotuit eius prudentia, vigilantia constantia, benignitas, & vitæ exemplaritas. Primus quippe erat in labore, in choro, ad orationem, in silentio, in vltioribus officijs exercendis, &c. Post Materiam, remanebat in choro ad orationem genuflexus vsque ad Primam: qua expleta Missæ sacrificium deuotissimè celebrabat. Profundissimè pollebat humilitate, proprixque vilitatis cognitione. Quare complura cælestis dona, vti, deuotionis, orationis paupertatis, rigoris, asperitatis, patientiæ, &c. acceptit. Nusquam prioris vite secularis recedebatur, nisi cum timore & tremore, desensu ptiliis huiusce conditionis miseriam. Cilio aspectu carnem iugiter domabat: habita nunquam vltus est nisi pauperiore, nudi, & laeoro: lectus eius, asseris: vel nuda terra. Multis amicus, septem Quadragesimas Scaphis Patris S. Francisci tenuit: Quasdagessimam veto, quam *Benedictam* vpcamus, strictissimè semper seruauit: expè pane & aqua reficiebatur tempore ieiuniorum. Orationem, ieiunia, Officium diuinum, & alia Religionis exercitia, sine temporibus exequenda, prætermittit nunquam: quantumvis ex itinere sellus, vel negociorum cura detentus, seu æ primidie grauarus. Nam sæpè Guardianatus officio functus est, iteque Distinctor, Commissarius, & Visitator provinciarum, Cuius Custodum, ac Minister Provincialis plures electus est. Quibus in munis obediens focus potius censebatur quam Pizlata, abique vlla differentia, nisi in præci virtutum. Regularis quippe obseruantie zelantissimus erat: quapropter mox vt Conuentum esset ingressus, communitatem extemplo, & ad amossem sequebanar, vti illius loci nouissimus inquilinus: tantoque faturæ stabat ad orationem, vt sæpius subleuatum à terra in altum cuncti fratres viderent, non sine magna omnium admiratione & adificatione. Secreta cordum optime notat, cuique volebat planè referebat. Tandem multos cotornacis virtutum fertis: è viuis recessit leptuagenarius, cuius corpus Madriti humatum est in Conuentu sancti Bernardini, qui est 9. provincie S. Iosephi. Vide Ioannem in sancta Maria 1. part. Chronic. eisdem provincie, libro 4. capite 26. ad annum 1600. quo floruit.

*Beati Theodori, Virg. m*] Nascitur hæc nobilissima 5. 11. virgo Romana, an. 1430. quæ iam adulta efflora, cum per id tempus R. P. Robertus à *Liceis*, postea Aquinas Episcopus, ex Ordine Minor. Obseruantiæ. Prædicator egregius, Romæ conuocaretur, summo cum auditorum omnium applausu, & fructu. Hunc itaque concionantem audire copiens, prædicationibus eius interfuit: cuius verbis mox efficitur commota, rebus humanis abdicatis, Religiosam vitam insequi constituit. Fama autem sancti B. Margariæ *Salmontensis* illocæta, Fulgineum fecit aritari, mense Iunio, an. 1450. illicque apud S. Locæ Monasterium de manu ipsius B. Margariæ habitum Religionis sumpsit. Tunc cor-

pit perfectionis cursum aggredi: tanta cum animi alacritate, ut breui apicem le consequitur am spetare- rit. Erat namque feruida in oratione, affectuosa in meditatione, in abstinentia persequens, in mortificatione frequentissima, omnium fororum humillima: quibus adierat sanctitatis exemplar, & Regularis Observantia speculum. Cilicium asperum deferbat ad carnem, amarissimè deflebat ob recordationem Dominicæ Passionis, & Christi mortis. Romam rote reinnitatur à Nicolao V. Papa, an. 1454. quod semper complete distulit: donec à Pio II. iussu, summo Pontifici paratur. Romam itaque veniens cum focus, ann. 1460.

Monasterium sancti Cosimæ, inhabitavit (quod est i. prouinc. Romanæ) vbi maior perfectione exornata, noceat annis, vixit admirabili vitæ sanctitate, siculo quidem vti mota, furda, & cæca; sed Christo gratissima, à quo, ob animæ eius candorem & puritatem sæpè visitari meruit. Feliciter obiit, hac die, an. 1469. suæ ætatis 39. illicque sepulta est. Prove testatur Toffianus lib. 1. sup. in ea. Iacobillus de sancti Valeriani lib. 14. Decemb. ex Gallono, & Mariano. Valerius lib. 2. de SS. Formis Ord. Minor. lib. 2. cap. 32. Vlyssiponen. 3. part. sup. lib. 3. cap. 33.

## OCTAVO KALENDAS IANVARII.

**C**hile in India Peruana, passio Beatorum a Martyrum: quos gladius persecutoris prouexit ad cælos. Tuderti in Vmbria, Beati b Iacoboni Tudertini, Confessoris: qui scientia, & generis nobilitate illustris: pro Christo, quæ sunt stulta mundi amplexus est tanto cum spiritus seruore: ut & singulari vitæ perfectione, & eximia sanctitate claruerit. Hondæ in Regno Valentia, Beati c Assensii Saguntini, Confessoris: pietate, & miraculorum gloria celebris. Palentia, in Hispania, Beati d Ludouici Salmanticensis, Confessoris: qui humilitate, charitate, & abstinentia conspicuus: prophetia dono, atque signis admirandis refulsit. Almagri in territorio Toletano, Beati e Francisci de Estella, Confessoris: qui Prouincialis Minister provincie sancti Iosephi factus, multis virtutibus emicuit: tumquæ dono orationis, & lachrymarum necnon virginitate illæsa seruata exornatus, migravit ad astra. Fulginij, in Valle Spoletana, Beate f Angelinae Coibæ de Termis, Virginis: quæ cum illustrissima esset exorta profapia; saculo renuntians, ac diuitiarum iactantia, opibusque contemptis, Tertiariarum habitum, orbata marito, suscepit: & prima omnium tria vota Monastica professa, sacrae Tertiariarum Religioni initium dedit; quæ postea multarum prærogatiua virtutum insignis, miraculis in vita, & post mortem, nunc vique coruscat. In Tuscia, Beate g Anonymæ, Virginis.

## DECEMBRIS XXV.

§. 1. **P**assio Beatorum Martyrum. a] Hi omnes crudeliter necati sunt an. 1598. à Chilenibus à fide Apostolicis: qui nec Conuentibus Fratrum, vel rebus sacris parentes, omnia depopulati sunt. Inter hos autem B. B. martyres, cuiusdam Fratris Laici constantia emicuit: quem famis in dies consumpsit: vti scribit Daça 4. part. Chronic. Minor. lib. 1. cap. 59. et Monimentis provincie Chilenis.

§. 2. **Beati Iacoboni Tudertini, Confessoris. b]** Tuderti in Vmbria natus est ex illustribus parentibus: qui curam egerant vt literis operam darent, in quibus multam profecit; Doctorque in Iure Ciuili factus, aduocatus & caudicem munere emicuit, sed fastu, auaritia, & vanitatis saculi repletus. Mox uxorem nobilem desponsauit: quæ ita pietatem colebat, vt mortem, reposita sic cilicium sub vestimentis gerere ad carnem. Ex exemplo incitatus ad penitentiam ipse Iacobus: statim apud se decreuit, superueniens vitæ densis institutum, isculo abrenuntiare, vanitatibus valedicere, diuitias desecere, paupertatem sectari, & quæ stulta sunt mundi amplecti. Itaque Tertiariorum D. Francisci sumptu habuit, humilitati & mundi contem-

pni iugiter vacauit: atque mortificationis exercitijs sedulo operam prestabat, per spatium decem annorum. Quibus expletis, Ordinem Minorum ingressus, in quo mira abstinentia vixit, frequenter ieiunabat, & hoc in pane & aqua: orationes multiplicas, humilibus officiis libentius addidit: vti scribitur, facientissimo amore in Christum extendit. Tribulationes, & quæcumque alia aduersa quo animo tolerabat, obliuiscitur Monastice zelator ardentissimus erat, cuius vbi gratia multa perpeffus est incommoda, tum à Generali Ministro: tum à Bonifacio VIII. Papa, qui ob ipsius libertinam reprehensionem, eum in vincula coniecit sacrae, absque captio, sed magnis animi alacritate repletus. Accessit semel vt Pontifex quasi incoad peteret ab illo, quando à carcere liber abiret: cui vir Dei respondit propheticè insinuat: *Hinc egrediar, dum huc ratiōne aduenieris*: quod certissimum comprobauit rei euentus. Eadem enim hora, qua idem Pontifex detrusus est in carcerem: ex eodem liber dimissus est B. Iacobus, an. 1504.

Doctrina singulari præditus, multa composuit elegantibus versibus, & solita oratione; quibus Deum

5. 3.  
miserat

mirificè laudabat: vi lachrymarum suas preces irrigabat: Duisnis colloquus, & Christi apparitionibus, nimis solabatur. Tandem morti appropinquans, Sacramenta Ecclesiastica accepit de manu B. Ioannis ab *Alicerna*: quo peracto, felix obdormiuit in Domino, hac die, anno 1306. Ex Collatione autem, in quo obiit, transfuit ad Tudertum: vbi magna cum solemnitate conditus est intra Monasterium sororum sanctæ Claræ, de *Monte sancto*, extra urbem: vnde postea delatus est in Conuentum Minoriticum sancti Fortunati: ibique ingenti veneratione colitus. Arguit de eo B. Bartholomæus Pisanus, lib. 1. Conformitat. fruct. §. & 11. part. 2. vbi de Fratibus Minor. fincht. illustrib. provinc. sancti Francisci. Codex M. S. Abbat. sancti Victor. Paris. ibid. Marcus Vlyssipontenf. 2. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 27. & 28. lib. 6. cap. 31. & sequent. & part. 3. lib. 7. cap. 5. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huilice Ordinis, & part. 2. in Conuentu 42. provinc. sancti Francisci. Toffianianus lib. 8. histore. Seraph. Algeria in Arbore Epilologica totius Ordinis Franciscan. Cornelius à Lapide, Commentar. in Threnos Ieremix, cap. 3. parag. 16. De Bullis part. 10. Marial. sectm. 1. part. 1. Picoquetus in Catalog. viror. illust. Minor. Elzevirius lib. 1. sacri Mont. Obiit. cap. 13. Aluarius lib. 2. de Planctu Eccles. cap. 76. ante med. Migronus in Commentar. ad Regul. 6. Commun. Societat. Iesu, parag. 2. §. & Regul. 19. parag. 10. Mathæus Raderus 2. part. Vindict. Sanctior. cap. 3. Wardingbus tom. 1. Ansal. Minor. ad annum 1216. parag. 22. & tom. 5. ad an. 1254. parag. 47. 1294. parag. 9. 1298. parag. 24. & tom. 3. ad an. 1306. parag. 7. Postleuanus in Apparatu sacro.

§. 3. Duo veniant annotanda. Primum, hunc virum Dei vocari Iacobum de Tudetto, quia ibi natus est, seu Iacobum *Breditheli*: tum, quia sæpe cantica intonando, reboaret semper in Laudes *Divinas*, Deum benedicens: tum, quòd illustri esset exortus prolepis de *Breditheli*, seu *Breditheli*, apud Tudertum. Secundum consideratione dignum, est iuxta Goetzpam, sup. part. 1.) duos BB. Iacobos Tuderti quiescere: sic enim ait, *B. Iacobus Tudertinus, Tuderti quaque quiescit. Et paulò post, B. Iacopinus Tudertinus, vir miranda sanctitatis, quiescit in Ecclesia sanctæ Claræ propè Tudertum.* Cùm tamen vnus & idem sit: qui iacuit olim extra urbem, & nunc intra eam quiescet: vti superius scripsimus ex Marco Vlyssipontenf. part. 2. sup. lib. 6. cap. 38. parag. 1. vltimo aduertendum, est circa illius obitum, videlicet, quòd in solemnitate Natus Christi, cùm in choro audisset intonari, *Gloria in excelsis Deo*: ex memoria mellifloræ Natiuitatis Christi ex Virgine, & pex dulcedine, festinus est cor eius, & plenus iubilo ac fusuante mirra, grauat ad Dominum. Iuxta B. Beuardinum de *Begeis*, sup. sectm. 2. part. 2.

§. 4. *Beati Assensii Saguntini, Confessoris.* b] Professione fuit Laicos, pius, ac sanctitate insignitus: cuius tanta fuit ad Verebatur Eucharistia Sacramentum deuotio, tantaque fides, vt vir humanis verbis explicari queat. Cùm enim hortulam, quem curiosè ad flosculos pro summi altaris ornatu legendos colebat, in profecto Venerabilis Sacramenti omniòd floscidom vidisset, summe lætari cepit: càmque sequenti luce, ipsum à vermibus depatum omninò inuenisset, ad Augustissimum Sacramentum accurrens, soplex Deum precatos est, ne se permitteret, tanta angustia: vtque sibi amissos flores, quibus sanctissi-

um eius corpus in toto festo exornare valeter, testè tuere dignaretur. Mirabile dictu! frequenter eum, cum maxima fiducia ad hortulum accurrens, cum floribus affatum ridentem, verumculisque emortuos inuenit. Præterea Diuina gloriosissime Virginitatis Matris, eiusque dilectissimi filij, atque Seraphici Patris D. Francisci presentia, in ipsa Dominiæ Natiuitatis nocte dignatus honorari, obdormiuit in Domino, apud Conuentum sanctæ Catharinæ Honda sepultus: vbi magnam habet populū frequentiam, & ob ingentia per eum edita miracula. Memotatur à Gonzaga 3. part. sup. in practico Conuentu, qui est 12. provinc. Valentix. Barrezo 4. part. Chronic. Minor. lib. 3. cap. 22. ad annum Christi 1340. Daçatib. lib. 1. cap. 42. Rapinæ in histore. General. Orig. Recollector. Decad. 8. part. 1. parag. 9.

*Beati Ludouici Salmantensis, Confessoris.* c] Huius meminit Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu sancti Michaelis vrbis Valentinx, qui est 13. provinc. sancti Gabrielis: vbi hæc scribit, *Autum caritredidit her in loco B. Frater Ludouicus à Salmantia, professiois laicus, cuius ad Ordinem receptio mirabilis, humilitas incredibila, caritas inenarrabilis, atque abstinentia eius inimitabilis, sacre. Quamobrem plurimum prærogatiua à Deo Opt. Max. honoratus meruit. Præterea & demum quendam rabie laborans, patre suo aliquantulo panno, ab huiusmodi morbo liberatus: & plurimum plorata adhuc futura certè prædixit. Et ipsa sancti Dominiæ Natiuitatis, quam ille dum vixeret, summo alacritate, atque deuotione celebrat, à mortali vita ad immortalē euasurus, prout ipse à Domino illustrissimus precibus petierat, sibi imposuit. Eadem testatur Barrezo sup. lib. 7. cap. 14. lub annum 1373. referre gratia miraculorum cotulisse. Rapinæ sup. parag. 8. & Decad. 4. part. 1. parag. 4. & Decad. 9. part. 1. parag. 8.*

*Beati Francisci, Confessoris.* d] Honestate singulari præditus, sic oculorum & lingue custodiam inuigilabat, vt mulieres alloqui, aut videre omninò refugeret. Virginitatem quippe integerrimè vsque ad mortem seruauit. Humilitatem quoque multùm adamauit, viliã abiectioneque Conuentus obsequia prompto animo exercebat. Mortificationi carnis & sensibus griter intendebat: cilicio, disciplina, aliisque penitentis modis corpus calligans. Abstinentix, paupertatis, & Recollectionis erat eremicus. Noliqum odiosus, nam volotabat, legebat, meditabatur, vel laborio manum vacabat. Post Marcinus manebat in rhero genussexus ad orationem vsque manè. Deuotissimus erat circa mysteria Natalis, & Passionis Christi: in quibus iugiter mens eius occupabatur. Quis verò peccatorem eius in Missarum celebratione referre valeter? tanta enim humilitate, reuerentia, & deuotione, talique cordis affectu, & lachrymarum imbore corpus Christi tangebatur, trahebatur, frangebatur: vt eum suscipere valer, totus in lachrymas prorumperet, & corporalia omninò his respergeret. Magule Nonatorum, Guerdianus, D. insinor, Commilitarius, Visitator, ac Minister Prouincialis extitit: Quòd in officio sanctissimè obiit apud Almagrum, an. 1605. sepultus in Monasterio Dominiæ nostræ Planicie, quod est 16. provinc. Castellæ: vbi refert Ioannes à sancta Maria, part. 2. Chronic. provinc. S. Iosephi, lib. 4. cap. 31. ad annum 1600. quo vixit.

*Beata Angelina Cathara, Vidua, Virg. Tertiarie.* e] 4. 7. De Institutione Tertiariorum tempore Seraphici Patris D. Francisci, diximus superius ad §. Inaugur.

paragraph. j. 6. 7. 8. Cùm autem sacra hæc Societas in dies magis, magisque exerceceret, meliusque audiret: illustrissima simulatque pietissima Angelina Corbara à Terris, Civitella apud Aputios Comitissa, coacta bona illustriam inocularum manu Fulginæ, quæ Vmbriæ ciuitas est, & Monasterium sub titulo sanctæ Annæ sibi construxit, an. 1397. & illud cum locis ingressa, tribus Religionis votis, castitatis scilicet, obedientiæ, atque paupertatis, emissis: ibidem ieiuniis, orationibus, & alius penitentis exercitiis intenta, ad mortem vique sanctissime peruenit. Cuius exemplo quamplurimæ alie virgines permotæ, collatis in medium propriis facultatibus, octo Monasteria, in quibus sub habito, atque legibus Tertij Ordinis Særaphici Patris sancti Francisci coniuenerunt, in diuersis Italie partibus, post breuissimi temporis spatium ædificari curarunt. Ab his sacra Tentatorum Religio initium sumpsit: Quam Martinus V. & Eugenius IV. Pont. Max. statuit, atque Apostolicis concessioibus honorauerunt. Cumsque ad harum forum exemplum, plurimi quoque vni comobita erentent, & ibidem sub habita ac norma præfati Tertij Ordinis, triplici Religionis voto emulsi, religiois commorarentur, & sicut atque ille supra modum multiplicarentur: Leo X. Papa huiusmodi Tertium Ordinem confirmauit, si-bique propriam Regulam, ab ea quam Nicolaus Papa IV. pius condiderat, vticumque dissimilem, anno 1511. die 10. Ianuarij, Penitenciam eius an. 8. præscripsit.

- §. 8. Egregia eius opera, virtutes ac miracula, tum in vita, tum post obitum: describunt Marcus Vlyssipontens. 3. part. Chronic. Minor. lib. 1. capite 39. sub annum 1420. & lib. 3. capite 33. Gonzaga 1. part. sup. vbi de Tertij Ordinis Franciscani exordio: & part. 2. in Monasterio sanctæ Annæ, Foroflaminij, aliàs, Fulginet, quod est 10. provincie

sancti Francisci. Barezus sup. lib. 2. capite 14. qui eam vocat Corbariæ Comitissam: sicut & Gonzaga part. 2. sup. aiens præfatum Monasterium sanctæ Annæ, fuisse constructum, an. 1403. sed melius an. 1397. à B. sorore Angelina, Corbariæ olim Comitissa, miraculis insigni: societatem ac familiaritatem iniecit cum B. Margarita (de qua 13. Ianuar. paragraph. 5.) erant enim ambe ex Aputio oriundæ: & Foliginæ in Vmbriam adueniant ferme eodem tempore, vt ibidem Monasticam vitam profiterentur, B. Angelina autem obiit, non. 14. Iulij, vt vult Iacobulus, sed in die Natali Domini, prout Christus sibi apparet in festo sancti Thomæ Apostoli prædixerat, anno 1433. vt ipse Iacobulus tandem fatetur in vita B. Margariæ Sulmonensi, 5. Septemb. Marcus Vlyssipontens sup. lib. 1. scribit, corpus eius faciem conditum fuisse apud Ecclesiam Fratrum Minor. Fulginens. vbi vita illius admittenda depingitur: & sacre eius Reliquie condigno honore venerantur, cui adhibetur Iacobulus: at Barezus (quem sequitur Valerius lib. 4. cap. 17. de SS. Fœmin. Ord. Minor. sed perperam) vult sepulturam, natam esse in Monasterio sanctæ Annæ ibid. à se destructo: illicque ingenti populorum deuotione coli. De ea Algeria, in Arboe Epilologica totius Ordinis Franciscan. Wadingius tom. 4. sup. ad annum 1377. parag. 3. quo celo nascitur, an. 1392. parag. 7. & seq.

*Beata Anonyma, Virg. f.]* Tanto spiritus feruore incensa fuit, vt sub forma adulescentis Religionem Særaphicam intrauerit, professionemque emisit: in Conuentu Capriolæ, propè Senas in Tuscia: at postea agnita, inde educta est, & in proximum Monasterium translata, vbi vitam sanctitatem emicuit. Teste Marco Vlyssipontens. part. 3. sup. lib. 1. cap. 7. Wadingio tom. 4. sup. ad annum 1399. parag. 66. aliud propè simile exemplum paulo superius retulit, paragraph. 57.

## SEPTIMO KALENDAS IANVARIJ.

**I**N Belgio, Beati <sup>a</sup> Anonymi, Martyris: qui in persecutione Gueuziorum hæreticorum, gladio peremptus est. Osornij in Chilensi Indiæ Peruanæ Regione, Natalis Beatorum <sup>b</sup> Duorum Fratrum Martyrum: quos Apostatarum a fide barbara crudelitas fame extinxit. Berberiz in Dalmatia, Beati <sup>c</sup> Andræ Albanensis, Confessoris: cuius sanctitatem quamplurima post mortem miracula declarant. Fulgenij in Vmbria, Beati <sup>d</sup> Matthæi, Confessoris: vita & signis admirandis gloriosi. In Lusitania, Beati <sup>e</sup> Alphonsi Gazzæ, Confessoris: qui ieiunio, oratione, & silentio multum emicuit. In territorio Firmano, apud Montem sanctum Piceni oppidum, Beatorum <sup>f</sup> Ludouici à Petrosara, & Bartholomæi ab Offida, Confessorum: qui mira sanctitate ac Religione exornati, quicuerunt in Domino. In Portugallia, propè Pontem Limæ, Beati <sup>g</sup> Saluatoris, Laici, Confessoris: paupertate, pietate, ac vitæ perfectione spectabilis. Rosarii, in territorio Toletano, Beati <sup>h</sup> Didaci Minoris, Confessoris: eximie humilitatis, orationis, & penitentis vii.

- §. 1. **Beati Anonymi, Martyris.** a] Vitæ sanctitate clarebat, cum Guelfis hæretici Flandriam, inferentemque Germaniam, rapinis, incendis, & diris vexationibus percutentes: apud *Hemfist*, gladius eorum est occisus: cuius caput accipiens quidam illorum spiculo hastili impoluit, ut sic omnibus pateret: eo quod viuent contra eos ausus esset prædicare, sectamque ipsorum arguere. Hæc ex Faustino Tasso, historia sua temporis: Bouchiero histor. Eccles. Martyr. Obseruantiæ. Fratrum. Barezæo 4. part. Chiton. Minor. lib. 5. cap. 11. ad an. 1568.
- §. 2. **Beatarum Daurum Frat. Martyr. b]** Passi sunt an. 1598. in persecutione Indorum Chulensium apostatarum à fide: iuxta Daçam 4. part. Chronic. Minor. lib. 2. cap. 59. ex Monumentis prouincie Chilensis.
- §. 3. **Beati Andrea Albanus, Confess. c]** Hic complura cecidit post mortem miracula: Berbenz que tumulatus est. De eo agunt B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformitatis. fruct. 8. & 11. in Fratris Minor. sancti. illustr. prouinc. Dalmatiz part. 2. Codex M. S. Abbat. S. Videt. Paris. ibid. Marcus Vlyssiponten. 3. part. Chronic. Minor. lib. 9. cap. 10. par. 2. ad an. 1350. Gonzaga 1. part. Orig. Seraph. Relig. in BB. viris huilice Ordinis. Picquetus in Catalog. viros. illustr. Minor. Toffinianus lib. 2. in Costodia Iaderensi. Wadinghus ibid. tom. 4. Annal. Minor. ad an. 1355. §. 5. & an. 1399. par. 55.
- §. 4. **Beati Matthæi, Confess. d]** Quo tempore floruit, accipe ea eodem Pisano, sup. fruct. 8. part. 2. in prouincia S. Francisci: Item, in *Fulginea*, in loco Fratrum, iactat etiam quidam alius Frater, nomen *Matthæus*: qui etiam temporibus istis moriens, signis claruit. Illius adhuc meminit fruct. 11. part. 2. ibid. Toffinianus lib. 1. sup. Gonzaga, & Picquetus sup. Barezæus sup. lib. 4. cap. 17. wadinghus sup. ad an. 1355. par. 2. & 1356. par. 21. quo obiit. Item Iacobulus de SS. Fulginitibus, hac die, vbi tamen mendosè habetur an. 1256. p. 106.
- §. 5. **Beati Alphonsi Gaxæ, Confess. e]** Religiosissimus extitit atque deuotus: linguamque Latinam calluit, aliisque licentiis didicit: sed qua cæcioris lingue esset impedimento derentus, ab officio prædicationis cessauit, atque inter Patres prouincie Portugalliz Observantes, Conuentualibus relictis, admitu curauit. Hinc vita exemplari ita ceteris illuxit, ut totius virtutis speculum tulerit. Quasi quondam ieiunabat, dies non paucos absque vilo cibo transigebat: noctu diuque in oratione manebat, silentium inuolubiler obseruabat, nudis pedibus semper incedebat: secularium fugiebat frequentiam: eius Conuentum egrediebatur, vilibus
- induebatur, & suæ regulæ zelator erat ardentissimus. Motte appropinquante, omnia suscepit Ecclesie Sacramenta: sicque sanctissimè spiritum exhalauit, suauissimum ex se spirans odorem, & ingens sui desiderium astantibus relinquens. Agit de eo Marcus Vlyssiponten. 3. part. sup. lib. 4. cap. 19. ad an. 1460.
- BB. Ludouici & Bartholomæi, Confess. f]** Prouincia 4. 6. Marchie hæc aduina, sanctis virtutibus exornati, in Deum & proximum singulari charitate præfulgidi: obierunt apud Conuentum S. Antonii, Moctis Sancti oppidi, illicque sepulti magna veneratione coluntur. Hæc ea Barezæo, sup. lib. 5. cap. 24. qui addit eos obiisse, in die Natali Domini: sed hallucinator illius interpret loannes *Blancina*: ut patet ex Gonzaga (à quo, quæ Barezæus nactus, desumpsit) 2. part. sup. in præfatio Conuentu, qui est 11. prouinc. Marchie. *Fragula carnis* (inquit) *solari hie ad astra migrarunt eodem & vno anno, qui à Christi Natiuitate sunt 1371. mira sanctitatis, reuerentis que Patres, Ludouicus à Piersava, Diacops Fabrica pagæ, & Bartholomæus ab Offida, Picuenti oppido: procella quidem ætatis ambo, cum a Diogenarium ad minus annuum, eorum vterque clausserit, ambigunt maxime religione insignes.*
- Beati Saluatoris, Lasci, Confess. g]** Floreat an. §. 7. 1580 apud Conuentum sancti Antonij propè Pontem Limæ: qui alta quadam præditus virtute, paupertatis & Religionis obferuantiissimus, multis fuit oppugnatus Demonum insidiis sed ope Diuina sustulit eas omnes facile superauit. Moriens singularis sanctitatis indicia non pauca confratribus imitanda dereliquit. Memoratur à Gonzaga 3. part. sup. in eo Conuentu, qui est 4. prouinc. S. Antonij Portugalliz. Barezæo sup. lib. 7. cap. 15. ad annum 1580. Rapazon in histor. General. Orig. Recollet. Decad. 8. part. 1. par. 21. Grauius in *ruce Turris*, part. 2. cap. 24.
- Beati Didaci, Confess. h]** Alipius disciplinis & cilio, vsque ad genus oblongo carum spiritus sobriocibat: cathena quondam etiam corpus stricte præcingens. Humilitate, puritate, & sinceritate multum exornatus, malum de proximo nulloquam suspiciebat, vel alioium imperfectiones intarebatur. Verba eius erant de rebus sanctis, & optimis, de perfectione, & virtutum praxi, deque Regulari Observantia, & interiore animæ statu ac profectu. Feruus stabat in oratione continua, cuius tempore sæpe rapiebat in extasiem. Iacet apud Conuentum Virginiæ de Rosario, qui est 4. prouinc. S. Iosephi: vbi habet Ioannes à sancta Maria, part. 2. Chronic. eiusdem prouinc. lib. 4. cap. 30. ad annum 1600. quo vixit.

## SEXTO KALENDAS IANVARII.

**T**Raiecti, in Brabantia, Beati <sup>a</sup> Hadriani Beuerlonis, Martytis: ob fidem Catholicam, ab hæreticis interfecti. Castillioni Aretini in Tuscia, Beati <sup>b</sup> Mansueti, Confessoris: vita & miraculis gloriofi, Muri in Picæno, Beati <sup>c</sup> Masszi Severinatis, Confessoris: cuius sanctitatem miracula crebrò per eum edita testantur. Aldenardi, in Belgio, Beati <sup>d</sup> Theodorici, Confessoris, singulari humilitate præclari. In Italia, Beati <sup>e</sup> Iohannis Fauentini, Confessoris: eximie sanctitatis viri. Palmæ, in territorio Cortubensi, Beati <sup>f</sup> Barnabæ, Confessoris: qui magna simplicitate, & oratione exornatus, spiritu etiam prophetico, atque signis admirandis emicuit. Numantia, in Hispania Tarraconensi, Beati <sup>g</sup> Alphonsi à Nebreda, Confessoris: qui summâ integritate, humilitate, & castitate, floruit. Myrtili, in Ora Lusitaniz ad Oceanum, Beati <sup>h</sup> Bartholomæi Insulani, Confessoris: ingentis penitentiz & abstinentiz vtri. Guadalaxaræ, in Regno Toletano, Beati <sup>i</sup> Bernardini à Turrigio, Confessoris, & Concionatoris eximij: qui verbo prædicationis pluribus profuit, & humilitate, paupertate, ac benignitate in Guardianatus Officio, cunctis sibi subditis illuxit. Compluti, in Hispania, Beati <sup>l</sup> Petri à Turibus, Confessoris, labore, patientia, & oratione spectabilis. Nicoxiz, in Sicilia, Beati <sup>m</sup> Dominici à Calabria, Confessoris: qui gratia contemplationis, prophetiz dono ac miraculorum claruit.

## DECEMBRIS XXVIII.

- §. 1. **B**eati *Hadriani, Martyr. a*] Cùm esset Sacerdos, Concionator, & à sacris Confessionibus in Monasterio Montis-Lucis propt' Tascum ad Mosam, ab hæreticis interfectus est. an. 1576. Ita Arnoldus Railla, in Auctario ad Natales SS. Belg. ad calcem libri: ex Archiepiscopi Conuentus Fratrum Minor. Antuerpiens. qui est 11. prouinciz German. Inferior.
- §. 2. **B**eati *Mansueti, Confessoris. b*] Hic à secretis Confessionibus Pontificis Innocentio IV. fuit, eiusque Capellanus, ac Penitentiaris: cuius opera reconciliator Ecclesie Pisanus fuisse legitur an. 1244. Sancto Ludouico IX. Francorum Regi familiaris extitit: vti constat ex Toffiniano, qui hæc subdit. *Leuis Castillionis Aretini: quem suis miraculis et vira sanctitate exornauit B. Mansuetus, qui apud S. Ludouicum Francorum Regem in summo prelo habitus fuit: à quo etiam accepti, denotati in causa, partem sacratissima Corona spinosa, qua sanctissimus Christus caput suum perforatum. Hæc ille lib. 2. hystor. Seraph. in prouincia Tuscia, vbi de Custodia Aretina. Wadingius ibid. tom. 4. Annal. Minor. ad annum 1399. parag. 44. & tom. 1. ad annum 1244. parag. 15. actom. 2. ad annum 1263. parag. 20. qui Urbanus IV. multa eidem commisit peragenda.*
- §. 3. **B**eati *Masszi, Confessoris. c*] Hic cum esset plebanus, & videlicet B. Benimolam, in acie subleuatum tempore orationis sue, relictis omnibus, factus est Frater Minor. qua in vocatione, vix sanctitate & miraculis claruit. Ita Pisanus lib. 2. Conformitat. fruct. 8. & 11. part. 2. vbi de Fratrib. Minorib. prouinciz Marchie sanctitate illustrat. Gonzaga part. 1. Orig. Seraph. Religiosis, in BB. viciis huicque Ordini. Picquetus in Catalogo viror. illustr. Franciscan. Wadingius sup. tom. 1. ad annum 1232. parag. 21. & tom. 2. ad annum 1289. parag. 27. & 45. Toffinianus sup. in prouincia
- Marchiz, vbi de Custodia Comarini.*
- Beati Theodorici, Confessoris. d*] Fuit humilitate insignis, iacet Aldenardi in Belgio, ad ripam Schaldis fluminis. Memoratus à Pufano, & in prouincia Coloniensi. Toffiniano ibid. sup. in Custodia Treuentis. Gonzaga & Prequeto, ac Wadingio, sup. tom. 1. ad annum 1249. parag. 9.
- Beati Iohannis Fauentini, Confessoris. e*] Huic aliquot ossa diligentissimè asseruata apud Monasterium Monialium Clarissimum *Misericordia*, Regij Lepidi, in Emilia, quod est 11. prouinciz Bononiensis: testis Gonzaga ibid. part. 2. sup.
- Beati Barnabæ, Confessoris. f*] Hispanus erat natione, Lacus professione: cuius Elogium pauca complectitur Gonzaga 3. part. sup. in Conuentu sanctæ Mariæ de Bethleem Palmæ, qui est 12. prouinc. Angelorum. *Viam vniuersæ carnis* (inquit) *hæc in loco ingressus est admiranda humilitatis atque simplicitatis Frater Barnabæ, Lacus professus, qui integras ocellis integris diebus orationis intentis ungere assueuerat 3. quique prophetiam spiritus gloriofi, plurima aduersus miraculose prædixit atque denotissimum libellam, vixitque melissimum, sub (vix spiritus titulo) licet idata esset, nec vel Grammaticales litteras à lapsibus salutas, artificiosissimè edidit: quique tandem mulierem gram morbo laborantem statim à morte integra subsistat miraculose restituit: & aliqñd plurimum miracula, auxilio domini monitis, edidit. Eadem referunt Marcus Vlyssiponenis 3. part. sup. lib. 9. cap. 49. ad annum 1502. Barezus 4. part. Chron. Minor. lib. 1. cap. 29. sup. an. 1517. Daga ibid. lib. 1. cap. 33. & lib. 3. cap. 23. Rapisorus in hystor. General. Orig. Recollector. part. 1. Decad. 4. parag. 7. Marianus lib. 1. capite 7. Chron. Reformat. Petrus Galus in Defensorio factar. Reliq. fol. 296.*

- §. 7. *Beati Alphonsi à Nebreda, Confessoris. d*] Fuit etiam hic laicus professus, vitæ summæ integritatis: cuius vita nihil aliud, quàm omnium virtutum exitiæ speculum. In eo siquidem profundissima humilitas, ardentissima charitas, atque feruentissima oratio, à sui perfectione ad vicium usque mortis instant respiciendur. Quæ denique factum est, vt à Fratribus inter catholicos annumeretur. Obiit an. 1553. sepulchrumque est in Conuentu sancti Francisci Numantiz, qui est 13. provincie. Conceptionis. Hæc ex Gonzaga ibid. part. 3. sup. Barcezo sup. lib. 3. capite 72. Daça sup. lib. 3. capite 23. Grauiua in *Uice Turisii*, part. 2. capite 24.
- §. 8. *Beati Bartholomæi, Confessoris. h*] Conuentus sancti Francisci, duobus milliibus ab oppido Miroli, nunc *Vienne*, propè mare, ad radices montis editissimi situs est: in quo tacet hic seruus Christi, vir incredibilis continentiz & abstinentiz, quam etiam in morbis non remittebat: erga alios mitissimus, et ga se seuerus valòt. Obiit circa annum 1557. iuxta Wandingham, sup. tom. 4. ad annum 1592. parag. 20. ex Marco Vlyssiponensi. Est autem prefatus Conuentus 3. provincie S. Antonij in Portugallia.
- §. 9. *Beati Bernardini, Confessoris. i*] Cùm concionator esset eximius, sermones habuit, in Curia Regia Hispaniz Compluti, & in alijs præcipuis Castellæ provincie vrbibus, per spatium annorum quinquaginta: quibus mirum in modum profuit. Vitæ quippe vitæ multum exemplaris, suæ professionis obiectuantissimus. Non minori virtute illuxit in Guardianatus manere, feruentissimus quippe & humilissimus cùm esset, primos omnium semper aderat in choro, & aliusmanus obediendis: abiecta seu viliora haud dedignatur explere officia: summa vigilantia eunctorum

necessitati occurrebat, benignus & affabilis in omnes: loquacitates, seu diceitates prouide coerebat, sui oculis forma factus virtutis, feliciter tandem migratum ad Dominum apud Conuentum Guadalarensem (qui est 4. provincie Castellæ.) Vti scribit Salazar libro 2. Chronic. eiusdem provincie, capite vigesimo secundo.

*Beati Petri, Confessoris. l*] Laicus erat professione: §. 10. tanto spiritus seruoce plenus, vt non solum sufficiens esset sibi horum excolece, ad eleemosynam petendam pergere, &c. Sed & quævis Conuentus officia, si potuisset, peragere summit exoptabat. Nocte vrb adueniente, sanctæ orationi, flexis genibus, instant vacabat: propter quod & Apostema contraxit: pro cuius curatione, peccatam incommoditatem diu, ac patienter tulit. Nil maius aut excellentius, seu Religioso Franciscano dignus arbitrabatur in hoc sæculo: quàm aliquid pro Christolibenter pati. Iacet in Conuentu sancti Angeli Custodis Compluti (qui est 21. provincie sancti Iosephi) vbi eius memoria nunc vsquo viget: eboradipsum, velut quoddam Amuletum Diuinum, valet aduersus nonnullas infirmitates. Vide Ioannem à sancta Maria 2. part. Chronic. eiusdem provincie, lib. 4. capite 25. ad annum 1600. quo floruit.

*Beati Dominici, Confessoris. m*] Hic à prima sua §. 11. eouersione lapsus, dehinc iterum conuersus, coram summo Iudice sistitur, à quo 44. annorum poenitentiz agendæ inducias in Religione promeruit: vbi ferè omnibus virtutibus, spiritu prophetico, ac gratia contemplationis resplescunt: miraculis in vita & post mortem clarus obiit, an. 1603. in Coenaculo S. Martz Iesu Nicoxiz.

## QVINTO KALENDAS IANVARII.

**A** Pud Nouum Mexicum in India Occidentali, Beati <sup>a</sup> Augustini Rodetici, Martyris: qui pro Christo à Barbaris Indis gladio necatus est. Mantuz, Beati <sup>b</sup> Francisci à Gonzaga, eiusdem vrbs Episcopi: qui genere & Religione illustrissimus: totius Ordinis Seraphici Generalatu præclare functus est: exindè ad Pontificalem dignitatem sublimatus, admirabili vitæ innocentiz refulsit. In Hybænia, Beati <sup>c</sup> Anonymi, Confessoris: Patris sancti Francisci Discipuli. Elchij, in territorio Toletano, Beati <sup>d</sup> Alphonfi Rubij, Confessoris: virtute abstinentiz, oratione, atque humilitate celebris. In Italia, Beati <sup>e</sup> Trebatij Pennensis Marchiz, Confessoris, & Concionatoris eximij: qui eruditione, humilitate, vitæ asperitate, & zelo salutis animarum adornatus, sancto sine quieuit. Abulæ, in Hispania Tarraconensi, Beati <sup>f</sup> Petri à Magdalena, Confessoris: humilitatis, orationis & ardentissimæ charitatis viri. Apud Calabazanos oppidum, in territorio Palentino, Beati <sup>g</sup> Annæ ab Heredia, Virginis: dono orationis insignis.

6. 1. **B**eaui *Augustini Rederici Martyris.* a] Hic in vico *Niebla*, propè *Hispalem*, ortus: in Indiam postea trajecturus, habitum Religionis in provincia S. Evangelij suscepit: viæ ceterè sanctis virtutum operibus, iugiter adductus, veritateque ac salutis animarum zelator extimatus: (cui professione *Laticus* pro quarum conversione, adversus multa, itinera, labores, & afflictiones æ quo animo, pro Christo tulit. Cùm igitur anno Domini 1580. idem à provincia sancti Evangelij valde remotus, per aliquot annos iam in regione *Zacatecarum*, inter Indos *Chichimecas* peregrinatus fuisset, zelo salutis animarum adus, in pium conversionis Barbarorum illorum Infidelium opus, ad hanc ipsam provinciam perueniens, ex eadem Fratres quandoque assumpsit, ut illuc rediret: Quippe qui feruens spiritus, & animarum conversionem anhelans, indagare exploratque ihudat: an in Regione, quæ viteris atque intimis: Aquilonem versus extenditur, aliqui Indorum populi reperirentur. Idque quam plurimas diebus percurans, gentisque inanimas, plebeoque multos turbidos, ac confusos reperiens: Meticum adit, ut pro eorum conversione Fratres secum adduceret. Quod pro voto sibi succedens: s. B. *Franciscus Lopezus*, & *Ioannes à sancta Maria*, cum eo profecti sunt.

6. 2. **H**iduo, non multò post, martyrij gloriam ibidem adepti: (quorum meminimus, 9. Iunij, & 21. Decemb.) superstitem reliquerunt ipsum *B. Augustinum*. Qui suorum morte, haud territus sociorum, sed animosius effectus: dùm Christiana quadam libertate, atque divina fretus virtute, illius populi varia delicta, excessusque emergentes libèdus argueret: post brevis dierum spatium, ab eisdem Regionis Infidelibus interceptus fuit. Scribent de eo *Gonzaga* l. part. sup. in Martyrib. huiusce *Ord.* suo quo, pro Christo passis, apud Indos Occidentales. Item in provinc. sancti Evangelij, in sup. part. 4. *Barcaus* sup. lib. 7. cap. 41. sub annum 1580. *Hilario à Costa* lib. 2. hist. Cathol. pag. 366. *Algezta* in *Arbore Epilogica* totius *Ordin.* *Franciscan.* *Pitquetus* sup. *Meudola* part. 2. hist. *Chinz*, lib. 3. cap. 7. & 9. *Marianus* lib. 3. cap. 33. *Bofius* tom. 1. lib. 12. cap. 22. *Toffianus* lib. 2. in fine, vbi de *India*. *Daça* 4. part. *Chronic. Minor.* lib. 2. cap. 59. *Gezaina* in *Uoce Turbans*, part. 2. cap. 24. *Ioannes à sancta Maria* 2. part. *Chronic. provinc. S. Ioseph* lib. 3. cap. 14. & 27.

6. 3. **B**eaui *Francisci à Gonzaga, Episcopi.* b] Ex illustrissima principum *Gonzagæ* ætate proleptia originem duxit: cuius mater *Emilia* vocabatur. Plures fratres vitæ uisus habuit, nempe *Pyrethum*, oppidi sancti *Marcini* in agro *Mantuanæ* Dynastam: *Scipionem*, *Hierosolymitanum* *Patriarcham*, *Ferdinandum*, *Iulium* *Cæsarem*, & *Alphonsum*: qui mensis *Septembris*, an. 1579. *Turonis* in *Gallia* obiit, dùm pro Rege *Christianissimo* contra huius Regni pernicellos hereticos strenuè duceretur, ibique sepultus est.

6. 4. **N**oster verò *B. Franciscus Gonzaga* adolestentis factus, in *Hispaniam* profectus: ubi sæculo, eiusque pompis valentibus, *Seraphici Ordinis* habitum iuduit 16. *Majj*, an. 1562. atque *Noviciatus* inenarrabula transige *Compluti*, in *Conuentu* sanctæ *Marie de Iesu*, qui est 2. provinc. *Castellæ*: mox expleta professione egregiè operam laticens nauavit sub *B. Patre Dudaco à Sinica* (de quo sup. 7. Decemb.) viro

doctissimo, ac piensissimo. Exinde ceterius in *Italiam*, provincie sancti *Antonij* primus *Difinitor* eligitur, postea *Minister* *Provincialis* eiusdem provincie, ac tandem in 2. *Generali* *Capitulo* *Parisiensi* *Minister* *Generalis* totius *Ordinis* assumitur, an. 1579. quem 8. annis summa prudentia, & virtute gubernauit, numerum, usque ad annum 1587. Quo in munere se intelligens constituit, ut D. *Patris* *Francisci* *Vicarium* ageret, ita eluxit eius virtus, constantia, & instaurandæ *Religionis* nonnihil inclinæ studium: vt ex tunc *Euangelicæ* paupertatis, & puritatis *Regulæ* æfluans amore, parauerit se, ad errores eliminandos, temporum inuaria irreperentes: qua in se conficienda, quos tulcrit labores, operum bonorum æquissimus æstimator *Deus*, iudex est: & vniuersis *Fratres*, cum *Obseruantes*, tum *Reformati* ac *Recollæti*, testes remanent: quibus omnibus statuta condidit, & *Historiam* *Seraphicam* insigni volumine à se composuit, dicauit.

Ardebat adhuc scriptis *Ordinem* illustrandi, nisi Religiosa officia, euzque *Episcopales* remoueretur. Nam à *Sisto V. Papa* euectus est ad *Ecclesiam* *Cathedralem* *Caphaludensium* regendam, in *Sicilia* an. 1588. Deinde ad *Episcopatum* *Papsensem* translatus est à *Clemente VIII.* ac demùm *Mantuanus* *Præsul* datus est ab eodem summo *Pontifice*: *Apostolicæ* *Sedis* possessa partes in *Gallia* sustinuit, ad eamque pacem conciliandam, inter *Henricum IV.* *Galliz*, & *Philippum II.* *Hispaniæ*, *Reges*: quam *Comata* *Gallia* sanguinis lacrymis iam diuissimè effugata, *Nuncius* delegatus, an. 1598. incubuit, & gloriose perfecit. Viræ sanctitate conspicuus decessit, anno 1620. sepultus in medio choro *Sæ Cathedralis* *Ecclesiæ* *Mantuanæ*. *Eius* *Elogium* pauca complectitur *Thomas Bosius* de *Signis* *Eccles.* tom. 1. lib. 2. cap. 21. *Franciscus Gonzaga, Episcopus Caphalensis, & illius Ordinis antecessimus profectus: vir uoluntate quidem genere præstans, sed longe præstantius admirabilis uita innocentiæ & puritate, &c.* *Præclariora* eius facta desumuntur ex eo volumine, quod edidit, de *Origin.* *Seraphicæ* *Relig.* part. 1. in *Generalibus* huiusce *Ordinis*. Item part. 2. in *Conuentu* 40. provinc. *S. Antonij*, & in *Conuentu* 51. provinc. *Siciliæ*. Item part. 3. in *Conuentu* 2. provinc. *Castellæ*: & in *Conuentu* 3. provinc. *Turonæ*, &c. *Agone* de eo *Batezzus* sup. 7. cap. 31. *Willous* *Atheotar.* *Orthodoxar.* *Franciscan.* *litera F.* *Toffianus* lib. 2. hist. *Seraphic.* in eo. *Waddinghus* tom. 1. *Annal.* *Minor.* in *Apolog.* de *præsenso* *Monachatu* *Augustiniano*, *S. Francisci*, par. 5. numer. 17. Item ad an. 1517. par. 17. ex *Nunno*, in *hist.* *Vallis* *Reatinæ*. Item *tom.* secundo, *Opusculæ.* *D. Francisci.* *Annorat.* 33. in *Regul.* *sanctæ* *Claræ.* *Daça* sup. libro 4. capite primo.

Verum quidem est, quòd *B. Angelo de Pax*, §. 6. nonnumquam à iocertis est: imò & *Breui* *Apostolicum* *Gregory XIII.* quo confirmabatur *Reformationis* ab eodem *B. Angelo* incœpta, sub uoime provincie *Tarraconensis*, reuocare fecit per *Sedem* *Apostolicam*: vti incidunt *Bomfascius* *Bombelli*, in *vit.* *B. Angel.* *de Pax.* *Batezzus* sup. lib. 10. cap. 28. *Rapinuz* in *hist.* *General.* *Origin.* *Recollæctor.* *Decad.* 9. part. 1. & 2. in *uita* eius *B. Angel.* par. 4. Quibus responderus *B. Franciscum* *Gonza-*



gan id haud egisse malo animo, veluti quidpiam molientem contra Reformationem, quam ipse semper excoluit, fuit, ac dilexit: sed cum e flet totius Ordinis tunc Moderator Generalis, sui officij erat partes Religionis Seraphice tueri, quae minime assentit, talem Reformationem, erectionemque provinciae novae, in consilio Ministrorum Generalium, exortit: hinc propterea arbitratur, iustissimum de causis, B. Angelum, hanc in corpore Reformationem, & B. Franciscum Gonzagam grauisimas oblationes eidem obtulisse. Nam quam fecerit ipsam B. Angelum, satis superque constat ex eius aetate, post illius obitum, vocatus eum vitam sanctissimum, ac miraculis famosum: fuit Datum Romae, vigilia Augusti, an. 1605. quam refert Barezus sup. cap. 34. Deique, ipsemet B. Gonzaga ita virtutibus admirandis eluxit, ut nunc de eo procellas fiant in partibus coram Ordinariis, pro eius Canonizatione: quod publicè Neapoli conspicitur, apud Typographiam Ioannis Domini Roncalio, an. 1616. & Rapinæm sup. in 1. part. praefat. paragrapho quarto.

§. 7. *Beati Anonymi, Confessoris. c.* ] Hic vnus fuit ex discipulis sancti Francisci, quos ipse Seraphicus ablegauerat in Galliciam: sed paulo post ex Compostella in Hyberniam traiecit, aliquot Monasteria construxit, & tandem sibi maxima cum sanctitatis opinione diem clausit extremum. Memoratus à Gonzaga 3. part. sup. in prouinc. Hybernæ. Wadingho tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1214. parag. 13. & 1230. parag. 20. Antonio Daça 1. part. Chronoc. M. S. libro primo.

§. 8. *Beati Alphonsi, Confessoris. d.* ] Laicus erat professione, vixitque raro cum virtutis exemplo, & perfectæ sanctitatis nota. Siquidem humilissimus cum esset, vithora officia festinanter exquirebat, omnium auxilio præiud aderat. Disciplinis, poenitentis publicis, & alius mortificationibus vobis cum nouitus in choro, ac refectorio, coram communitate, semper sese exercebat. Paupertatis cupidissimus, veste lacerâ, mantello viliori, ceterisque rebus abiectionibus, læto animo, utebatur. Cibum asperitum iugiter deiebat: somno parùm indulgebat, nec quieceret, nisi iedens, capiebat. Nusquam carnem comedit, aut vinum bibit: sed scutellam ex iuscilo pauperibus parato, cum buccella panis modica pro refectioe sumebat. In oratione assiduus multùm erat & ferudus; nam Matutinis decantatis, stabat in ea vsque ad Primam: propter quod complura sibi à Deo fuero dona collata: conspicuissimè est à Fratribus subleuatus à terra, & raptus in extasim: quo tempore, radij veluti solares à laudissimo Eucharistiae Sacramento emanantes, vultum eius mi-

ro splendore collustrabant. Multi ad eum accurrentes, pro necessitatibus, afflictionibus, & morbis curandis, opem ipsius omninè efflagitabant: exposcebantque aliquid ex eis, quæ ad eum pertinebant, cuius virtute & actibus, sæpè à quampluribus malis liberabantur. Meritis itaque præclaris, felix migravit ad Dominum; cuius corpus humanum est Elchij in Conuentu sancti Ioseph, qui est i. prouinciae S. Ioannis Baptistæ. Ita Ioannes à sancta Maria part. 1. Chronoc. prouinciae S. Ioseph. lib. 1. cap. 49. ad an. 1580. quo magna cum sanctitatis fama floruit.

*Beati Trebatij, Conf. ff. e.* ] Hic clarus in familia PP. §. 9. Conuentualium habetur, ex vitæ sanctimoniam. Fuit quippe insignis Theologus & Concionator eximius: qui, quo maior à pud populos, eò seipso minor estimabatur, sui, teroniarumque ream contempit. Sicque seipsum deiiciens in animo, fors etiam carnem macerabat, asperitimo cilicio indutus, nihil aliud erat cordi, nisi peccatores Christo lucrari; quapropter, Discalceatus, salsocque pane & aqua contentus, pro ciuitates & castella discurrebat, annuntians verbum Dei, si forte eos ad poenitentiam posset euocare: ac tandem mox cum sanctitatis opinione: teste Grauiam, supra.

*Beati Petri, Confessoris. f.* ] Vir fuit ardentissima charitate exarsitans: cum autem esset Guardianus Conuentus Toletano, sic subditos tenerimè diligebat, sic eos prudenter tegebat, henigocq; corripiebat, ut omnes ad perfectionem efficaciter promoueret. Sæpè scribens ad Ministrum Prouinciale, rogabat, ut ad se mitteret quotquot inueniret per prouinciam Fratres infirmos: quibus copiosè subministraret. Egenis quo liberalissimus cum esset, magnam eorum quantitatem piis elemosynis refouebat. Humilitatis, obedientie, aliarumque virtutum exemplar præhebat in signum. Orationis erat amantissimus, & status Religiosi zelantissimus. Quoties superioris ostendebatur, toties deponi ipse precabatur. Abulæ obiit, in Conuentu S. Angelus, qui est 21. prouinc. S. Ioseph. Ita Ioannes à sancta Maria sup. part. 1. lib. 4. cap. 30. ad an. 1600. quo vixit.

*Beata Anna ab Heredia, Virg. g.* ] Religiosissimè Altissimam famulata est in Monasterio Domine nostrae de Consolatione Calabazanos, vbi tanto spiritus fortiore pietatis addidit, ut raptum inter orandum sæpè passâ sit. Floruit an. 1550. Agunt de ea Gonzaga part. 3. sup. in prædicto Monasterio, quod est 3. prouinc. Concepcion. Barezus sup. lib. 3. capite 41. Valerius de SS. Famou. Ordum. Minor. lib. 4. capite 37.

## QUARTO KALENDAS IANVARII.

**I**N territorio Massiliensi, passio Beati <sup>a</sup> Antonij Carbonatij, Laici, Martyris: quem ab hæreticis comprehensum, suo habitu expoliarunt: deinde verendis amputatis, auribus, & naso excisis, nudum alligarunt ad caudam equi indomiti: sicque per aspera loca raptatus, horrendo supplicio, spiritum Deo reddidit. Apud Culiaticam Indiz Occidentalis Regionem, Beati <sup>b</sup> Pauli ab Azeuedo, Martyris: ab Infidelibus Indis, ob Christi fidem, telis confossi. Panormi, in Sicilia, Beati <sup>c</sup> Gerardi, Laici, qui virginitatem perpetuò illæsam custodiuit: & virtutum omnium specimen extitit: & viuus atque mortuus infinitis penè miraculis refulsit. Turrigij, in territorio Toletano, Beati <sup>d</sup> Michaelis à Capella, Confessoris: abstinentiz virtute, ac pietate spectabilis. Xarandiz, in Hispania Tarraconensi, Beati <sup>e</sup> Alphonzi ab Herrera, Confessoris: dono orationis & lachrymatum insignis. Cadafalsi, Toletanz Diœcesis, Beati <sup>f</sup> Ioannis Pacifici, Confessoris: eximie mansuetudinis, obedientiz, & paupertatis viti. Apud Meacum, in Iapponio, depositio Beati <sup>g</sup> Hieronymi à Iesu, Confessoris, & Concionatoris clarissimi: qui zelo salutis animarum successus, in Iapponium traiecit, primus omnium in Regno de Quanto, ac Ciuitate Regia de Yendo Christum prædicauit, tum latissimas Regiones perlustrans ac provincias: innumeros populos ad Deum conuertit, baptizauit, signisque confirmauit. In Sicilia, apud Ciuitatem sancti Philippi, Beati <sup>h</sup> Diadaci à Sinagra, Confessoris: virtutibus & miraculis conspicui.

## DECEMBRIS XXIX.

- § 1. **Beati Antonij Carbonatij, &c. a]** Agit de eo illusterrimus Gozaga part. 1. de Origine Seraphice Relig. vbi de Conuento S. Francisci Massiliæ, qui est 2. provincie S. Ludouici, hæc verbis, *Non procul à Massilia, Salomon uersus, in loco qui uisus, terra dicitur, quædam deuoti Frater Laicus Antonius Carbonatus, armatus de Gualstre, in Delphinatu, Conuentus Massiliensis, dum ex obedientia suo Patri Guardiani à Salone Massiliam rediret, capus est à circuectionibus hæreticis, in ære de Maneria præcipitatus, quem max habito desolauerunt, deinde verendis amputatis, auribus, & naso, nudum alligatum ad caudam indomiti equi. Per Diuinitus igitur & Carcerum crudeliter tratini, crudeli morte spiritum Domini reddidit, sub anno Domini à Incarnationis 1175. Hæc ille, quem locuti sumus Barezus 4. part. Chron. Minor. lib. 7. cap. 11. Daça ibid. lib. 3. cap. 57. & Thomæ Bouehierus in histor. Eccles. Martyr. Franciscan. Hilarij à Costi lib. 2. histor. Catholic. pag. 166. Fenzandus lib. 3. histor. Eccles. cap. 19. Grauna in uice Turrigij, part. 1. cap. 24.*

- § 2. **Beati Pauli, Martyris. b]** Eius rei seriem narrat Barezus sup. lib. 8. cap. 75. ex Gozaga part. 1. vbi de B. B. Martyrib. Ord. Minor. suo xuo, ob Christi fidem, apud Indos Occidentales, passus B. Paulus de Azeuedo, Lusitanus, idem mortis genus, eadem præfati de causa, ab infidelibus Indis: qua latius explicat part. 4. in fin. provincie 55. Petri & Pauli. Cùm (inquit) honestissimus Pater Frater Paulus Azeuedo, Poctuenlis, post susceptum in S. Domitici provincia Insula S. Censis Minoritarum habitum, ac post peragrata quoque, non absque plurimum Indorum ad Christi fidem conuersione, sancti Euangelii promissionem, in uocatum Com Abrazam cum tribus eiusdem Ordinis Fratribus, à Superioribus missus esset: ac post rem sub Francisco Pizarra Christianis exercitijs præfatus, Capasa feliciter gestam, Culiaticam regione Barbarorum

sed merx nraiz sunt & nuge. Cupit. fol. 12. pag. 1. harum contestationum historiam ea nostra aetate prodit in lucem: Ecce R. P. Lucas vadingus, Hybernic natione, Romaeque mansens: vir Religiosissimus (ut inquit) & Franciscanus, fol. 3. pag. 1. Auctor illa gratus, desideris suis fatus: legat, quosq; secundum tom. Annal. Minor. ad annum 1215. parag. 14. 1254. parag. 1. ipsius labore editum: & luculentissimè iuxta historiam reperit: quales fuerint, quidve egerint, & qua de re à Sede Apostolica damnati extiterint.

§. 116.

Quantum verò ad Armachanum: cujus contendit sanctitatem, ex quadam Bulla Bonifacii IX. super illius canonisatione, quam idem R. P. Vadingus Roma misit in Hyberniam, ad Episcopum Orlotiensem: eodem Vadingo, fidem habet, necesse est: qui, quid de Armachano senserit, post Platium, sanctum Anconinum, &c. superius parag. 150. retulit. Asserit Armachanum fuisse canonisatum per praefatum Summum Pont. quòd pzetensa sua Bulla taceret, & nos omninò negamus. Innocentiam causæ Armachani contra Fratres Minores praetendit: ex eo quod Avonione in concessa publico Cardinalium coram Papa Innocentio VI. partes suas tutatus sit egregiè, absque vlla reprehensione, seu censura vel condemnatione. Gratis quidè id assentur, sed minimè gratis resellitur. Legat S. Antonin. alioque Auctores superius parag. 159. à nobis allatos: & conspiciet, quatuor Cardinales fuisse à Summo Pontifice deputatos, pro auditione partium: interimque mortuo ipso Armachano, rem de relictam fuisse sine definitione, atque cum ipso iniustas eius excommunicationis sepultas esse. Nam Religiosi contra ipsum proponebant multa erronea, & in fide suspecta, quibus adhaerens tanquam haereticus & excommunicatus debebat iudicari: quæ quidem, si non fuissent vera, aut probata, Religiosi condigna pena mulcandi fuissent, à qua tamen immunes reddi dicit sancti memoria verò Armachani & eius doctrina malè habitata, & inter erroneas recensita: quam & Tractatu pzetulo confutavit, Galfridus Hatdeby, Anglus, Monachus Augustinianus, teste Gesnero, post Magistru Petrum, Minoritas; iuxta Riocham lib. 4. compend. Tempor. cap. 60. in haeretico. Itemque Rogerium à Choinoè, ex San-Agrano, sup. lib. 3.

§. 117.

Ab Armachano ad Guillelmum de Sancto Amore transit ille Anonymus: quem sæpè appellat, sed non probat; vrum doctrina, pietate, & sinceritate insignem: fortem Christi Athletam: canem gregis Domini fidelissimum: qui nil scripsit contra sanctæ Sedis honorem & auctoritatem: quique ab Episcopo Parisiensis declaratus innocens, Vniuersitas Parisiensis mox vt patronum amplectata est. Cuius Guillelmi deuotio tunc innotuit circa Sacramentum Eucharistiæ: ac Deiparam Virginem: cuius immaculate Conceptionis singularis existit Promotor: qui tandem in pace obiit, intra sinum sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ, gremiumque alme Vniuersitatis Parisiensis. Hæc ille à fol. 8. & seq. At horum Antithesim videamus.

§. 118.

Constat imprimis praefatum Guillelmum de Sancto Amore condemnatum fuisse à Sede Apostolica: tum, propter multiplices culpas, & grandes offensas, quas temerariè commisit: tum propter libellum valèdè perniciosum, detestabilem, iniquum, scelestum, & execrabilem: libellum, inquam, non veritatis, aut eruditionis: sed mendacii & derogationis: non momentem ver instrumentem: sed mortentem & fallentem. Continentem quædam peruersa & reprobata contra potestatem & auctoritatem Romani Pont. & Coepiscopo-

rum soorum. Nonnulla contra illos, qui propter Deum sub arctissima paupertate mendicant: mundum cum suis opibus voluntaria inopia superantes: vnde feminariam scandali & dispendium auarum quas. Necnon & alia plura inconuenientia, digna vtiq; confutatione ac confusione perperata. Ea propter Summus Pontifex hunc libellum reprobauit, & inscriptiones ac documenta in eo tradita, vt potè pzetusa, falsa, & nefaria, de Fratru suorum S. R. E. Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica, in perpetuum condemnauit, & combustionem decreuit: sub pena excommunicationis. Si quis verò persumpsit praedictum libellum ore Apostolico damnatum approbare, vel quomodolibet defendere: tanquam contumax, inobediens, & rebelis Romane Ecclesiæ ac omnibus fidelibus habetur. Hæc omnia ex Bulla Alexandri Pap. IV. superius allatis. Quæcum nonnullæ extant ad Regem Franc. ab ad Archiepiscopos & Episcopos Galliar: maxime ad Episcopum Parisiensem, cui præcipit, vt lras hæc Epistolæ & literas Apostolicas, Parisi, publicè in Ecclesiis, aliisque in locis, coram clero & populo, fideliter exponat: ac praefatum libellum detestabilem, quem nuper Romæ ceteram fecerat, faciat conuocatis Magistris & Scholaribus Parisi. publicè coram omnibus igne cremari. Auxilio sancti Regis Ludouici ad pzetensia, si opus fuerit, inuocato. Ille igitur pessimus liber, coram sancto Rege combustus fuit. Tunc Guillelmus de Sancto Amore in Italia mansit, ab ingressu Regni Franciæ perpetuò pulsus, beneficium abdicatus, & Magistero pzetuatus: ad quemq; scribendi facultas à Gallia denegata sub excommunicationis pena: cuius mandate prior Episcopo Parisiensi est directus, vicque malus minoris & ætatis eiusdem, malo sine, vitam terminauit. Teste Mariano, Riocha, Vadingo, &c. sup. post Pisanum.

§. 119.

Porro, de Guillelmi praefati deuotione circa institutionem festi Augustissimi Eucharistiæ Sacramenti, parum commemoratum est ac chimericum: nulla etenim de ea re fit mentio in suis libellis, seu opusculis, quæ M. S. Andegau habemus, in Bibliotheca nostri Conuentus Balmetsen Recolletor. Causa institutionis tanti festi conspicitur in Bulla Vrbani IV. Pap. Galli: cuius officium compilatum fuit per SS. DD. Thomam, & Bonauenturam. Quantum verò ad Conceptionem immaculatam Virg. omninò ridiculum est. Nam eo tempore Conceptio immaculata Deiparæ hæud admilla erat ab Vniuersitate Parisiensis: imò contra illam decretum egerat. Teste Alberto Magno in 3. sentent. dist. 3. quest. 1. art. 2. quod tamen decretum constanter apostexa reuocauit: vt scribit Bacchonus, ibid. quest. 4. art. 3. an. 1346. vtiutiq; ne quis deinceps contrarium doceret. Circa verò annum 1351. instituit vt quilibet Doctos, iuramento pzetlito, eam Immaculatam Conceptionem, meriti teneat, fidesque de ea agere quotannis. Vide Paulum Venetum tract. de pura Concept. Bernardinum de Bulla serm. 3. de Conceptione. Antonium Cucarum in Elocidiano Virg. part. 2. &c. Pontium in Triplici Corona Virg. tract. 1. cap. 8. paragraph. 1. numer. 33. & 35. Ioannem Benedicium in Epistola Luminaria ad B. Virginem Mariam, initio summæ de peccatis spenfa.

§. 120.

Qualitet hic Anonymus praedictis respondere nititur: aut quo diuericulum quærit conspicit. Si Doctrinae falz & erroneæ Guillelmi de Sancto Amore opinionum sanctos viros D. Thomam, Doctorem Angelicum, & D. Bonauenturam, Doctorem Seraphicum,

cum, qui illam ampliffimè fuu scriptis ac verbis refuta-  
 runt, videntur sibi tepullam mereri in hac materia :  
 quia et si eorum sanctiq; viri extiterint, nihilominus in-  
 firmas humanas eos reddidit minus conspiciuos, in his,  
 quæ ad Ordines suos spectabant, fol. 2. pag. 2. si alios  
 Authores in medium adducimus, hos paruales vocat  
 ac rejicit, fol. 9. pag. 2. & seq. Si Summi Pontifices,  
 condemnato prefato Guillelmo, Ordines Mendicanti-  
 um maioribus laudibus exaltarent, atque in protectionem  
 Sedis Apostolicæ sulcere perent, necnon multos pseu-  
 dilegatos conuenerunt. Respondet, Pontifices Romanos  
 nimis facile cause eorum: vt tunc Cardinales, ipsorum  
 Religiosorum fautores & amicos, seu etiam alium-  
 nos, ad nutum Summos Pontifices deservisse: & Epif-  
 copos Ebroicensem, Parisiensem, &c. (quibus Papa ius  
 literas Apostolicas pro ipsis Mendicantibus deman-  
 dabat) partes Religiosorum suscepisse, fol. 10. pag. 2.  
 si Mendicantes vultate Diplomatum Pontific. con-  
 cionantur, Sacramenta Confess. & Eucharistia edemi-  
 strant, &c. Respondet, hæc ab ipsi attendari virtute  
 propria, fol. 13. pag. 2. si doctrina Guillelmica, refuta-  
 tur, tanquam falsa, impia, & erronea: Respondet,  
 illam non tam esse ipsius Guillelmi, quem totius Ec-  
 clesie Gallicanæ, vniuersitatisque Parisiensis, fol. 14.  
 pag. 2. si sermo est de libello nephando ac fœdissimo ipsius  
 Guillelmi, subditur ac confessum intermiscet Tracta-  
 tum pessimum de *Euangelio æterno*, quem vult à Reli-  
 giosis circa hæc tempora fuisse conuolatum: quasi mi-  
 serioris consolatio sit habere paræ, fol. 15. pag. 2. & seq.  
 sed de eo *Euangelio æterno*, suo loco inferius, ad diem  
 19. Martij, atq; 11. Si S. Ludouicus Rex, Fratres  
 Minores, atque Prædicatores summè ac pie excoluit,  
 Guillelmo verò à suo Regno exulare coegerit, im-  
 mo ea de re ad Summum Pont. scripsit, librumq;  
 ipsius Guillelmi coram fe igne cremari publicè petre-  
 rit ac iusserit. Respondet, eos hoc tempora haud  
 fuisse à Rege subleuatos, nec illis opem penitus tulisse  
 nec, quòd Guillelmus Gallia pulsus sit, probare posse.  
 fol. 15. & 18. Si tenique, fabulam vertamus, que ratur  
 ab eo, quibus inuitator fundamētis) dicit, se, ab his-  
 toria temporis, aliisque Authoribus fide dignis, nec  
 partialibus, ea accepisse: fol. 9. pag. 1. sed quorum no-  
 mens ignoratur & scripta: quos nec vquam citat,  
 legit, aut vidit, nisi in Calendario Græco.

§ 161. Quod plura? valde conuenit iste Anonymus,  
 quòd sans Guillelmus de Sancto Amore, hæreticus  
 dicitur sit & appellatus à nonnullis: at Romachari de-  
 sinat. Legat attentè Bullas condemnationis sui libelli,  
 superius allatas: tum 45. articulos Ioannis Vviclef  
 condemnatos, in Concilio Constantiensi: & certo  
 certum inuenit, vnde ipsum Guillelmum hæresis in-  
 simulet. Redit itaque inret hæreticos illam recense-  
 runt B. Thomas Cantipratanus, D. Antonius, Pra-  
 tocius, Alphonsus à Castro, Sanderus, Bellarminus,  
 Galterius, Carion, P. Matthæus, Duplax, Thomas  
 Vvaldensis, Renatus Benediclus, & alii, sup. par. 4.  
 quate Petrus Camus part. 1. de opere Monachor.  
 cap. 12. par. 10. & cap. 16. par. 4. Giraldi de Ab-  
 bativilla, Armachan, &c. ingeouè statet errores  
 prefati Guillelmi de Sancto Amore, Desiderij Lon-  
 gob. quos rejicit: part. 4. Dilectoris spiritualis, & car.  
 cap. 2. post med. & Tract. de Paupertate Euangel.  
 cap. 8. & 23. & tract. de Expropriatione Claustrali,  
 cap. 48.

§ 162. Cupit ac valde exoptat, omnes peccatores, sceles-  
 stos, pessimos, ottonibus, schismaticibus, ac hæresibus  
 deditos, vt Fratres, apud nos haberi & dici: quod si  
 Patres Orthodoxi nonnunquam aliter egerunt: in hoc

fuit, inquit, ex zelo singulari, qui ex infirmitate oria-  
 batur, fol. 22. scio equidem hos omnes, licet perditissi-  
 mos homines, ita aucte: At non sic Ecclesia Catho-  
 lica, que semper distinctionem tenuit inter bonos &  
 malos: filios obedientes, & discipulos ac contumaces.  
 Si quis (inquit D. Ioannes 1. vult. 10. & 11.) vult  
 ad vniuersi, & hanc doctrinam non afferit, vult recipere eum  
 in domum, nec Aue ei dixerit, qui enim dixit illi Aue,  
 communitat operibus eius malis, &c. Hæreticum ho-  
 minem (ait B. Paulus, Tit. 1. 10.) Post vnam & fœ-  
 cundam correptionem, dicit. Item Roman. 1. vult. 32.  
 Quoniam, qui talia agunt, digni sunt morte, non solum  
 qui ea faciunt, sed etiam qui consensum facerint.  
 Vide Baronium tom. 4. ad annum 368. numer. 13.  
 Quorū autem iste Anonymus talia meditatur: quia  
 Guillelmus de Sancto Amore, Desiderij Longobardi,  
 Giraldi de Abbativilla, Richardi Armachan, Clopi-  
 nelli, Vviclef, Lutheri, Caluini, Brentij, Etalini,  
 Molanibonus, Petri Martyris, &c. patrociniū inopi-  
 cipit, vel eorum argumentis vixit aduersus Mendicantes  
 Ordines: quorum seriem moentes apud Bel-  
 lazium ( post B. Alexand. Alestem 4. part. quæst.  
 107 & 108. & Thomam Vvaldensem) lib. 2. de Mo-  
 nacis. Nihilominus monet, scribit, R. religiosi quoq;  
 citati: quod nec Cardinalis illustrissimus doctissimi tam  
 non consensuerit. Denique, quod ad historiam solo  
 Mathæo Vviclef, Monacho Anglo, vsus est, qui tam-  
 en an. 1350. non exellit: eum autem editus sit ab  
 hæreticis Tigurinis, multis fere dubio, ab illis addita  
 sunt, tum in ipsa Parisij historia, tum in eius continen-  
 tate: rad inuidiam constantiam Religiosiq; totique Ec-  
 clesie Romanæ. Qua de re consule Bellarmin. tom. 7.  
 de Scriptorb. Eccles. fiscal. 13. ad annum 1245. B.  
 Baronium tom. 12. Annal. ad annum Christi 1197. &  
 Vvadingum tom. 1. Annal. Minor. sob an. Christi  
 1232. par. 13. Cum Mathæo Parisio iunxit theo-  
 nicam Nemanus Anonymus ipse Anonymus: sed  
 qualum veritatem illi adhibendam putares: vbi om-  
 nia, circa hæc tempora, confusione sunt plena: testan-  
 tur ea, que nupè ad par. 123. retulimus. Obiitum  
 Guillelmi de Sancto Amore post 1. sep. ann. 1238.  
 quem tamen Anonymus adhuc viuente facit an. 1266.  
 fol. 19. pag. 1.

Pergit Anonymus, dicitque, fol. 133. pag. 1. Reli-  
 giosos, & Ordines moderni temporis in essentialibus  
 differre ab antiquis: quod est veritati contrarium, vt  
 continet liquet superius, par. 74. Deinde, Titulum  
 sanctitatis vix Religiosæ conat adimere. fol. 137.  
 pagm. 1. quam Summi Pontifices etiam notant, sup.  
 par. 72. 73. 74. &c. Displicet et, vitam Religiosam,  
 expressam dici imitationem vix Christi, fol. 149. &  
 seq. quam præsi Patres ita censuerunt appellandam,  
 & Pontificis Romani approbant: vult sup. par. 212.  
 72. &c. Dissertit de impetitione & culpe aliquotum  
 Regularium: cui respondemus illud D. Augustini in  
 Plal. 132. Non peris Fratrem: pro, propter eos, qui  
 præferunt quod non sunt. Tam sunt enim dicitur hi falsi,  
 quam & Clerici falsi, & fideles falsi. Deoque impu-  
 gnat, denegatque auxilia que præstare Ecclesie, tan-  
 quam pax matris, Ordines Religiosos Mendicantes: sed  
 perperam, nam multitudine Bullatum Summi Pontificum  
 & testimoniorum probatorum Authorum, à  
 nobis hic culpe aliarum, oppellat os eius. Tandem,  
 vt sermone finem imponeret, omne vix in S. Fran-  
 ciscum euocauit.

Singulari etenim audacia, perfidaque fronte deci-  
 det, improbat ac rejicit vna cum Authore Dilectoris  
 Spiritualis, part. 2. cap. 7. ac Tract. de Expropria-

§ 161.

§ 162.

tion Claustrali, cap. 31. & Mathæo Plifse in Trium-  
pho Virtus. part. c. cap. 9. ) illum visionem, quam In-  
nocentius III. Papa, de sancto Francisco habuit in  
formis, pag. 101. 102. ac 103. Ex eorum certè nume-  
ro, quorum meminit Iudas Apostolus. *Hic ostendit, quæ-  
rumque quædam ignorat, blasphemant. Si ignorantia la-  
tebris detentus, rem minime capiebas: cur mentiste-  
nebas, veritatis fulgore, proci non fugasti? At, qui  
malè agit, ad lucem, inquit D. Ioannes 3. vers. 20.  
Portò huiusmodi testes maxime auct: Audi S. Bo-  
naueratium cap. 3. vit. D. Francisc. de præfato Summo  
Pont. ita loquentem. *Christi Frateris, cum diligen-  
ter audisset, miratus est: vultè, & indubitanter Christum  
legimus in homine recognovist: sed & visionem, quam  
tunc temporis è celo percepit, in hoc viro fore comple-  
dam, spiritus Divini sagacitate firmavit. Videtur namque  
in somniis (visu retulit) Lateranensem Basilicam fore præxi-  
mam iam ruinam, quam quidam homo pauperculus, medi-  
cus, & discretus, proprio divi submissa, ut caderet, sus-  
tinebat. Verè, inquit, huius est illi, qui opere & doctrina,  
Christi sustentavit Ecclesiam, &c. Huic veritati fidem  
adhibet S. Antonius 3. part. hist. Titul. 24. cap. 7.  
B. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Confortuat. fruct. 1. & 9. part. 2. S. Bernardinus Senens. tom. 3.  
ferm. 60. c. 3. a. 1. Marcus Vlyssipponen. part. 1. Chro-  
nic. Minor. lib. 1. cap. 23. Tullianus lib. 1. hist. Se-  
raphie. Clithouseus ferm. de S. Francisc. Viegas  
Commentar. in Apocal. cap. 3. Commentar. 2. sect. 3.  
parag. 4. Bosius lib. 7. de Signis Eccles. cap. 1. Platius  
lib. 2. de Bono stat. Relig. cap. 30. Sedulius Com-  
mentar. ad vit. S. Francisc. cap. 3. parag. 8. Vvading-  
hus tom. 1. Annal. Minor. ad an. 1110. parag. 13. Fran-  
ciscus à Fontanis in Responsion. ad petitionem. Oforius  
ferm. de S. Francisc. Salazar lib. 1. Chronic. pro-  
vine. Castellæ, cap. 13. Magni Prælati, Ration. 3.  
parag. 17. Iuo Capocinos part. 1. Triumphus vite Re-  
lig. cap. 18. post med. Nigronus Commentar. in  
Regul. Communi. Societ. in Titul. part. 3.  
parag. 25. Ribadeneira, Gazetus, & alij in vita S.  
Francisc. quod & tanti fecit sancta Ecclesia Catholica:  
è vitid cunctis fidelibus proposuerit venerandum,  
decantandum que 4. Octobr. in Lætionib. secundo N o-  
ctubr. ad Matutinas, in festo S. Francisc. apud Brema-  
rium Romanum. Hinc, vbi de materialis ædis Late-  
ranen. reparacione agendum fuit, per Nicolaum IV.  
Papam, Franciscanum, an. 1291. eadem visio descri-  
pta cernitur. Verbis licet impolitis, in absida templi  
è Musico exaratis: provt referent Panivinus de Eccles.  
Lateranen. & Vvadinghus sup. parag. 14. tum tom. 5.  
ad annum 1291. parag. 15.**

*Tertius Ecclesia Pater Innocentius hora,  
Qua sese dederat somno, nutare ruina  
Hanc videt Ecclesiam, mox vir pannosus &  
asser*

*Despectusque humerum supponens, sustinet  
illam.*

*At Pater engilans, Franciscum præcipit, atque  
Verè est hic, inquit, quem vidimus: iste ruinentem  
Ecclesiamque, fidemque ferret: sic ille petitis  
Cunctis concessis liber latiusque recessit.  
Franciscus proles primus de sorte Minorum  
(Hieronymus quarti Nicolai nomine surgens)  
Romanus Præsul, partes circumspicit huius  
Ecclesie certa iam dependere ruina;*

*Anteritque leuat, destructa reformata &  
ornat,  
Et fundamentis partem componit ab imis,  
& cæc.*

Similem visionem idem Summus Pont. cæcilius §. 163.  
accepit, pro confirmatione Ordin. Præd. eùm ab eo  
fecit repulsam passus esset B. Dominicus: vti scribunt  
S. Antonin. sup. Titul. 19. cap. 3. Supplementum  
Chronicar. lib. 13 ad annum 1118. Morius lib. 1. Ori-  
gin. Relig. cap. 31. Bartholdus Pontanus tom. 4. Bi-  
bliothec. Concion. in festo S. Dominici Ribadeneira,  
Renatus Benediclus, & alij, in vita eius. Feidinaodus  
à Castello, Theodorus ab Apoldia, &c. in Chronic.  
Ordin. Præd. Bzovius an. 1115. parag. 6. Sedulius, Vie-  
gas, Franciscus de Fontanis, Vvadinghus tom. 1. ad an-  
num 1210. parag. 13. & 1215. parag. 34. sup. Obmutes-  
cat igitur Anonymus, cum sequacibus, & quemlibet  
horum Ordinum carpes delinat: figmentum ut  
suppositum impie reputans, quod de Ecclesia Late-  
ranen. sititubante, ea visione, ita constanter asseritur.  
Nam, non modo etas illa, qua primùm Ordines illi  
prodere, mirabiliter eorum opera, adita & illumi-  
nata est: sed è totis annis has quadringentis & amplius,  
quibus èinceps iterant, hinc semper egerunt vi Dei  
Ecclesiam qualifalcent. Teste Iacobo à Viduaco,  
sup. parag. 108. Marulo Spalaren. lib. 2. dist. 8. Me-  
morabil. cap. 4. Bosio, Plato, & alius, sup. & ipsomet  
Camofio in homil. festivis de S. S. Dominico &  
Francisco.

Tandem gradum fidei Anonymus contra facta §. 166.

stigmata Seraphici Patris sancti Francisci, pag. 204.  
cui respondebimus paucis verbis, hæc ipsa facta stig-  
mata opus esse Iesu Christi, Salvatore nostri: vti te-  
statur Summus Pont. Nicolaus III. vide sup. parag. 73.  
quod aurem sine id egerit, apertius infra ad 17. Sep-  
temb. qua die Festum de eisagitur in Ecclesia Catho-  
lica, iuxta Martyrologium Romanum.

Cùm igitur, ut has lineam faciamus, Guillelmus de §. 167.  
Sancto amore, tum huc Anonymo, tum aliis im-  
piis, sanam prævertit errandè: & iniqua animi agitati-  
one aduersus Ordines Mendicantes, insultantè occasi-  
onem attulit: sapientissimè cautum est à Sede Apo-  
stolica ac veritum; ne quis illius libellum execrabi-  
lem, scelestum, & perniciosum, legeret, neve apud se  
retineret: quod & hoc anno 1633. Archiep. Senatus-  
consulti Regij renouatum est: quando hunc, omnis  
Religionis ac pietatis & moralitatis in locum rursus edi-  
derant Patris.

### Transumptum ex Registro Consilij Priuati Regij.

*Super id, quod Regi in suo Consilio lectum est: Quod,  
si licet Edictis placuisse sua Mantuari, quælibet li-  
bris censura nutatas, vel in Religiosis Catholica, verum-  
que receptarum & approbatarum in ipsa, etiam tum per-  
tinetes: proinde cedere et in lucem mittere, prohibeat: At-  
tamen hæc in vrbè Parisiensi, Liber quidam vnper prodit-  
us, sub Titulo, Magistri Guillelmi de Sancto Amato  
Opera omnia, plures Titulos complectens: si ad delicta,  
in vltimisperum quamplurimum Religiosorum Ordinum,  
ab Ecclesia, & in hoc Regno, receptarum & approba-  
tam, item, contra Summi Pontificis auctoritatem, iuxta  
alias verè Tractatum inscriptum, De perniculis notissim-  
iorum temporum: iam à multis tempore per factum*  
Sedra

*Secundum Apostolicam condemnationem: Quibus necesse est promittere. Visus itaque supra dicti libri exemplaris, necnon suo Dilectissimo Papa Alexandro IV. Diplomate, dato mense Octobris, an. 2. sui Pontificatus, nempe 1256. prout fuit traditum, ut patet, promissis & execrabili, condemnationem ferente. Disparis quoque omnibus: Rex in suo Consilio decrevit, ut ad prohibendum dicti Consilii, omnia eiusmodi libri non acciperentur exemplaria, in Archivium Altharum custodiam deferenda. Vnde ibi in suo Manuscripto Typographi ac Librarii, venditioni predictam librum exponere, vendere, vel mercari, sub pena mortis. Cetero autem, illum apud se, sub multa pecunia nullum librarum, retinere. Altham in privato Regii Consilio, Parisius celebrato 14. Julij, an. 1633.*

CARRE.

§. 162. Alter verò tyro (qui hisce diebus, an. 1633. lingua gladium exercuit contra Ordinem Senaphorum, alioque Religiosos Mendicantes) Mathurus Pli, vocatur emittit quidem nomine, sed non omnino incognitus: qui libro à compositio, titulum præstitit, *Triumphum virtutum super vitia*, &c. licet ironice sic dici possit (ut & ipsemet fatetur in Prologo) cum more invero agat, deus quoque promiserat in Titulo. Eadem, quæ superius Anonymus, dissent, imò & multo plura addidit, procaeterque defendit: sed Andabatarum modo licentiaque penitus effrenata. Quare, in chamo, & freno maxillas eius confregit Arestam Senatus consilii Regij eodem anno datum.

### Transumptum ex Regesto Consilij priuati Regij.

*Super id, quod Regi in suo Consilio relatum est: Quod dicitur, Editum placuisse sua Manuscripta, prohibendum, sub pena vitæ, omnibus personis edere seu lucem, typis mandare aut extendi libere libellis diffamatoriis, libros vel scripturas, quæ præfati domini seu sanam alicuius laedere, vel diffamare: aut ad excusandam perturbatiorem evertant, seu diffamationem inter sua Manuscripta subditio sine oratione, aut gratulatione: attamen nuper proderit in publicum, impresse, quæ fuerit à Dominato Gerardo Allet, Typographi, ac Librarii huiusce urbis Parisiensis, libris hoc titulo: Triumphum virtutum temporarium in vitia: diffusionem pretendens Ordine Ecclesiasticis, & plurimas continens impetates, insinuationes, calumnias, improprietates, calumnias, & falsitates in Ordine Religiosos, receptos, approbatos ac vultus in Ecclesia, & in hocce Regno laborantes quique semper sub Reali sua auctoritate tutela, sumunt: quibus necesse est providere. Visi dicti libri exemplaria, in pagin. 26. 30. 36. 41. 66. 71. 75. 81. 92. 95. 96. 103. 110. 127. 145. 151. 204. 205. 206. 210. Visus ad 222. 287. 164. 387. 421. 433. 451. necnon approbatio approbationi eius à Magistris I. le Paige, & H. de Pinteville, Doctoribus in Theologia, sub 14. Martij ultimo clausi: pro ipsius annuati, Rex in suo Consilio vidit, sub pena vitæ ipse Allet, ceterisque vicariis, venditionis exponere, vendere, vel mercari dictum librum, inscriptum: Triumphum virtutum in vitia: hæc est exemplaria cum illis suppressenda, ob idque infra tres dies in Archivium Altharum Consilij offerenda, tam ab eodem Allet, quàm ab alijs illum penes se habentibus: abique quoque possunt cum retinere, aut alijs divicere, quocumque occasione, & pro tempore, nisi velint, pro asato tempore transmissi, à publicatione præfati Arestæ, apud quos deprecabens fuerit quæriti vel infra tres dies in Archivium, par-*

*que publica perturbatores. Et ab omni præfati le Paige, & de Pinteville, ut personaliter compareant in Archivio Altharum Consilij, ad deliberandum ipsi auditis, & interrogatis, quod rationi congruum fuerit. Insuper publicatio huiusmodi præfati Arestæ non accipietur, de more, lo 20 ordinarij ac consuetæ huiusce urbis Parisiensis: & ubiunque necesse fuerit: ut nullis, illius ignorantia causam præstanda. Altham, in Consilio privato Regis, Parisi baluio 23. Iunij, anno 1633.*

Signatum,

FAYET.

Ad executionem Arestæ prædicti, præfati le Paige, & de Pinteville, cum 1. interrogati fuissent per D. Dominum de Vertamou, Regis Consiliarium, in suis Consiliis, & Libellorum supplicium Magistrum, ordinarij suæ domus: Commissarium ad id deputatum subiectum fecerunt declarationem, eorum manu obfirmatam.

*Noti Frater Ioannes le Paige, Presbyter, Religiosus Ordinis Præmonstratensis, Doctor in facultate Theologica Vniuersitatis Parisiensis, & Hieronymus de Pinteville Sacerdos quoque, ac Doctor in Theologia: declarantes, certissimum, attestantque, omnibus ad quos præfati: quod & si prius, & à 14. Martij ultimo clausi, deprimi approbationem approbationis consilium libelli, inscripti, Triumphum virtutum in vitia: compositi sub nomine Magistris Mathuri Pli, de Reymonville, Theologi Carburcensis: qui quidem Libelli in excusis suis impressus ac publicatus hoc in urbe Parisiensis: hanc tamen sacrilegiam approbationem plurimas propositas, atque in continens scandalosus in dicto Libello contentas, aduersus de Ursanum, resque in Ecclesia receptas, & contra huiusmodi: nec insinuat differtia, insinuosas calumnias, falsitates & calumnias aduersus Ordinem Religiosos, & quosdam eorum alimos, prolata: qua amara, nec ex ipsa aliqua, nequaquam exiuit in huiusmodi libelli exemplari, cum nobis oblatum fuit: relecti Auther illius ipsemet passus est, in eo quatenus ab ipso hoc libello addito, pagin. 102. Quod hæc tempore nostra approbationis, nulla fuisset ex ipsi propositis in hisce libellis præfatis, neque in continens scandalositas: quoniam nec propositas, nec deprecabens illas approbare, seu subscribere: imò potius à contrarij excusabamus, improbamus, reprimimus, & damnamus, sicut in consuetis oblationibus sumit. In cuius rei fidem, præfati Autographum subscripsimus. Altham Parisius, die ultima Iunij, anno 1633.*

I. le PAIGE.

H. DE PINTEVILLE.

Visus itaque, propugnatis, ac debellatis aduersariis, §. 169. in pacifica possessione Christo iugiter & Ecclesie eius inferuimus, eo innixi fundamentum firmissimo: quod vitam, Regularem Minoriticam, pauperem & mendicantem, tanquam meritissimo sanctam, & perfectam approbatur multi Summi Pontificis, ut Innocentius III. Honorius III. Gregorius IX. Innocentius IV. Alexander IV. Gregorius X. Nicolaus III. Clemens V. Ioannes XXII. &c. confirmarunt. Consilia Generalia Lugdunensia 1. sub Innocentio III. qua de re, latè Waddinghus tom. 1. Annal. ad annum 1215. parag. 33. & Lugdunensia 2. sub Gregorio X. ac Constantiensis sess. 8. & Tridentinum sess. 13. cap. 1. & 3. Recepterunt tot illustissimi Præfules, Antistites, & alij Ecclesiastici Ordinis Prælati. Adferunt atque fouerunt Reges, Principes, Duxes, & Reipublicæ, siue Christiani nominis, sine non. Defenserunt innumeri fermè Doctores clarissimi, toto orbe terra-

rum, & in quavis Regione, Provincia, gente ac natione. Quorum præcipui fuerant in prioræ sæculi, SS. Thomas Aquinas & Bonaventura: in media ætate Thomas Waldensis & sanctus Antonius: in vltima sæculi Thomas Bosius, Hieronymus Platus, & Robertus Bellarminus: nostro autem tempore Dominicus Graiana, Augustinus Aedlingbellus, Petrus Caluus, Franciscus de Fontana, & Ivo Parisiensis: nihil enim intactum reliquerunt, cunctisque obiectis vobis discretis & sufficientibus responderunt.

- §. 170. Tantopere curaretur omnium populorum vnanimis consensus, eoque progressus est illorum pius amor in Religiosi Franciscanorum, ut ex illis non pauci, siue Ecclesiastici, siue secularis, vniuersis conditionis, status & dignitatis: nonnō vtriusque sexus, & promiscuæ ætatis, reclusi & yaris, muris, iuribus, seceptis, ac coemnis, aliisque insigniis, & amplissimis diuitiis: in altissima paupertate Domino famulati sunt, D. Franciscus habitu induit: quomodo plurimi sanctissimi obierunt. Idem dicendum est de cæteris Religionum O. diuinis: quicquid blateret Antinomachi, seu Monachismalystæ quibus, horum omnium sigillatim seriem enarrare exotium est, ac summe displicet: teste Authore Directoris spiritualis, part. 1. cap. 5. nos autem, breuiter ac consolentis, his superselemus, cum quicquid poterit ac curiosius indagatæ apud Platam, de Boni Status Religio, lib. 1. cap. 15. & seq. & Bosium de Sigis Ecclesiæ. Det. Mirabile dictu! tanto honore Ecclesiæ Catholicæ, sanctos Religiosos affecte: ut (demptis martyribus) volent de his solomodo (quæ tot aut quæque exceptis) officium Ecclesiasticum pertotum anni circulo celebrari: sicut patet in Breuiario Romano: & tamen, si credatur præfato Authori Directoris spiritualis, & eius loquacibus: nec vlla commemoratio de eis fieret.

- §. 171. Exclamant contra tot Rosaria, Scapularia, funes, seu chordulas Minorum, &c. improbanque multitudine talium confraternitatum, propter abusum, quem imaginantur ac pretendunt in ipsis. Sed *frustrantur recte ante oculos penitentium*. Proverb. 1. v. 17. Attamen demus locum ire: tollaturque abusus, & remaneat rei legitime vtilitas. Lauda, acclama, plaude, subila, & excole sanctissimam Virginem Mariam Deiparam, quantum volueris, ac poteris; adhuc satis eam munimè exaltabis: cum sit maior omni laudo. Hac de causâ, omnes Religionum Ordines illius cultui fuerunt addictissimi, easque honoris feruentissimi præcones extiterunt: ob vniuersâ beneficâ caritatis ab eis Dei Genitrice accepta: in vtilitatem ac commodum totius populi Christiani: pro vtilitate prosequuntur Platus sup. lib. 1. capite 14. & Porcius in Triplici Corona Virg. Mariæ, tract. 1. cap. 12. parag. 6. & 7.

- §. 172. Nauisem exercit allato iam Authori Directoris spiritualis, capite 7. sup. quod de Ordinis Prædicatorum, atque Minor. refertur: ac huic passioni optimum remedium reperit: apponendum: si Dicoxologia proborum Authorem vltur. S. Antonium, Florentinum Archiepiscopum auctumus 3. part. histor. Titul. 23. cap. 3. hæc enim de D. Dominico tradit, dum Romæ apud Honoricum III. Papam, moram traheret pro sui Ordinis confirmatione. Roma regit nulle quodam orationis incantibus, vigilanter vidit ad Patris dexteram exurgere filium in terra sua, ut interficeret omnes peccatores terra, & disperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat autem in aëre afflicta terribilis: & contra mundum in maligno populum, lancea tres vibrabat: quibus superbum cernere ceteras transiret, primam: alteram, qua

cupiderum viscera effunderet: tertiam, qua cõmpositi ceteri carnis delectis perferret. Cuius ira dõm nemo posset resistere, ceteris propius Virg. Mater, & pedes amplectens emi; roganti ut perceret eis, quas redimerat, & in illius misericordiam perceret. Ad quem filius, non videt, inquit, quantam mihi irrogantur iniuria! infra mea tanta mala non sustinet impunita. Tunc Mater, iussit, ait: qui amas aucti, qua est hoc vniuersi quæres ad te venies. Habes seruum fidelem, quem mittes in mundum, ut uerba annuntiet eis, & conuertentur ad te omnium Saluatorem. Alium quoque habes seruum, quem erit ad te adiutorem, ut similes operetur. Filius dixit: Ecce placatus suscepi faciem tuam: verumtamen ostende mihi quæ uelie ad tantum officium destinare. Tunc Domina Mater obtulit B. Dominicum Iesu Christe. Et ait Dominus Mater: Bene & studio si facies quod dixisti. Obtulit quoque & sanctum Franciscum, quem similiter Dominus laudauit. Sanctus ergo Dominicus in uisione considerans faciem dilectorem, quem prius non uiderat, in cognatum cum in Ecclesiâ, ex his quæ in uidebat, recogitauit: & in officio laudatorem, & in seruo amplexum, dixit: Tu es facies mea, in ceteris pariter meum: seruum simili, & nullas aduersarias præualebit. Vt sciam etiam narrat illi, Ex parte eius obliuiscit ut unum & anima tua in Domino, &c. Eadè de SS. Dominico & Francisco attestant B. Bartholomæus Platans 1. 1. Conform. Franc. fruct. 2. part. 2. factis post mortem. Antonius Seuerus, Ferdinandus à Castello, libro primo & capite 18. & alij in Chronico Fratrum Prædicatorum ad annum 1217. Bzoouius in Supplemento Ansal. Baronij, ad annum 1216. parag. 10. Discipuli serm. 3. de sancto Dominico, & in Promptuar. Miraculor. Virg. Mar. Exempl. 8. Marcus Vlyssiponten. part. 1. Chron. Minor. libro primo, capite 37. Clichtonius sermon. de sancto Francisco. Ioannes Griisch serm. 15. Quadragesimal. part. 1. post medium. Badaetta sermon. in Sabbato 2. Quadragesimæ in medio. Item Concion. de sancto Dominico, circa finem. Platus sup. lib. 1. capite trigesimo quarto. Poitærus sup. parag. 7. numer. 11. Ribadenaria, Garzonius in uita sancti Dominici 4. Augusti. Renatus Benedictus, Gazetas, Flaminius, & alij ibidem. Ignatius le Gault sermon. de Natue. Virg. Mariæ, parag. 11. A poldia libro secundo, capite primo. Caruius de B. Virgine, libro quinto, capite & trigesimo septimo. Sanctus Vincentius Ferrerius sermon. 1. de B. Dominico, post medium. Rebello de part. 1. libro secundo, capite trigesimo tertio. Wadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1216. parag. 14. 15. & 16. Pepinus in Rosario Aucto Mylico, sermon. 17. ante medium. Palbertus lib. 11. Stellar. Coron. Virg. capite secundo, in B. Bachotus in Fastis Christianis, 16. Ianuar. in SS. Beatorum & locis, mart. Sedulius Commentar. in cap. 3. vit. sancti Francisci. Salazar, de Conception. Virg. Mar. capite trigesimo quarto, sect. 2. parag. 34. & cæc.

Constat igitur, quom sanctæ instituta fuerit Religio §. 173. Minoritana: Tot diuini testimonij communis, qua credidit in se habere uisum, in tot sanctis uisus in obseruatione huius Regula ærenibus, & fructibus dies suos, quorum uariis sanctorum Catalogo, sed etiam, ex eorum uita & miraculis secta ascribit. Inquebat olim Sommus Pontifex, Nicolaus III. uide sup. parag. 74. Nunc autem multo plures, sanctitate ac miraculis illius reperit idem sacre Ordo Franciscanus: qui fulgebant quasi stellæ in petropætas æternitates. Daniel. 12. vers. 3. quorum tamen omnium nomina recensere haud onus suscepti: quis enim horum numerum

numerum exprimere valeret 7 soli Deo id referatur. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnia eius nomina vocat. Psalm. 146. vers. 4. Inter quos est titulus 17. canonizati ab Ecclesia Catholica: 606. Beatificati: 930. veni Martyres: 1650. Confessores, qui vite sanctitate & miraculis floruerunt. Quos de re, Vitalis Alagizta, in Arboze Epilopica totius Ordinis Seraphici. Rapinarum part. 1. prefat. pag. 4. histor. Geograph. Origin. Recollector. & alij. Ceteros etiam pertinet: quorum canonizatio promovetur, in Curia Romana: quorum causa expedita est in S. R. C. quorum processus fiant auctoritate Apostolica, Romae: in partibus, eorum Ordinarius: seu, ad quorum processus conficiendos litterae petuntur Apostolicae, sub Gregorio XV. Urbano VIII. Summis Pont. Horum omnium series habetur Neapoli, ex Typographia Ioan. Domuzi Roncalioli, anno Christi 1626. cum approbatione: cuiusque exemplar apud nos restat. Ad eos solummodo me restitui: quorum gesta, probatorum auctorum scriptis mihi comprobata, claraque fuit.

§. 174. Surge Deus, iudica terram, quoniam in hereditatis in omnibus gentibus. Psalm. 81. vers. 8. Maximè autem in gente Francicana. Nullam enim fuit exulum, nulla ætas, nullamque tempus: quin in eo horto, delictorum campo, fructus vberes non collegerit filius Dei. Omnia certè noua & vetera poma seruaui Christo Religio Minoritana. Castic. j. v. 6. & 7. Odor illius, sicut odoragii pleni, cui benedixit Dominus. Genes. 27. vers. 17. Quasi vitis fructificauit odorem fusuatis: floreque eius, fructus honoris & virtutis atque sanctitatis. Eccles. 24. v. 23. Quales fuerunt Cardinales S. R. E. Patriarchæ, Legati Apostolici, Primate, Metropolitæ, Archiepiscopi, Episcopi: Apostoli, Martyres, Doctores, Virgines Generales, Commissarij Generales, Vicarij Generales, Diffinitores Generales, Procuratores ac Commissarij Conæ Romanæ, Visitatores ac Commissarij Prouinciar. Ministri Prouinciales, Vicarij, ac Diffinitores Prouinciar Custodes, Guardiani, Vicarij, Præfidentes, ac Superiores Conuentuum: Lectores, Magistri Nouitiorum ac iuuenum: Prædicator, Confessores, Sacerdotes, Choristæ, Diaconi, Subdiaconi, Acolithæ, Clerici, Laici, siue hostiarij, hortulani, coquinarij, &c. lique iuvenes, adolefcentes, ætate grandæui, ianes robusti, sani, & validi, seu infirmi, valeridiani, ac deficientes: tum in 1. 2. ac 3. Ordine huiusce Religiosis: tum in quouis statu, & Reformatione eisdem Institutæ: ex quibus omnibus ingens numerus prodijt, qui mundi, carnis & diaboli ditiuscuus illecebri, spoliisque ditati opimis: gloriosè in cælum ascendierant, micantium fulgore virtutum circumdati.

§. 175. Quoniam autem tantus Beatorum cœtus excreuit, plane ex parte, integra perfectaque Regule Franciscanæ obseruatione: quæ sic incipit, Regula & vita Fratrum Minorum hæc est: scilicet, Dominus noster Iesus Christus sanctum Euangelium abseruare: viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. cap. 1. Reg. Minor. Itaque sanctus Vincencius Ferrerius, Ordin. Prædicat. alumnus, serm. de D. Francisco. Hæc aurea, sed Christiana veritate plena, inculcabat, de huiusmodi Institutu Minoriticæ excellentia, ac sanctitate: Quis illam Regulam seruat, sanctus est: & quando moritur sufficit canonizari. Immo verò Martinus Nauarrus, Doct. eximius, hæc solebat palam profatæ:

Ad id suspicio & vtriusque Regulam illam Altissimam S. Francisci: ut abseruantes eam ad vnguem, & mentem auertis, repatente esse quosdam sacramento Christi martyres. Hæc ille Commentar. in cap. Statutum 19. quæst. 3. parag. 17. Sed & Pius V. Pont. Max. cùm primas Capucinorum constitutiones perlegit: motu eam vocem erupit: *En Constituciones de Spiritu sancto dicitas: quas si quis perfecit abseruauerit, inter sanctos referri potest.* Teste Boneno tom. 1. Annal. Capucinor. an. 1529. parag. 14. Scio B. B. Patres Humbertum, Ordin. Prædicat. Magistrum Generalem: & Ioannem de Parma, Ordin. Minor. Generalem Ministri: sensus de inflauranda pace, & stabilenda fraternitate inter vtrumque Ordinem egisse ad inuicem Mediolani, an. 1535. inde icnberens, communi nomine, Epistolam Encyclicam, ad sui nominis sectatores: quam referunt Chronicon MS. Mariani, Toffimanus lib. 4. histor. Seraph. v. vading. huius tom. 1. Annal. Minor. ad annum millelesimum trecentessimam quinquagesimum quintum, parag. 12. Marcus Vlyssiponensi. part. 1. Chronoc. Minor. lib. 1. capita 42. Chronica. Item Ordin. Prædicat. r. part. lib. 2. capite 19. quæ testatur eisdem Epistolam utrum fuisse renouatam & publicatam, anno millelesimo ducentesimo quinquagesimo sexto: quo S. Bonauentura electus est Generalis Ministri Ordin. Minor. lib. 3. cap. 21. in qua quidem hæc inserta sunt. *Contendunt est, ne quis vestrum sit sanctus factus, sit sanum sanum imprudenter exallat, quod in aliorum depreffionem, laustaliter fieri videtur.* Hæc, inquam, cauenda semper exponamus: & nisi cauillationum dicacitatumque imber aduersariorum, Seraphici Ordinis colorem minus esse pallidescere, stygusque sob vndis delitescere: haud nostrum velut obtuulatum iubar, exortum esse nunc splendidissimum, mutuatique lumen fulgoribus ita radiare: contraria enim iusta se posita magis elucet: teste Philosopho.

Tantum inualuit huiusce Ordinis sanctitas apud B. Dominicum Prædicat. Ordin. Institutorem, vt & Seraphicum Patrem S. Franciscum summo semper affectu excoluerit, & eius alumnos maximè dilexerit. Expropter Commis Prouincialibus, atque Generalibus nonnumquam interesse voluit, præsertim Alifisij, an. 1219. vbi cum septem socijs adfuisse, & Ordinis perfectiorem demonstrari esse legimus. Refert ad hæc B. Leo, socius tunc S. Francisci, qui præsens omnia vidit, multa inter se colloquutos sanctissimos Patriarchas, ad animarum salutem, & Christianæ fidei nitorem & augmentum. Deinde, de suis illustribus largus egisse, misericordem de rebus suis interrogasse, tandemque B. Dominicum adiecit: Frater Charissime, propter magnam meam tecum necessitudinem, præconualem erga filios tuos amorem, & pacis fraternitatisque inter tuos & meos stabilitatem, vtroque gauderem sub vna Religione militare: vt quos Patrum firmus amor ita conuincat, Religiosis aut vitæ disparitas non dissoluat. Cui summa humilitate sanctus Franciscus: Diuine est voluntatis amantissime Frater, quod factum est, ab eaque ordinatum est, diuersè à nobis fundari Religiones: vt vtriusque varietate, præceptorum diuersitate, illorum rigore, & horum lenitate: varietati subueniant humanæ infirmitatis: & quibus hæc non placeant, illa non displiceant: quibus vna dura videtur, altera lenior appareat: quibus si non vni Religiosis angustias

Deus animas perdat, sed alterius capacitate lucretur. Quod & alia addit de confirmato & stabilito varis indicibus, firmo pacis & amicitie foredere, inter eos eorumque postulatione; & amica humilitate, sanctaque impartunitate, vicisse S. Dominicum, ut vellet ei D. Franciscus suum prædictorium, seu, nodulum cingulum, & churdam, concedere; quam sub exterioribus vestibus perpetuo gestasse, in indissolubilibus æternis charitatis symbolum perpetuum, existat. Ita Legendæ 3. factor, D. Franciscus, Pisanus lib. 1. Conformitatis. fruct. 1. part. 2. & fruct. 10. part. 2. Bernardus à Bella in Catalogo Generalium Franciscan. Speculum vit. S. Franciscus, cap. 12. & 42. Maranus lib. 1. cap. 14. par. 3. Marcus Vlyssiponenf. 1. part. Chronac. Minor. lib. 1. cap. 57. 58. & 64. Rebollus, ibid. cap. 22. Coluenerius in Notis ad lib. 1. cap. 10. numer. 10. B. Thomæ Catipratani. Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1219. B. Pelbartus scim. de S. Franciscus. Sedulus in Commentar. ad vit. S. Franciscus. capite 12. par. 2. 0.

5.177. Nec mireris, D. Dominicum chorda, seu fane S. Franciscus fuisse extractum, æque ligatum; cuius opera tot miracula diuinitus agebantur: teste D. Bonauentura, cap. 12. vit. S. Franciscus. *Vir quidam* (inquit) *de Castro plebis, Religiosus ac timens Deum, eboradam apud se, qua cæcilius fuerat sanctus Pater habebat. Cuiusque multitudine varum ac mulierum in castro illo vixit infirmitatibus laborare: ibat per infirmarium domus, et iuxta illa chorda in aqua dabat, bibere pariter ibi: ipseque per hanc modum plurimum sanabatur.* Vocabatur Adam ille vir, de quo hic fit mentio: vit Franciscus sup. libro 2. fruct. 1. part. 2. Marcus Vlyssiponenf. sup. lib. 1. cap. 36. Sedulus sup. qui idcirco addit, *Quarantena D. Pauli iudaria et semicordia admodum aliorum corporibus eadem B. Dominicus esse crederet potest chorda S. Franciscus, cuius assuetudine beneficia in multis constabantur.* Hac comparatione chordæ Franciscanæ cum semicordia Apostoli, vixus est pienssimus ipse Ludovicus Granatenfis, Institutum Prædicat. alumnus, in lect. 4. de S. Franciscus. *Amplificat* (inquit) *Lucas in Actis Apostolorum Pauli miracula, his verbis: Virtutesque non qualibet operabatur: Deus per manus Pauli: ita ut super languidas deferrentur à corpore eius iudaria, & semicordia, & tacebant ab eis languores. Magnam hoc ceritè Diuina honorasti et eboratitas vixit fidelium seruum indicium: quæ sic non infumum dicit, sed iudaria etiam quibus si narum fardestegebat, hoc tantum obiret efficiet. Verum hic aliqui videri mirabilis. Non enim solum sancti viri eboradam Dominus: sed aquam etiam, qua eboradam teigerat, hæc tantum virtute donauit. Quanta ergo illa Dei bonitas et charitas! Quantum illud sanctus suos honorandi desiderium quando illa etiam, qua eorum semicordia teigerant, sic honorate dignatus est.*

5.178. Illam porò Regulam Minoriticam, Totam Evangelicam esse, nec quicquam habere, quod in sacro Codice non præscribitur, aut claudis infinetur, ostendit B. Cæcilius de Spiro: dum ad præceptorum institutoris de regione vntuicuique perioris locum exposiuit ex libris Evangelicis: de B. Aluati lib. 2. de Plant. Eccles. cap. 39. 60. &c. Vnde non omninò errant Emanuel Rodericus tom. 1. quart. Regular. quart. 4. art. 1. qui dixit Institutum hoc Iuris esse Diuini, uec licet posse à quoquam in terris conuelli: dummodo id intellexerit (iubdit Vvadinghus tom. 1. Annal. Minor. ad annum 1223. par. 14.) quatenus Euan-

gelicum est, & ex Evangelio concinnatum, sine cuius iniuria non possit hoc eundemari, ut (teste S. Bonauentura, cap. 3. vit. D. Franciscus) doctè dicta Innocentio III. magnæ auctoritatis & doctrinæ Cardinalis, Ioannes à sanctis Paulis. Attamen, quatenus peculiaris sodalitatæ norma viuendi, & à Pontificibus approbata, ab eisdem fine dubio possit reprobari, dum iusta causa iubeat: & que hoc vixque semita facta est salaris, vniuersis fædatoribus fiet in offendiculum. Præfæctò, experientia in hoc vixque tempore docuit, veris & sinceris sancti Regulæ professoribus, eorum secundum ipsius sancti Institutiois Elogium: *Laborum esse vita: Ippsalutis, artem glorie, medullam Evangelicis, vitam crucis, statum perfectissimi, elatum paradisi, patium fæderis æterni:* quorum singulas additis confirmationibus Amplius probauit idem Vvadinghus, ad finem eisdem Regulæ, in opusculis S. Franciscus, tom. 2.

Militantur sub ea magni & clarissimi viri, vnde quaque, siue à prolapsa, siue à literis, siue ab aliorum regimine, siue à propria pietate, spectantibus: neque vlium fuit vix genus, sub quo adeò breui temporis intervallo, per vniuersam Orbem, tot conficerentur vniuersi, quot sub hoc vno fuerant connumerati. Verè & propriè cantur Ecclesiasticam Catholicam sancti Patris Franciscus mentis fœtu nouæ proli amplificari: neque enim primus partus huius Regulæ, aut prima Minorum conditio duntaxat amplificatur, sed nouæ pelvis fœtus quoad multiplicatur. Præter Patres etenim Conuocales, Oblectantes, Recolectos, Capucinos, ex his noua germina quotidie arduunt Refractorum, qui collabentem, aut vetustate declinantem pietatem, aut disciplinam Regularem (vt rerum humanarum fert conditio) strictum vix genere curant reparare. Præter his etiam, hæc sibi delegerunt formulam viuendi, peccatiuribus constitutionibus siue vix rationi adaptatam Fratres Ordinis Ascensionis: & modò sub ea instituit Vrbanus VIII. Pap. Ordinem militarem *Conceptionis* immaculate Virg. Mariæ; neque immeritò eorum opinio hæc sub D. Franciscus instituto, multo labore, magno coialit incrementò.

Huius autem tantæ multiplicationis ac fecunditatis Franciscanæ tes inter alios inuenio rationes. Prima, est sanctitas & perfectio istius Regulæ: quippe que (teste Nicolao III.) *Evangelicis fundatur eloquiis, vixit Christi: laboratur exemplo, fundaturum militanti Ecclesie Apostolorum, eiusque sermonibus à libris quæcque affirmatur, &c.* Vide sup. in incipit huiusce Prolog. par. 74. & seq. Secunda est, amplissima istius Institutum profusio: oim enim Religio Franciscana cordibus data est ad vnam gentem, vt compleret Ordines militares: seu ad numerum sexaginta professorum, quos Paulus III. Pont. Max. in suis litteris Apostolicis, an. 1540. concedebat admitti in Instituto Clericorum Regularium Societatis Iesu, & non vltra: sed idèò missi sunt Fratres Minores in mundum, vt omnes ad se traherent homines, & ad Christum tandem adducere. Tertia, est, illius strictissimæ paupertatis professio, quæ inuenit prolixus cælestis exitus ac diuina. Cùm enim pecunie (iuxta Ecclesiasten 30. vers. 19.) omnia obediunt: mirum certè, quomodo paupertati sic æreantissimæ tot homines ita festinè colla subdidissent. Cui operi initium dedit Seraphicus Pater sanctus Franciscus: ea tribus potissimum de causis. Prima, qua sibi reuelatus fuerat Iu Ordinis sua ingens profectus: teste S. Bonauentura capite 3. vit. eius.



vit. eius. *Raptus* (loquitur) deinde supra se, ac in quodam mirandam lamina suis abscissis: dilatatis membris suam, qua circa se, & filios suos fuerant, luculentius aperiit: post hoc transfusus ad Fratres confortantem, et, charissimum, & gaudentem in Domino, nec quia pariter esset, effusivissimus tristis: neque quia, terre et moa, vel vestigia simularum: quoniam sicut mihi ad Dominum in virtute, et firmitate, in meo magnum in laudandam faciet ut Deus crearet, suaeque benevolentiam gratia multipliciter dilatabit. Secunda ob incredibilem eius ferocem, quo quasi ignis aliorum corda inflammabat ad diuinum amorem: unde Christus S. Bnguit dicebat: *Franciscum, amicum meum fuit, quasi lapide ignis*. Et in eadem ipsa habuit me in se, qui sum ignis iuicium. cap. 90. Revelatione Extraneaque. Idemque idem Christus ait: *ignem veni mittere in terram, et quid vis, nisi ut accendatur?* Luc. 11. 9. 4. 9. Ultima, virtute sacrorum stigmatum, quae ipse à Christo Domino accepit in monte Alvernaz: hinc Jacobus de Voragine, lanuensis Archiepiscopus, serm. 1. de S. Francisco, qui primus est de stigmatibus eius. Quia et (inquit) *praeceps Dei, dedit eis signum, ut inquit signum, vel signum suae: ut ab omnibus praeter Deum cognoscerent, et verba illius, quasi ex ore Dei creperent.*

